D. THOMAE AQVINATIS,

In Apocalypſim

Pulcherrima, ac moralis expoſitio, qua vis alia, eidem Sancto Doctori aſcripta certior, ac fidelior, ab ea, olim Florentiæ excuſa longe diuerſa: Nuper è tenebris eruta, ac in verbi Dei Concionatorum gratiam (quibus per quam vtilis fuerit) diligenter impreſſa, & iuxta exemplar manuſcriptum, quo ad fieri potuit fideliſſime recognita.

Indicem etiam rerum ſcitu dignarum ob maiorem ſtudioſorum facilitatem addidimus.

CVRA, AC DILIGENTIA

F. Remigij de Nanninis Florentini, eiuſdem familiæ minimi.



Illuſtriſ. Senatus Veneti Priuilegio.

VENETIIS APVD IVNCTAS

M D LXII.

R. P. F. SERAPHINO DE CABALLIS BRIXIENSI,

Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Professori, ac Terræ Sanctæ Prouinciali dignissimo.

F. Remigius Florentinus Comprofessor. S.

EST commune vitium vetustatis, ac temporis (R. P.) orta interimere, pulcherrima, obliuione confundere, & speciosa quæque amictu tenebrarum ita contegere, vt ab hominum memoria, ac cœli huius à luce seiuncta, penitus videantur extincta. Et si forte, vel casu quopiam, vel cuiusdam (vt vocant) Antiquarij industria, ac diligentia in huius aeris lumen illis iterum reuocari contigerit, ita carie corrosa, ita annorum cursu conspiciuntur attrita, vt nihil, vel quàm parum spei, vitæ longioris eis traducendæ supersit. Et quamuis huiuscemodi seculorum iniuriam, Templa, Theatra, signa, tum ænea, tum marmorea, scissa, diruta, & confracta, demonstrent, eam tamen librorum exemplaria maxime sunt experta, quæ non solum tempori & senectuti, sed mille fortunæ casibus exposita, miseram sui præ se ferunt imaginem. Quot namque Bibliothecæ, subito ignis incendio, vel de cœlo fulmine tactę, tepidos sunt solutæ in cineres? vel terremotibus ictę, sub ingentium aggerum molibus, puluere obrutæ iacent? Quot Hæbreorum, Arabum, Græcorum, & Latinorum monumenta cernere liceret pulcherrima, quæ fati inuidia, lethi iniuria, ac temporis liuore, cum gemitu fugêre sub vmbras? O hominum charitas, & fœlix eorum memoria, ad cœlum vsque laudibus efferenda, qui codicum vetustorum miserati fortunam, eos amplectuntur, reficiunt, ac ad longiorem vitam illos reuocare conantur? Hoc Medices Cosmas senior, ac Laurentius, hoc Pannoniæ Rex Mathias, hoc Vrbini quondam Dux, hoc Senatus Veneti in libros vetustisimos charitas, hoc nuper D. Io. & Pauli, nostri ordinis Conuentuales Patres, ob insignem in eosdem affectum, sunt conati, & nunc conantur efficere. Hi namque Bibliothecæ antiquioris instaurandę insudant, quę pulcherrimorum codicum raritate (Græcorum maxime) nemini quas Europa habeat, vel vetustate cedit. Hinç enim laudes, hinc glorię, hinç demum honores acquiruntur ęterni. Hoc idem Thomas Iuncta, Typographus diligentisimus pro viribus attentare quotidie studet. Nam, quid aliud est, vetustũ opus in lucem ędere, quàm homini iam mortuo vitã restituere, & è sepulchro erutum, longius in hominum societate seruare? Incidit forte, in hunc super Apocalypsim libellum, è Sicilia, Venetias vsque aduectum, hic D. THOMAE AQVINATIS, nomen in fronte gestabat, eiusdem viri præ se ferebat doctrinam, licet non plurasim, aspexit lachrimans, & semiuiuum amplexus, illum è faucibus Orchi eripere statuit, ratus, si non D. Thomę, Thomę tamen cuiusdam nostræ familiæ illum afferre, ac amplecti labores. Plures enim Prędicatorum ordinem illustrem, ac fama notisimum viri reddidere doctisimi, qui Thomę nomen sortiti, plurima, ac pulcherrima scientiæ monumenta, posteris reliquére, & subtilioris ingenij, ac fęcundi, partus edidêre fœlices. Habuimus namque D. Thomam Aquinatem, cognomento, Angelicum, fama super æthera notum, cuius si quis enumerare vellet encomia, etiam Veris flores enumerare vellet, & frondes. Habuimus & Thomam Anglicum, virum, omni virtutum genere refertum, expositionemque hanc, ab eo elaboratam subdubitaui: nam inter Angelicum, & Anglicum, ita parum distat, vt a Scriba quodam in eo cognomine erratum esse censuerim. Inter recentiores vero, Thomæ Caietani, & Thomę Mutinensis Cardinalium, virtutibus ordo noster effertur ad astra, qui adeo clarent, vt quicquid dixerim, adimit illis non affert splendorem. Cuius, cuius tandem sit commentarium hoc, D. Thomæ ascriptum est, qui forte iuuenis (vt sui erat acumen ingenij) vel alia qua vis de causa, illud conficere valuit. Non est, quòd in eo laudando immorer, hoc vnum dicam, viri esse in sacris consummatisimi literis, & pro verbi Dei Concionatoribus vtilisimum fore non vereor. Et quia inter dilectionis indicia hoc vnum habetur, munere præuenire dilectos, ideo hoc ad te munusculum (Seraphine charisime) amoris erga te mei pignus habebis, ac quotiescunque libellum hunc, vel legere, vel videre contigerit, me in tui memoriam reuocare, te coget, & Reuerendiss. P. nostro, me cõmendatum, & tibi facere suadebit. Datum Venetijs. Octauo Idus Iunij. M D L X I I.

INDEX OMNIVM, QVAE IN EXPOSITIONE DIVI THOMAE SVPER APOCALYPSIM DIGNA, VT SCIRENTVR NOTAVIMVS,

duplici ſignatus numero, quorum primus paginam, ſecundus vero columnam deſignat.

A

B

C

Chriſto,

D

E

F

Montes

Resurrectio

FINIS.

D. THOMAE AQVINATIS, SVPER APOCALYPSIM EXPOSITIO.

PROLOGVS.

VIDIT Iacob in somnis scalam stantem super terrā, & cacumen eius tangens cęlum, & angelos Dei ascendentes & descendētes per eam, et dñm innixum scalæ. Gen. 28. Quatuor sunt causę huius operis. s. efficiens, materialis, formalis, finalis. & iste quatuor causę tanguntur in prędicta authoritate satis manifestè. Causa efficiens est actor Ioan. qui significatur per Iacob, tū propter nominis sui interpretationē, tum propter actuū eius præfigurationem. Interpretatur. n. Iacob luctator, vel supplantator, & beatus Ioan. cum mondo & carne luctando, luctam aggressus supplantauit vtrunq;, et sub planta pedis calcauit, iuxta illud Naum. 3. Intra in lutum, & calca subigens, tene laterem. per lutum accipitur mundus immūdus & fœdus, quem multi tantū de foris aspicientes, non intus intrantes, amplectuntur & osculantur. & ideo merito sordidantur s̄m illud Tren. 4. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea. Et infra. Qui vescebantur voluptuose amplexati sunt stercora. Glo. relictis cęlestibus curantes terrena. & ideo similes sunt porcis, siue suibus, quæ in volutabro luti: magis q̄ i speciebus aromaticis delitias quęrunt, & sentiūt. Sed beatus Ioan. volēs se immaculatum custodire ab hoc seculo, intrauit i ipsum, inferiora eius diligenter aspiciens, & ideo calcans & despiciens fugit ipsum, implens illud Naum. 3. Omnis qui viderit te, resiliet a te. nunquid intraoerat in lutum quādo dixit. Qm̄ quod est in mūdo est concupiscētia carnis & cōcupiscentia oculorum & superbia vitę. 1. Io. 2. Et iterum quādo dixit eadem. v. Mūdus totus i maligno positus est. Per laterem, qui de terra fit, intelligitur caro de terra plasmata, quæ, ad modū lateris quāto plus lauatur & excolitur, tāto immundior efficitur: lutum ergo omnino calcandum est, & mundus omnino spernendus. Sed lateri subijciendus & tenendus est, & caro per opera pœnitentiæ subicienda est, ne lasciuiat, & subsidio necessario tenēda, ne deficiat. Vnde Eccl. 33. Cibaria et virga, & onus asino, Panis, et disciplina, & opus seruo & corpori: panis ne deficiat disciplina ne lasciuiat, opus vt perficiat. Itē Iacob dicitur dilectus Dei inter patriarchas, sic Ioannes inter apostolos, Item Iacob delusit sapienter Laban, & tandem eum fugit, & filias eius secum duxit, sic beatus Ioannes mundum fugiens, filias eius idest animas peccatrices secum ad ecclesiam duxit, quem cum insequeretur, & persequeretur mundus, auxiliante Dño, nihil aduersus eum potuit: sic eoā oec Laban aduersus Iacob qui iram fratris sui Esau fugiens, de terra sua exiuit in Mesopotamiā, vbi post multos labores, Rachel amplexus promeruit: sic & beatus Ioannes propter iram Domitiani de terra sua in Pathmos exulauit, vbi post multas angustias & labores, meruit cœlestia sublimius & clarius cōtemplari. Hoc est, ꝙ legitur sap̄. 10. hæc, idest, sapientia, iram profugit fratris, idest Domitiani p Esau designati. iustum. i. beatum Ioā. per Iacob figuratum, deduxit per vias rectas, quæ sunt carnis integritas, spiritus puritas, mundi paupertas, deduxit inq; in exilium, & ostendit illi regnum Dei, statum militantis & triumphātis ecclesię ei reuelauit,

Quæ est materia huius libri, quæ tangitur in p̄dicta authoritate vbi dicit̃. Vidit scalā, per quā significatur ecclesia, Duo latera scalæ, duę sunt partes ecclesiæ militantis in terra & triumphantis in cęlo, & hoc est qđ dicitur. s. ꝙ scala, stans super terram, tangebat cęlum, vel certe ideo dicit scalā super terram stare, quia vtraq; pars ecclesiæ eleuatur a terra in cęlum. Vnde Isa. 33. oculi eius, idest ecclesię, terrā cernūt de longe, & bene dicitur scala stans, idest recta, non declinans ad dexteram prosperitatis, vel sinistram aduersitatis: vel ideo stare dicitur, quia Cęlestia tantum desiderās sursum mentis intentione erigitur. Vnde dicit ꝙ cacumen eius tangit cęlum, hoc est, ꝙ legitur Iudith. 7. s. ꝙ ipsa fecit
B sibi secretum cubiculum ad adorandum, et medium, in superioribus domus suę. Cacumen ergo, vtraq; pars ecclesię tanget cęlum, militans spei erectione, & desiderij feruore, triumphans rei adeptione & manifesta contemplatione. De hoc dicit̃ Oseę 9. In cacumine vidi patres eorū, ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & alienati sunt in cōfusione & facti sunt abhominabiles sicut ea, quę dilexerūt. Per scalam igitur designatur materia huius libri, i qua sunt. vij. gradus, quia septem sunt partes huius libri. s. vij. visiones, vt infra patebit. Forma tāgitur vbi dicitur, ꝙ Iacob vidit scalam stantem & angelos ascendentes, & descēdentes per eam. De quibus multa dicit Ioannes. s. q̃n ei apparuerunt & de multis instruxerunt, licet per angelos principes septē ecclesiarum. i. episcopi designent̃, sicut dicitur in ipso textu de quibus hic multa dicuntur. Forma vero libri & modus agendi idem est ꝙ enigmaticus & valde obscurus. Totus enigmaticus est, & plenus figuris, et obscurus valde, ꝓpter ꝙ in somnis dicitur Ioānem vidisse qđ vidit. licet & p hoc
C notetur ꝙ in excessu mentis, & spiritu hanc viderit prophetiam. Vnde in primo cap. dicitur. Fui in spiritu in dominico die, & audiui post me vocem magnā. Et bene per somnium, huius excessus mētis itelligitur: quia sopitis sensibus ad exteriora, videt anima interiora, & posteriorum oblita, extendit se ad anteriora. Notādum etiam per hoc, quòd in somnis viderit, ꝙ i illo excessu viderit rerū imagines, quas intellectas postmodum declarauit, sicut in somnis primo videntur visiones, & postea dicitur earū interpretatio. Per hoc autē ostenditur ꝙ scala cęlum tangebat, & ꝙ in cœlo fuit hęc visio, & reuelatio facta eiusdem. Vt vere dicatur ꝙ caro & sanguis non reuelauit ei, sed pater eius qui in cœlis est. Nam tota trinitas hanc visionem reuelauit Christo homini, Christus angelo, angelus Ioanni, Ioannes ecclesiis, vt dicitur in prologo. Item, forma, siue modus agēdi tangitur propter hoc ꝙ dicitur vidisse angelos ascēdentes & descēdentes. Ascendebant siquidem q̃n alta et profunda subministrabant. Descendebant q̃n leuiora monstrabāt: vel certe
D ascendebant, q̃n eum de statu ecclesiæ triumphantis docebant. Descendebant q̃n de statu militantis eum instruebant, vel ascendebant q̃n sanctorum præmia declarabant. Descendebant q̃n reproborum supplicia ostendebant, vel si per angelos episcopi designentur ecclesiarum, vt tactum est, tunc angeli ascendebant q̃n in bona vita proficiebant. Descēdebant q̃n deficiebāt. Finis libri notatur per hoc ꝙ sequitur in auctoritate. Et Deum innixum scalę. Ad hoc. n. scriptus est liber, & hic est finis eius, vt credentes, quæ in eo scripta sunt, & custodientes Deum videant, qui est vita ęterna. Vnde Io. 21. Hęc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Et vt nemo posset timere ne scalam istam ascendere valeret, ideo dicitur dominus innixus scalę, quasi paratus trahere ad se, & iuuare ascendentes per scalam. Vnde infra. iiij. cap. dicitur. Quia Ioannes vidit hostium apertum in cœlo, & audiuit vocem dicentem sibi, ascende huc, & ostēdam tibi, quæ oportet fieri cito, post hæc ideo dicitur,

ꝙ Iob.38. annunciat de ea amico suo, ꝙ possessio eius sit, et E
ad eam possit ascendere. Nõ debet igitur aliquis timere la-
borem ascensionis, sed porrigere manus domino, qui scalæ
innititur vt eum trahat, et iterum trahet eum. Quia ipse di-
cit. Io.12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia ad me ipsum
traham. Ecce dñs exaltatus est, quia innixus scalę. Trahe
nos ergo potest te, in odorem vnguentorum tuórum cur-
remus. Ecce habemus quatuor. s. Ioannes. Quæ materia
scilicet status ecclesię. Quæ forma, siue quis modus agẽdi,
quia breuis est in verbis, multus in sententijs. Quis finis, si-
ue vtilitas, vt. s. credamus & credentes vitam æternam ha-
beamus. Intẽtio vero auctoris est, monere ad patiẽtiã tri-
bulationum, & eliminare errores, qui in eius absentia pu-
lularũt in Asia. Præmittitur autẽ huic libro prologus ma-
gistralis, in quo ferè omnia, quæ diximus breuiter prælibã-
tur. Et diuiditur in quatuor partes. In prima parte tangitur
materia libri. i. status ecclesię p̃sens pariter & futurus, quẽ
Christus reuelauit Ioãni, & Ioannes episcopis, vt eos ani-
maret ad patientiam tribulationũ, quæ cito trãseunt, & ad F
præmium perducunt æternum. Vnde act. 14. Per multas
tribulationes &c. 2. Corinth. 4. Hoc momentaneum &c.
In secunda parte præsens opus commẽdatur a prophetia,
quę præfertur alijs prophetis, propter authoritatẽ permit-
tentis, deferẽtis, recipientis, propter qd̃ auditores beniuoli
redduntur. Et hęc pars incipit ibi. *Ideo liber iste.* in tertia de-
terminatur, quo genere visionis viderit ista Ioãnes, vtrum
scilicet corporali, vel spirituali, vel intellectuali. Et dicitur
ꝙ intellectuali. Et hæc pars incipit ibi. *Cum autem, &c.* In
quarta redditur ratio vbi, & quare, & qñ, & quibus vide-
rit istas visiones Ioannes. Et hęc pars incipit ibi. *Vidit autem
Ioannes.* In quinta quasi recapitulãdo breuiter tangit̃, quis
actor, quæ materia, quis modus agendi, quis finis. Et hæc
pars incipit ibi. *Scribit autem Ioannes.* septem ecclesiis. Dicit
ergo. Omnes qui pie, &c. 2. ad Thimoth. 3. Litera plana est
vsq; ibi. *Reuelauit autẽ tota trinitas Christo homini* ergo aliquid fuit
velatum quod non solũ falsum: immo nephariũ & hęreti-
cum est. Quia christus homo etiam humana sciẽtia oĩa sci- G
uit ex quo fuit. Sed dicimus ꝙ ideo dicit̃ trinitas reuelasse
Christo homini, qa Christus homo hoc sciuit a sancta tri-
nitate. Sed eadem ratione potest dici, ꝙ Deus pater hoc re-
uelauit filio, & filius spiritui sancto. Quia quicqd scit filius
scit a patre, & quicquid scit spiritus sanctus scit a filio. Ad
hæc dicimus, quod nõ est simile, quia filius & spiritus san-
ctus omnia ex se, Licet non a se. Sed christus homo nec a se
nec ex se scit omnia, sed a sancta trinitate, quæ illi non per
essentiam sed per gratiam dedit omnium scientiam, q̃ alijs
prophetis excellentior est. Contra super principium Dañ.
dicit Hieronymus, ꝙ nullus propheta tã aperte scripsit de
Christo, vt Dañ. quia & tẽpus eius in aduẽtus notat & an-
nos & reges per ordinem enumerat & signa manifesta p̃-
dicit. Item in principio super Isa. dicit Hieronymus ꝙ Isa.
non tam propheta q̃ euangelista dicẽdus est, qui ita liqui-
de de Christo loquitur, vt magis narrare præterita, q̃ præ-
dicere futura videatur. Item in prologo psalmorum dicit̃,
Dauid eximius prophetarũ. Itẽ super Zacharia dicit super H
quandam glo. quòd Zacharias est eximius prophetarum.
Itẽ super illud Numeri. 12. Si quis fuerit inter vos &c. dicit
glo. Moyses omnibus prophetis veteris testamenti pręstã-
tior est. Solutio. Quilibet istorum potest dici eximius, siue
præstantior, diuersis respectibus. Elias quo ad vitæ auste-
ritatem, & liberam increpationem. Dauid vero quo ad re-
giam dignitatem, & mẽtis humilitatem & Christi de ipso
nascituri promissionem, Isaias quo ad vocationis gentium
& incarnationis Christi apertionẽ. Danielis quo ad tem-
poris incarnationis, & passionis, determinationem, Moy-
ses quo ad Dei familiaritatem, & præceptorum Dei certã
promulgationem. Zacharias quo ad templi ędificationem
ad quàm populum strenue inuitauit. Ioannes vero quo ad
visionis profunditatem, & prophetiæ multiplicitatem, vt
dicitur in prologo. Et mittentis & deferentis & suscipien-
tis auctoritatem sicut vidit Pharao spicas, & Moyses ru-
bum ardere. Ergo Moyses vidit visione imaginaria rubũ
ardere, quòd est cõtra Hieronymum et alios expositores,
ergo de duabus visionibus facta fuit mentio. Et hic exem-
plificat de vtroq;, de imaginaria cum dicitur. Sicut Pharao
vidit spicas, de corporali, & Moyses rubum ardere.

CAPVT I.

APocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, quæ oportet fieri cito: & significauit mittens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christo, quæcũq; vidit. Beatus qui legit qui & audit verba prophetiæ huius: & seruat ea, quæ in ea scripta sunt, tempus enim prope est.

A*Pocalypsis &c.* Liber iste diuiditur principaliter
in duas partes. Prima continet primum capi-
tulum tãtum, & subdiuidit̃ in tres partes. Pri-
mo ponitur procemium, in quo cõmendatur
hoc opus dupl'r. Primo ab auctoritate mittẽ-
tis. i. trinitatis, & Christi deferentis. s. angeli, suscipientis. s.
Ioannis & septem episcoporum Asyę. Secundo ab vtilita-
te. ibi. *Beatus qui legit.* In secunda parte ponit salutationem
vbi captatur beneuolentia auditorum. ibi. *Ioannes septẽ eccle-
siis.* Et in tertia determinat auctor quando, & vbi, & quid,
& quare, scripsit hũc librũ ibi. *Ego Ioannes &c.* Dicit ergo.
Apocalypsis. i. reuelatio Christi Iesu effectiue, vel materiali-
ter. i. a Christo Iesu, & de Christo Iesu facta hæc est, supple
non a me, nec de me. Immo in hoc vitat Ioannes arrogan-
tiam, quia nõ suam, sed Christi Iesu dicit Apocalypsim. vę
ergo prophetis, qui prophetabant de cordibus suis mẽda-
citer. Vnde ad Ierusalem dicitur. Iere. 23. Nolite audire ver-
ba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos.
Visionem. n. cordis sui loquũtur nõ de ore Dei, & infra, nõ
mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad
eos, & p̄phetabant. Vt ergo a talibus Ioannes se sequestra-
ret ait. *Apocalypsis Christi Iesu* nõ mea. Sed ne putares ꝙ Chri-
stus Iesus a se habuerit hanc reuelationẽ addit. *Quam dedit*
gratis, vt nihil debens illi. i. Christo Iesu, sm̃ ꝙ homo est
Deus pater. Vnde Matth. 11. Omnia mihi tradita sunt a pa-
tre meo. Et Ioan. 7. Mea doctrina, non est mea, sed eius &c.
vel potius Deus trinitas, sed ad quid dedit? *Palam facere* nõ
abscondere sicut seruus neq̃, qui abscondit pecuniã domi-
ni sui Matth. 25. Et ideo maledictus Prouer. 11. Qui abscon-
dit frumẽtũ &c. Sed cõtra hęc reuelatio data est in figuris,
non ergo palam. Solutio. Ioãni palam facta est, qui vniuer-
sitatem rerum mentis intellectu, Deo reuelante conspexit,
& etiam in figuras vidit. Quarum significationem alijs in
parte reuelauit, & non omnia ne vilesceret prophetia. Sed
quibus? seruis suis. i. fidelibus humilibus, non Iudæis, vel
prophetis superbis. Matth. 11. Confiteor &c. Ideo autẽ ser-
uis facta est reuelatio, quia ipsos oportebat & oportet pati
tribulationes vt dicit glo. Et ideo fit eis reuelatio vt exẽplo
Christi, & apostolorum leuius fiat eis pondus tribulatio-
nem. Apoc. dico de ijs, quæ oportet fieri cito. s. de tribula-
tionibus quas oportet fieri. i. ineuitabile est, quando fiant
quas oportet, & vtile est, vt fiant. vbi dicit glo. Ineuitabile
siquidem est homini quin fiant. Matt. 18. Necesse est vt ve-
niant scandala. Itẽ vtile est vt fiant, quia muniunt. Exo. 14.
Erat. n. murus quasi aqua ad dexteram eorum, & leuam.
Item quia via sunt ad cœlos. Act. 14. per multas tribulatio-
nes &c. Item quia accelerant. Psal. Multiplicatę sunt &c.
Item quia sunt pretium quo emitur regnum. Matth. Beati
qui persecutionem &c. Et cito dicit. Nam tribulationes ec-
clesiæ iam inceperant. Sed quia non solum de tribulationi-
bus facta est reuelatio, sed dupliciter de præmijs futuris, id-
circo cito dicit, quia omne tempus breue est respectu ęter-
nitatis. Vnde psalmus. Mille anni tanq̃ dies hesterna &c.
August. Breue est quicquid fine clauditur: per hoc ergo ꝙ
dicit. *Oportet &c cito.* animat Ioannes seruos Christi ad pa-
tientiam, vt non solum ęquanimiter, sed & libenter, immo

& letanter sustineant tribulationes, quæ cito finientur, & ad præmia æterna perducunt, propter hoc dicit Psal. Læti sumus pro diebus &c. Act. 5. Ibant apostoli &c. Et significauit. q. d. Hanc Apocal. dedit Deus Iesu Christo palam facere seruis suis. Et ipse Iesus Christus significauit. i. signis ostendit, vbi dicit glo. Hanc visionem mittens *per angelum suum* cui Christus reuelauit *seruo suo Ioanni* quasi speciali amico, qui aliis cõseruis suis manifestaret. Nota, Christus virgo, Angelum virginem, Ioanni virgini mittit. Obijcitur autem de illa. glo. significauit. i. p signa ostendit. Quia per hoc videtur, q̃ hæc visio fuerit imaginaria, q̃ est cõtra prologum. Solutio. Multi credũt q̃ fuerit imaginaria, nec curãt de prologo, quia est magistralis. Sed potest dici q̃ in veritate hęc visio fuit intellectualis. Quia Ioannes vidit rerum veritatem sine velamine figurarum, sed postea ostensæ sunt ei figuræ quibus velaret ea, q̃ viderat vt malis velata occultarentur, & bonis exercitium daretur studendi, & sic per studium inuentum gratius haberetur, & firmius teneretur. Et nota q̃ Angelus iste qui missus est ad Ioãnem spiritus creatus fuit, qui aliquãdo loquitur in persona Christi vt ibi. Ego sum alpha & ω. Aliquando in persona sui vt ibi. *Vide ne feceris, conseruus .n. tuus sum, & fratrum tuorum.* Vltro sicut nuntius deferens verba alicuius principis: aliquãdo loquitur in persona domini sui, aliqñ in persona sua, vel sic lege literam. Et significauit Deus pater, pater. s. mittens. *Per angelum suum*, scilicet Christum, qui est angelus magni consilij tibi consubstãtialis, vt dicit glo. *Seruo suo Ioanni* typũ ecclesię gerenti. Et merito quia ille. s. Ioãnes *Testimonium perhibuit verbo Dei*, i. Christo q. s. esset verus Deus, ab æterno. In principio euãgelĳ sui vbi dixit. In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, & c. Sed cõtra, prius vidit et scripsit Apocalypsim q̃ euãgeliũ. Solutio. Prius prædicauit euãgelium, & postea scripsit. Et etiã perhibuit *Testimonium Iesu Christi*, idest de Iesu Christo q. s. esset verus homo. Vbi dixit, verbum caro factum est. Ecce integrum & verum testimonium. Sed ne putaret aliquis q̃ de auditu, & non visu esset testimonium eius, & ideo minus sufficiẽs, ideo addit. *Que ex quecunq; vidit* oculis mẽtis & oculis carnis. Vnde Io. 21. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius. Item Ioan. 19. Qui vidit, testimonium perhibuit. Itẽ. 1. Io. 1. Quod fuit ab initio, q̃ vidimus, & audiuimus & manus nostrę contrectauerunt de verbo vitę nuntiauimus vobis. *Beatus qui legit.* Hic commendatur opus ab vtilitate, quam consequetur, qui conseruat hanc prophetiam. Vnde dicit. Beatus iam beatitudine spei, & tandem beatitudine rei. *Qui legit* per se. *Et qui audit* ab alio. Hic enim duplici modo acquiritur scientia. s. per inuẽtionem studendo, aut per doctrinam audiendo, vt dicit philosophus. De primo dicitur Prouer. 3. Beatus qui audit. *Verba prophetiæ huius*, quę singula sunt plena mysterijs, & sunt verba salutis & vitę. Vñ Io. 6. ait Petrus ad dominum. Dñe ad quem ibimus? verba vitæ habes. Sed quia non sufficit legere & audire: nisi fiat quod legitur & auditur, sicut dicitur ad Ro. 2. Non auditores iusti sunt apud Deũ, sed factores legis iustificabuntur, ideo addit. *Et seruat ea, quæ in ea scripta sunt*, corde retinendo, & opere implẽdo. Vnde glo. Et illi soli beati qui audiũt vt mente recondant, mente recõdunt, opere vt compleant, vt vitam æternam possideãt. Hinc est q̃ dicitur. Lucæ 10. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Beatus qui legit studendo. Et qui audit obediẽdo, & seruat credendo & timendo. Vnde glossa seruat qui fidem Christi & ecclesiæ non violat, & timet minata & quærit promissa. Et reuera legẽda sunt, & audiẽda, & seruãda verba prophetię huius. *Tempus enim prope est* quo tribulationes finient, et pręmia reddentur. s. tempus mortis cuiuslibet, vel tempus iudicij, q̃ vnusquisq; recipiet mercedẽ suam, quã meruerit. Ia. 4. Ecce iudex ante ianuam assistit. Sophonię. 1. Iuxta est dies domini magna. Glo. dicit hic. Tempus prope est, quia nec longa laboris mora, & præmia vicina. Eccle. 11. Benedictio domini in mercedẽ iusti festinat. Vel omnes qui le-

A gunt, alios docendo, & audiunt ascultando. Et dicit audiũt pluraliter, quia plures possunt vnum audire docentem, & seruat memoriter retinendo. De hoc. Eccle. 24. Qui audit me & cętera. Sequitur.

Ioannes septem ecclesijs, quæ sunt in Asia, gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & a Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos reges et sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plãgent se super eum omnes tribus terræ. etiam, Amen. Ego sum α & ω, principium & finis, dicit dominus Deus qui Colos. 1. c / 1. cor. 15. e / Hebr. 9. d / 1. Pet. 1. d / 1. Ioã. 1. d / Esa. 3. e / Matt. 24. c / Iudæ. 1. c
B *est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.*

Hæc est secunda pars capituli, siue proemij, vbi ponitur salutatio. Et ostenditur quis salutet & qui salutantur, & cuiusmodi salus optetur. Salutat Ioannes. Salutantur septem ecclesiæ Asyę. Optatur salus, quæ est a Christo Iesu, quam commendat Ioannes a misericordia. Et ideo interserit de primo aduentu, in quo maxime apparuit eius misericordia. Demum cõmendat eum a iustitia. Vnde interserit de secũdo aduẽtu, vbi apparebit eius iustitia. Et nota q̃ est duplex Asya vt dicitur in glo. Maior. s. quæ cõtinet tertiam partem mundi, Et Minor quæ est quædã pars maioris, quæ continent septem ciuitates. s. Ephesum, Smirnã, Pergamum, Thyatirã, Sardim, Philadelphiam, Laodiciã. Inter quas, Ephesus erat metropolis. In hac minori Asya primo pdicauit Paulus, sed post diuisionem apostolorum obtinuit eam Ioãnes, & prædicauit ibi. Et per illas septem ecclesias intelliguntur vniuersę mundi ecclesiæ. Tum pro-
C pter numerum septenariũ, qui est numerus vniuersitatis. Quia omne tẽpus. vij. diebus agitur, quo regitur ecclesia. Tum propter ternarium numerum animę, & quaternariũ corporis, vel q̃a in fide trinitatis fundatę sunt omnes ecclesiæ per quatuor partes mũdi fundatę, vel diffusę. Vel propter septiformem gratiam spiritus sancti, quo illustrantur omnes ecclesiæ. Dicit ergo Ioannes, cui hęc dominus reuelauit per angelum septem ecclesiis Asyæ specialiter, & in eis omnibus aliis generaliter, optat salutem dicens. *Gratia*, id est peccatorum remissio. *Et pax*, idest ad dominũ recõciliatio. Vel gratia. i. informatio virtutũ. *Et pax*, idest trãquillitas mẽtis, & quies a vitijs. Vel gratia triplex. s. operãs cooperans, & consumens. De qua. 1. Corin. 15. Gratia Dei sum, id q̃ sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed gratia eius in me semper manet. Et pax triplex, temporis, pectoris, æternitatis, vnde sit, vel detur *Ab eo qui est* æternaliter. i. a filio cuius nomen est. *Qui est*. Exo. 3. Et hoc dicitur contra iudeos, qui dicunt ipsum non esse, sed mortuum. *Et*
D *qui erat* apud patrem, ante q̃ mundus fieret. Contra Arrianos, qui dicunt ipsum nõ fuisse ab æterno. *Et qui venturus est*, ad iudicium, redditurus cuilibet iuxta meritum suum cõtra quosdam Manicheos, qui dicũt iudicium iam factum, vel contra Saduceos, qui dicunt animas perire cum corpore, & non fieri iudicium. *Et a septem spiritibus*, idest a spiritu sancto, qui est vnus in natura, sed septiplex in gratia, vnde sap. 7. Est. n. in illa spiritus intelligentiæ, spiritus vnicus, sed multiplex, vnicus virtute naturæ, multiplex gratiarum distributione. *Qui in conspectu throni eius sunt*, idest quem spiritũ septiformem & vnum cõspiciunt incessanter. Throni eius idest Angeli sancti, in quibus sedet & iudicat. 1. Pet. 1. Spiritu sancto misso de cœlo in quẽ desiderãt angeli pspicere, vel per septem spiritus intelligitur vniuersitas angelorum. Thob. 12. Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem spiritibus, qui astamus ante deum. Et super hoc orta est q̃stio, quare non fiat hic mẽtio de patre, cum solum optet ei salutem a Christo, de cuius diuinitate præmisit cum dicit. *Ab eo*

qui est. Et de ęternitate cũ dixit. *Qui erat.* Et de potestate cũ dixit. *Qui venturus est.* Et de dignitate cum dixit. *Et a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt*, id est qui assistunt ei, vt ministri eius. Dañ.7. Milia milium ministrabant ei. Postea subiungit de eius humanitate. *Et a Iesu Christo qui est testis fidelis* idest qui fidele testimonium perhibuit mundo de patre, & de seipso, Ioan.18. Ad hoc veni in mundum, vt testimoniũ perhibeam veritati. vel testis fidelis, quia veritatem quam verbis docuit, operibus approbauit. Ioan.5. Opera, q̃ ego facio testimonium perhibent de me, vel testis fidelis, quia sine acceptione personarum, viam Dei in veritate docuit. Matth.23. Vel testis fidelis, quia in die iudicij verum testimonium de omnibus dabit. Iere.29. Ego sum iudex & testis. Psal. Et testis in cęlo fidelis: vide ergo vt habeas bonã conscientiam, quia testis non poterit corrumpi vel seduci. Prouerbio.6. Furor et zelus etc. Isa.55. Ecce testem populis dedi eum &c. *Et primogenitus mortuorum*, id est primus inter mortuos ad immortalitatem resurgens, non tempore, sed causalitate & dignitate. Nam si quidam ante ipsum suscitati fuerunt a morte, non tñ resurrexerũt proprie, quia iterum obierunt, sed Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Roma.6. Similiter credimus de illis, qui cũ domino resurrexerũt, quia vera fuit eorum resurrectio, nec iterum obierũt in corpore & anima, sed cum Christo ascenderunt. Quod ergo dicit hic Christus primogenitus mortuorum, cũ illi dicantur in die parasceues resurrexisse, sicut.n. dicitur Matth.26. Multa corpora sanctorum, qui dormierant resurrexerũt. Sed domini, ꝙ hoc fuit, cum in die dominica resurrexit. Vnde ibidem dicitur statim. Et exeuntes de monumentis venerunt in sanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Dicitur autẽ primogenitus mortuorum, quia mortui cũ resurgunt quodammodo generantur ad immortalitatem. *Et princeps regum terræ*, idest terrenarum potestatum, permittens eos dominari ad bonorum vtilitatem, potens remouere quãdo voluerit, vt dicit glo. Et qui modo iudicant alios, & eosdem in futuro iudicabunt. Sap̃.6. Audite reges & intelligite, discite iudices finium terræ: præbete aures qui cõtinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, qm̃ data est a dño potestas vobis, et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, qm̃ cũ essetis ministri regni illius: nõ recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, vel regum terræ. i. sanctorum regẽtium ecclesiam. Vnde *qui dilexit nos* viuẽs. *Et lauit nos* moriẽs *A peccatis nostris*, q̃ sordidant animã. *In sanguine suo* non hircorum aut taurorum, sed suo proprio, quem pro nobis fudit, ex quo baptismum mundandi a peccatis suscepit: hoc fecit ex solo amore quo nos dilexit. Iere.31. Charitate ꝑpetua dilexi te, ideo attraxi te. Eccles.29. Gratiam fideiussoris &c. *Et fecit nos.* Ioannes connumerat se vt auditores attrahat ad amorem. Regnum. i. tales, in quibus regnet & habitet. *Et sacerdotes*, idest vos sacrificatores. 1. Pe.2. Vos estis genus electũ &c. vel regnum. i. potentes reges, qui regere possunt, & reprimere motus illicitos. Et sacerdotes. i. sanctos, nos ipsos domino immolantes. Iuxta illud ad Ro.12. Obsecro vos itaq; fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra &c. Fecit inq̃ Deo. i. sibi q est Deus & patri suo, a quo habet quicquid habet, vel et, ponitur expositiue. pro idem. Et est sensus domini & patri suo. i. Deo qui est pater suus, vel qui est Deus suus, & pater suus. Dñs per creationẽ ipsius hominis: pater per generationem ipsius Dei. Ioan.20. Ascendo ad patrẽ meum, & patrẽ vestrum, Deũ meũ, &c. Hoc modo ponitur & copulatiue, nõ expositiue, et est melior expositio, quia sic ostenditur vtraq; natura in Christo. Et cum tot & tanta fecerit nobis, & tantus & talis sit. Ideo *Ipsi gloria* & laus quo ad bonos. *Et imperium.* i. potestas quo ad malos. *In secula* consecutiua *seculorum* idest imperpetuum. *Amen.* i. vere, vel ita sit, vel verum est. 1. Thi.6. Cui est honor & gloria & imperiũ in sempiternum amen. vel gloria in se & super creaturis, imperiũ: quia omnia potest semper. *Et ecce venit &c.* Hic loquitur Ioannes de secundo aduentu Christi, vt qui pro amore primi aduentus noluE erunt peccata dimittere: saltẽ dimittãt amore secundi, iuxta illud Gregorij. Saltem misericordiam reuocantis debemus erubescere: si eius iustitiam nolumus formidare, qui tãta in probitate contemnitur, q̃to amplius non cessat reuocare. Et quia omne tẽpus breue est, vtitur aduerbio demõstratiuo, & verbo præsenti dicẽs. *Ecce venit* idest cito veniet ad iudicium Christus. Cum nubibus, sicut ascẽdit Actuum.1. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cęlum &c. Danielis.7. Ecce ĩ nubibus cęli quasi filius hominis veniebat, vel cum nubibus. i. cum scientijs volantibus per contẽplationem, pluentibus per prædicationem, protegentibus ab ira Dei per suam intercessionem, coruscantibus per bonam operationẽ. De istis nubibus dicitur Isa.60. Qui sunt isti qui vt nubes volant? & cum istis venit dñs ad iudiciũ Isa.3. Veniet cũ senibus populi sui, & prĩcipibus eius. Deu.33. Apparuit de mõte pharan, & cum eo sanctorum milia. Vel dicitur venire cum nubibus, quia in carne veniet. Quæ dicitur nubes, Isa.19. In qua tonabit disceptando, & senten-F tiando. 1. Regum.2. Dñm formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit. Iob 26. Cum vix paruam stillam sermonum eius audiuerimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri. Item coruscabit occulta cordiũ manifestando. 1. Corin.4. Veniet dominus, qui et illuminabit ascondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiũ. Dañ.7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Item pluet ęterna supplicia infligẽdo. Psalmus. pluet super peccatores laqueos &c. vel fm glo. In nubibus, intelligitur multiplex Christi clementia, in qua veniet ad iudicium: bonis, præstans refrigerium & illuminationem, malis vero timorem & obscuritatem. *Et videbit eum omnis oculus* tam bonus quàm malus. Boni videbunt ad gloriam. Isa.33. Regem in decore suo videbunt. Mali autem ad pœnam suam. Sap̃.5. videntes turbabuntur timore horribili. Boni videbunt humanitatẽ & diuinitatem. Mali autem solam humanitatem. Isa.27. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Sed si omnis oculus videbit eum, ergo paruuli ante baptismum mortui viG debunt eum, ꝙ bene credi potest: tamẽ non cognoscent eũ. Si aliter viderent cognoscerent suum damnum & dolerẽt, & sic haberẽt pęnam materialẽ, ꝙ non est verum. Vel potest dici. *Videbit eum omnis oculus*, qui habuit hic vsum liberi arbitrij. *Et qui eum pupugerunt*, crucifixerunt, procurando vt Iudæi, imperãdo vt Pilatus, faciendo vt gentiles, per causam vt peccatores esse, Zacch.12. Aspicient ad me quẽ confixerunt. Io.19. Videbunt in quẽ transfixerunt: hi videbunt eum vt dicit glo. vt magis crucientur. *Et tunc plangent se super eum*, quasi confracti & collisi, ex casu sup lapidẽ. Vel super eum plangent. i. dolebunt respicientes gloriam eorum, qui fundati sunt super eum, quia non tantum dolebunt de ipso tormento inferni, q̃tum de amissione talis cõsortij. Et ostẽdit qui sunt illi, qui se plangent sibi soli imputantes. *Omnes tribus terræ* idest omnes terreni, qui plus dilexerunt terram, q̃ cœlum. *Etiam amen.* confirmatio est prædictorũ. Et confirmat hoc Ioannes duplici aduerbio Hæbraico. s. & græco. Quia hoc debent credere tam Iudæi, q̃ gentiles, & qui H ex ijs processerunt. s. christiani, & vt melius credatur quod dictum est de Christo, iudicauit Ioannes Christũ de se ipso loquentem. vnde subdit. *Ego sum alpha & ω.* In alphabeto græcorum primo ponitur α, vltimo ponitur ω in fine quasi diceret. Ego sum primus & vltimus. vnde expositio. *Principium & finis dicit dominus Deus.* Principiũ a quo omnia oriuntur. Finis ad quem omnia ordinantur. *Qui est* æternaliter. *Et qui erat* æternaliter. *Qui venturus est* iudicare potẽter. Omnipotens. i. omnia & omnimodo potens, quia nec impediri, nec cogi potest eius potentia, & bene adiungitur ei quod dicitur. Venturus est omnipotens. Quia non dum ostendit suam potentiam, sed in futuro ostendet. Psalmus. Cognoscetur dominus iudicia faciens. Beatus qui nũc ignoratur, iniuriam ꝑpatiens.

Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Pathmos, propter verbum Dei & testimonium

Iesu

Iesu. Fui in spiritu in dominica die: & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis: Quod vides, scribe in libro: & mitte septem ecclesiis, quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ. Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus, vidi septem candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, et oculi eius tanquã flãma ignis: & pedes eius similes auricalco, velut in camino ardentes, & vox illius tanquã vox aquarum multarum: & habebat in dextera sua stellas septem: & de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat, & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit (Esa. 41. b & 44. a) *dexteram suam super me dicens, Noli timere: ego sum primus & nouissimus, & viuus, et fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis et inferni. Scribe ergo, quæ vidisti, & quæ sunt, et quæ oportet fieri post hæc. Sacramẽtum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. septem stellæ: angeli sunt, septem ecclesiarum, & cãdelabra septẽ: septem ecclesiæ sunt.*

Ego Ioannes. Hæc est tertia pars capituli, in qua tria fiũt. Primo præcipitur Ioãni vt scribat quæ vidit. Secũdo ostẽduntur septem candelabra aurea, & in medio filius hominis. Tertio ostendit quomodo se habuerit ad visionẽ, quia scilicet cecidit. Vt autem melius credatur ipsi, commẽdat se a quatuor. s. primo a nomine, & re nominis, cũ dicit se esse Ioannem. Secũdo a loco cum dicit se fuisse in Pathmos insula, quasi exulem. Tertio a causa cum dicit hoc sibi factũ propter testimonium Iesu. Quarto a tempore cum dicit, se fuisse in spiritu in Dominica die. Quia ergo liber iste totus est de reuelationibus, seu visionibus, in quibus non est credendum omni spiritui, ideo cõfirmãs visionem suã auctoritate nois sui quod erat autenticũ. dicit. *Ego Ioannes* electus a domino ĩ discipulũ, plus dilectus cęteris, virgo virginis matris dñi custos, qui supra pectus dñi in cęna recubui. Hæc. n. omnia per sui nominis expressionem innuit. Frater vester, non natura tantum, sed gratia, non carne sed fide. Matth. 24. Omnes vos fratres estis, & licet esset pręlatus, vocat se fratrem causa humilitatis. Eccle. 32. Rectorem te posuerũt &c. *Et particeps in tribulatione*, idest pariẽter sustinens easdem tribulationes, quas & vos. *Et regno*, quia per tribulationes peruenitur ad regnum. Actuum. 14. Per multas tribulationes &c. 2. Corinth. 1. Sicut socij passionũ estis, sic eritis & consolationis. 2. Thimo. 2. Fidelis sermo, nam si commorimur & conuiuemus: si sustinemus, & cõregnabimus, & quia non omnis patiẽtia ducit ad regnum, sed tantum illa quæ propter Christũ, & in charitate Christi est, & ideo addit. *Et patientia in Christo Iesu*, Id est propter Christum Iesum, & in charitate Christi. 1. Petri. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut quasi fur, aut maledicus, aut malorum appetitor: si autem vt Christianus, nõ erubescat: glorificet autem Christũ in isto nomine. Vel patientia in Christo Iesu. q. d. per hoc habuimus ego & vos patiẽtiam, quia fuimus in Christo Iesu, qui fuit vobis exẽplum patientiæ. Vñ glo. Frater noster vnitate fidei, & propter illam fidem tribulatus: propter quod ad regnum peruenire patienter sustinete, habendo Christum in omnibus exemplum. *Fui in insula, quæ vocatur Pathmos* missus a Domitiano in exilium, & est locus remotus a frequentia hominum, & ideo magis aptus ad contemplationem. Osee. 2. Ducam eam in solitudinẽ & ibi loquar ad cor eius. Forte diceret aliquis. Hoc fuit propter culpam tuam, non est ve-

A rum. Sed propter verbũ Dei, qđ prędicabam. Et testimonium Iesu, hoc est, quod de Iesu reddebam. Duplex natura Christi innuitur hic, diuina cum dicit, verbũ Dei. Humana cum dicit Iesu. Quid autem fecerit ibi Ioannes, vel quo fuerit ibi subiungit. *Fui in spiritu*, idest in excessu mẽtis: vbi anima sopitis sensibus exterioribus, & quodã modo a corpore separata, potest eleuari ad cõspicienda cęlestia. *In dominica die*, quæ est tempus aptum contẽplationi, quia tunc debet cessare homo ab opere exteriore, & vacare orationi & contemplationi, & propter hoc institura sunt festa. Glo. Solet rerum qualitas ex tẽpore notari. Abraham in feruore fidei. Geñ. 18. In meridie angelos vidit. Loth in perditione Sodomæ in vespere. Gene. 19. Adam post meridiem vocem audiuit dñi. Salomon non seruaturus sapiẽtiam, nocte susceperit. 4. Regũ. 2. Ad significandum igitur, ꝙ Ioannes omnino erat intentus contemplationi spiritualium, dicitur ꝙ fuit in spiritu in dominica die, quando nullo modo vacaret exterioribus, & bene per contemplationem dicitur

B fuisse in spiritu, quia tribulatio dilatat spiritũ ad susceptionem spiritualium. Psalmus. In tribulatione dilatasti mihi. Isa. 33. Vexatio dabit intellectũ. Audi Ambrosium: Per tribulationem crassatur spiritus. Nota ex hoc, quod dicitur Ioãnes fuisse in spiritu in dominica die, volũt quidam asserere, ꝙ simul vno intuitu viderit Ioannes omnia ista. Sed hoc non diffinimus, quia vt dicit glo. Angelus vtrumq; ei conferre potuit. s. ꝙ simul, vel successiue hæc viderit. Ecce iam patẽt persona, locus, causa, tempus, Persona digna, locus idoneus, causa innocens, tempus conueniens. Quia q̃to tempus sanctius, tanto reuelationi conuenientius fuit. Et quanto locus secretior, tanto cõtemplationi aptior. Et q̃to persona dignior, & causa iustior, tanto Deo familiarior, & diuinæ visioni propinquior. Sequitur. *Et audiui* non exteriori, sed interiori aure. *Post me vocem*, idest angeli reuelationem, quæ est sine strepitu. *Magnam* manifestatione, vel significatione, vel quia de magnis. Et dicit *Post me*, quia de futuris erat reuelatio. *Tanquam tubæ*, quæ inuitat ad bellũ,

C & vocat ad conuiuium. *Dicentis* vel dicentem, vt dicit glo. *Quæ vides* iam, & visurus es postea. *Scribe in libro* hoc materiali, quia vox transit et scriptura manet. Vel scribe in libro cordis, vnde glo. Mente reconde. *Et mitte septem ecclesiis* Asyę, quibus ipse præerat, vel vniuersali ecclesię per illas septem significatę: sm omnem statum. Nam per Ephesum significatur primitiuus status ecclesię. Interpretatur enim lapsus profundus, vel concilium, vel voluntas mea. Et tunc ecclesia fuit lapsus profundus, quando omnes in passione, ceciderunt. Concilium vero & voluntas Dei fuit, qñ redierũt. Isa. 62. Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua, non vocabitur vltra desolata, sed vocaberis voluntas mea. *Smirna* interpretatur canticum, & significat statum ecclesię, quando recepto spiritu sancto gaudebãt ĩ tribulatiõibus. Iuxta illud Act. 5. Ibant apostoli gaudẽtes. *Et Pergamus* interpretatur diuisio cornuum, & significat statum ecclesię, quãdo recepto spiritu sancto gaudebant in diuisione apostolorũ: quia tunc ventilauerunt terram cornibus. Iuxta illud psal.

D Exaltabuntur cornua iusti. *Thyatira* interpretatur illuminata & significat ecclesiam post diuisionem apostolorum quia fuit illuminata doctrina & prædicatione eorum. Vñ psalmus. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. 1. Macha. 7. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenduerunt montes ab eis. *Sardis* interpretatur principium pulchritudinis, & significat statũ ecclesiæ tempore confessorũ, quãdo conuictis hęreticis cepit apparere pulchritudo ecclesiæ in fide, & cõuersatione sanctorum, vnde Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, &c. *Philadelphia* interpretatur seruans, vel saluans, & significat statum ecclesiæ, in quo seruantes præcepta, & doctrinam sanctorum, saluant animas suas. Iuxta illud Matthæi 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. *Laodicia* interpretał cõsummata, vel tribus amabilis, & significat vltimum statũ ecclesiæ tempore antichristi, quando mundus consummabitur, & tũc electi erunt amabiles trinitati. Iuxta illud Matth. Qui autem perseuerauerit &c. Et hoc est quod dicitur. Mitte septẽ ecclesiis per se.

Ephesō, Smirnæ, Pergamo, & Thyatiræ, Sardis, et Philadelphiæ, & Laodiciæ idest vniuersales ecclesiæ per has significatæ vt dictum est. *Et conuersus sum* a contemplatione Dei, ad memoriam subditorum. *Vt viderem & intelligerem, vocem quæ loquebatur mecum* interius sine strepitu soni, vt dictū est. *Et conuersus,* idest quia conuersus. *Vidi septem candelabra aurea,* idest septem ecclesias scientia lucentes, & gratia preciosas, & patientia solidas, obedientia ductiles, doctrina sonoras, per septem candelabra designatas. glo. Si habeas vocem in ore, & non opere candelabrum es, sed non aureum. Es igitur candelabrum propter prædicationem verbi. Sed aureum propter fulgorem exempli. Matth. 5. Vos estis lux mūdi, vos estis sal terræ. Luc. 12. Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit: sed super candelabrum vt qui ingrediuntur lumen videant. *Et in medio septem candelabrorū aureorum,* idest in medio ecclesiæ. *Similem filio hominis,* idest angelum personā Christi gerentem, & in forma hominis apparentem. Iuuenis non senex. Ideo dicit. *Similem filio hominis,* vel similis filij hominis. Sicut patet Ioan. 1. Quasi vnigeniti a patre, vel dicitur similis filio hominis, propter oēs defectus humanos, quos suscepit in se, præter ignorantiam & peccatum. Hebræ. 4. Non habemus pontificem, qui nō possit compati infirmitatibus nostris, per omnia tentatum, & probatum pro similitudine absq; peccato. *Vestitum podere,* idest sacerdotali veste.i. carne in qua se obtulit, et quotidie offertur Deo patri se representans. 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, vel ideo dicitur caro Christi poderis.i. talaris.i. longa, quia quandiu erit Deus, erit homo, vel poderis est ecclesia, qua vestitur Deus. Isa. 69. Viuit dñs, quia his omnibus velut ornamento vestieris, & hæc vestis protēditur vsq; ad talos, quia durabit vsq; in finem seculi. Matt. vltimo. Vobiscū sum vsq; ad consummationē seculi. *Et præcinctum ad mamillas Zona aurea,* idest castitate, sapientia, & charitate. Et nota q Daniel. 10. vidit cinctū ad renes. Quia vetus testamentum carnalia opera pœnitēdo restringit. Nouū vero etiam cogitationes. In hoc autem q dicitur zona aurea, ostenditur q castitas ex charitate debet esse qualis fuit castitas prudentū virginū. Matt. 25. Quæ acceptis lampadibus sumpserunt oleum charitatis. Non solum in lampadibus scilicet in operibus, sed etiam in vasis idest cordibus. *Caput autē eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquā nix.* Hic describit Ioannes formam sui magistri, qui eum docebat vt melius credatur ei, qui talem magistrū habuit. Caput ingt eius.i. mēs Christi. Et capilli.i. sancti extenuati & mortificati, adhærentes Christo. Candidi tanq; lana alba, & tanq; nix.i. mundi, calidi per amorem: frigidi per timorem. Lana est calida, & nix est frigida. Et ideo candor sanctorum lanæ comparatur & niui, quia debet esse coniūctus amori & timori Dei. Præterea lana alba susceptiua est omnium colorum, sic sancti omnium tribulationū pro Christo. Psalmus. Paratum cor meum &c. Item nix candidior oī alia creatura. vnde significat gloriam immortalitatis, ad quā venitur per tolerātiam tribulationū. Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecū &c. *Oculi eius velut flamma ignis,* idest respectu domini inflammantes ad amorem, & illuminātes ad cognitionē. Sap. 4. Gratia Dei & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius. Psal. Oculi domini super iustos, vel sm glo. Oculi domini sunt dona spiritus sancti. De quibus Zach. 3. Super lapidem vnū oculi septē, vel oculi dñi sunt spirituales viri, qui verbo & exēplo alios illuminant, & inflammant ad amorem & cognitionē Dei & proximi. Matth. 5. vos estis lux mundi. Zach. 2. Qui tāgit vos, tangit pupillam oculi mei. *Et pedes similes auricalco,* per pedes intelliguntur inferiores, & minores in ecclesia, qui multum distant in ecclesia, qui multū distant a capillis, tñ totum corpus sustinent ecclesiarum, tēporalia procurando. vnde sæpe sordidantur, & ideo non auro, sed auricalco similes dicuntur, vel pedes domini sunt vltimi fideles, qui erunt tempore antichristi. Nam sicut auricalcus multis cōcussionibus, & concremationibus depuratur, et meliorem accipit colorem, ita illi multitudine tribulationum depu-

E rabuntur, & clariores efficientur. Sap. 3. Tanq; in fornace, vel auricalco ideo comparantur, & non auro, quia quāuis sint eiusdem meriti & virtutis sicut primitiui fuerunt, non tamen ita lucebunt miraculis sicut illi, & ideo meliores reputabuntur viliores. *Sicut in camino ardenti.* q. d. Sancti vltimi erunt sicut auricalcum. Decoctum in camino ardenti, quia multis grauibus tribulationibus affligentur. Matt. 24. Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo neq; fiet. Et primitiua ecclesia fuit quasi aurū decoctum in igne. sed vltima quasi auricalcum in camino positum: quia maior erit vltima persecutio. Isa. 31. Dicit dominus cuius ignis in Sion.i. in primitiua ecclesia & caminus in Ierusalem.i. in vltima. Alia trāslatio habet pedes eius similes auricalco libani: per quod ostēditur q illa tribulatio maxime feruebit in Iudæa vbi dñs fuit crucifixus. ibi.n. est mons libani. *Et vox illius tanquam vox aquarum multarum,* idest eius prædicatio obtinet vim aquarum, quia mūdat. Io. 15. Iam vos mūdi estis propter sermonē, quē locutus sum vo-
F bis, & dicitur vox aquarū multarum: propter efficaciam mūdationis, vel dicitur vox aquarum multarū, quia multi populi receperunt eam, qui aquis comparantur: propter fluendi facilitatem, & stādi difficultatem. Infra. 17. Aquas, quas vidisti vbi meretrix sedet populi sunt & gētes: vel dicitur vox aquarū multarum.i. datrix gratiarum. Actu. 3. Adhuc loquēte Petro, cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. *Et habebat in dextera sua stellas septem.* Septem stellæ sunt septem ecclesiarum episcopi.i. vniuersi prælati, qui debent lucere mundo verbo, & exēplo, & esse fixi in cælo.i. in Christo per fidem, & spem, & amorem, & apparere parui cum tamē sint magni. Phil. 2. Simplices filij dei sine reprehensione: in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Sicut luminaria verbum vitæ continentes. Baruch. 3. Stellæ dederunt lumen, in custodijs suis.i. ecclesiis suis. Quod est cōtra multos, qui alienis magis, q̃ in suis prædicant. In persona quorum dicitur Can. 2. Posuerunt me custodem in vineis: vi-
G neam meam nō custodiui & lætatæ sunt: vocatæ sunt & dixerunt, assumus: & luxerunt ei cum iocunditate, qui fecit eas. Iudith. 5. Stellæ manentes in ordine: & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt. Has habet Christus in dextera sua, quia ad dexterā sunt collocandi in iudicio, vel quia intendunt spiritualibus, qui per dexteram designantur: sicut temporalia per sinistram: vel septem stellæ sunt septem dotes glorificandorum: quas habet Christus in dextera, quia eas dat tantum in futura vita, quæ per dexteram designatur, sicut præsens designatur per sinistram, vel septē stellæ sunt septem dotes. Can. 2. Læua eius sub capite meo & cæt. Prouer. 3. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria, vel ideo dicitur habere in dextera eius, qa paratus est dare. Can. 5. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ iacinctis.i. donis cælestibus. Eccl. 4. Nō sit manus tua collecta ad dandum, & porrecta ad accipiēdum. *Et de ore eius gladius acutus* ex vtraq; parte exibat.i. prædicatio verbi. Ephes. 6. Et gladius spiritus qđ est verbū Dei, scindens
H ex vtraq; parte. Quia in veteri testamento mala opera: in nouo testamento punit etiam desideria, vel ex vtraq; parte acutus dicitur hic gladius, quia diuidit hominem tenentem ipsum ab amore sui & mundi. Matth. 10. Non veni pacem mittere, &c. sed ignem, veni enim separare hominem a patre &c. Et hic gladius debet exire ex ore Christi.i. ex sacra scriptura. Psalmus. De medio petrarum dabūt voces. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei. De hoc ore dicit. Isa. 30. Ambulatis vt descēdatis in ægyptum, & os meum non interrogastis, vel os Christi est prædicator, qui debet habere gladiū acutū ex vtraq; parte, quia mundus a se, & se a mundo debet separare. Sicut Paulus. Gal. 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo. De hoc ore dicitur. Iere. 15. Si separaueris preciosum a vili.i. animam a mundo quasi os meum eris, vel gladius iste est sententia iudiciaria. De quo Iob. 19. Fugite a facie gladij, quia vltor iniquitatis est gladius. Item. Isa. 26. Visitabit dominus in gladio suo duro, grādi, et forti.

Hic

Hic scindet ex vtraque parte, quia ab electis reprobos separando percutiet in aĩa & in corpore, vel quia puniet eos pro omissis, & pro commissis. Matth.13. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum, et mittent eos in caminum ignis. Et bene dicitur hic exire gladius, quia omnes illos feriet, quos extra ecclesiam inueniet. Ezechiel.9. Omnem super quem videritis Tau, ne occidatis. q.d. Omnes alios occidite. Geñ.6. Omnes qui erant extra archam, diluuio perierũt. *Et facies eius sicut Sol lucet in virtute sua.* Facies Christi est clemẽtia vel notitia vel præsentia, vel humanitas eius glorificata, quæ soli comparatur propter excellentiam claritatis. Nulla enim creatura tam lucida est vt Sol, quando lucet in virtute sua.i. in meridie in centro cęli sublatis nubibus. Tunc enim clarissimo fulgore resplendet: multo plus resplendebit Christi humanitas. Matth.17. Resplẽduit facies eius sicut Sol. Immo plus centies, tantum Hilarius dicit. Sed non habuit euangelista creaturam splendiorem, cui posset comparare Christi claritatem. Hãc gloriam Christi describit nobis Ioannes, vt desiderium nostrũ accenderet in illam. Scimus enim quia cum apparuerit, similes ei erimus, vt dicitur.1.Io.3. Et Matth.13. Fulgebũt iusti sicut Sol, ꝙ non solum de hoc sole materiali intelligitur, sed potius de illo spirituali. De quo dicitur Malach. vltimo. Orietur vobis timentibus nomen meũ Sol iustitiæ. Phil.3. Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratum corpori claritatis suæ. *Et cum vidissem &c.* Hic determinat Ioãnes quid accidit ei post visionem. Quia stupefactus ex visionis magnitudine, cecidit quasi mortuus. Estimet ergo quilibet quid fecisset Ioannes, si vidisset gloriam diuinitatis, qui solam similitudinẽ glorificatę humanitatis non potuit substinere. Consideret etiam q̃tum infirmatur humani cordis oculus, qui ad contemplandum gloriam factus, glorificatæ humanitatis gloriam videre non potest. Vnde Gregorius. Post visam gloriam Ioãnes cecidit, quia mens humana q̃to perfectius cęlestia bona cognoscit, tanto magis in seipsa humiliatur. Quod satis bene ostẽditur Hester. 15. vbi legitur. Quod videns regem Assuerum in solio residentẽ, exterrita cecidit. Gregorius, vnusquisqꝫ vir sanctus quanto altius ad contemplandum diuinitatẽ se erexit, tanto apud se introrsum inferius cadit, quia in comparatione Dei, eius magnitudo, q̃ peruasit facile conspicitur. Hinc est ꝙ Abraam viso domino, puluerẽ & cinerem se recognouit, vt dicitur Geñ. 18. Et Iob vlti. Auditu auris audiui te, & nunc oculus meus videt te. idcirco me ipsum reprehendo, & ago pęnitentiam in fauilla & cinere. Dicit ergo *Cum vidissem eum*, idest Christum talem in tanta gloria. *Cecidi ad pedes* prę stupore & admiratione stupefactus, vel cecidi ad pedes eius. Glo.i. proieci curam humanitatis ad similitudinem vel timore fidelium, qui sunt pedes Christi, qui pro Christo curam suorum corporum contempserũt, vel *Cecidi ad pedes eius*, idest indignum me arbitrans, & insufficientem contemplari diuinitatem, ad inspiciendam humilitatẽ, & benignitatem ipsius me inclinaui. *Tanquam mortuus*, idest non vere mortuus, quia non desperaui nec omnino defeci, vel tanq̃ mortuus.i. mundo mortuus, & Deo viuus. Iuxta illud. Gala.2. viuo ego &c. Colo.3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, vel tanq̃ mortuus idest mortuus voluptati & superfluitati, viuẽs aliàs necessitati. Amor enim cęlestiũ facit hominẽ a terrenis mortuũ. Can.8. Fortis est vt mors dilectio. Tunc autem scitur ꝙ sit mortuus mundo & viuus Deo, quia mundus non mouet membra vel sensus eius, quando ipse, nec videt, nec loquit̃, nec cogitat ea, quæ mundi sunt. Psalmus. Propter te mortificamur tota die. Sed qm̃ Deus semper humiles consolatur. Iuxta ꝙ dicit. Iudith.8. Expectemus humiles consolationẽ eius. Recte sequitur. *Et posuit dexteram suam.* Glo.i. spiritum confortantem.i. auxilium suũ super me, idest super vires meas, quia nec per se posset se leuare, dicens sibi per interiorem lectionem, & nobis per scripturam & pręedicationem. *Noli timere.* Glo. pro me pati tribulationes et mortem, nec debes. Quia *Ego sum primus* a quo omnia. *Et nouissi-*

A *mus* ad quẽ omnia, vel primus quia ante me nõ est Deus & nouissimus, quia post me non est alius. Isa. 63. vel primus per creationem, & nouissimus per retributionem, vel primus quia ante secula natus, de patre, & nouissimus quia in fine temporis natus de matre, vel primus inter angelos, & nouissimus inter iudęos. Isa.53. Desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum. *Et sum viuus* æternaliter. *Et fui mortuus*, sed resurrexi, non iterum moriturus, vt Lazarus. Roma. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Ita exponit Hay. vnde sequitur, & ecce sum viuens in secula seculorum.i. semper quasi dicat, Christus in Ioãne & nos in eo. Ego qui talis sum, fui mortuus propter vos & post resurrexi non amplius moriturus. Sic et vos nõ debetis timere mori pro me, quia similiter resurgetis victuri in secula seculorum, super Diabolum & membra eius. Et ideo non patiar vos tẽtari, vel tribulari, super id quòd potestis, & ideo non debetis timere pati pro me, & habebo claues mortis & inferni.i. habeo potestatem super mortem,
B vt iam amplius non possit vobis dominari cum surrexeritis, & super infernum, vt vos non retineat, & ibi Diabolum & mẽbra eius perpetuo carcere claudere, ne vos amplius infestet, scribe ergo, q̃ vidisti.s. incarnationẽ, passionem & resurrectionem. Et quę sunt.i. pręsentes tribulationes, & præsens auxilium, & quæ oportet fieri post hæc.s. vltimam persecutionem, quæ debet vos animare ad tolerantiã. Quia id ꝙ modo sustinemus, nihil est respectu eorum, & quia cõfusę dixerat ei vt scriberet visionem, determinat in parte quid debeat scribere dicẽs. *Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea.* Hęc.s. scribe *septem stellæ angeli sunt*, idest episcopi *septem ecclesiarum* Asyę vel omnium. *Et candelabra septem, septem sunt ecclesiæ.* Hãc primam partem visionis exposuit angelus, vt ostendat in aliis similiter allegoriam esse querendam. Totum autẽ noluit exponere, ne si totus esset planus liber legentibus in tędium verteretur, & a quibusdam forte cõtemneretur, & indignis occultaretur misterium, & bonis merendi in studio
C actio præstaretur. Thob.12. Sacramentum regis abscõdere bonum est, opera aũt Dei reuelare & cõfiteri, honorificum est. Nũc autem moraliter aliquid dicamus, vt affectus partem suam habeat in hoc libro, & non intellectus.

A*pocalypsis Iesu Christi &c.* Apocal. interpretatur reuelatio. Reuelationum duo sunt genera. Nã vna est carnalis reuelatio, alia spiritualis. Carnalis est, q̃ reuelat caro discipulis suis. Spiritualis, quã reuelat spiritus discipulis suis. De vtraqꝫ dicitur. Matth.17. Beatus es Simon bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cęlis. Reuelat autem caro discipulis suis, cibos exq̃sitos appetere, sapores nouos excogitare vina condire, diuersa fercula pręparare, vestium mollitiem querere, labores fugere, quietem amare. tristitiã fugere lętitiã eligere, & huiusmodi. Sed hęc Apocalypsis Iesu Christi non est, quia non est salutis, sed est Baal.i. ventris omnia deuorantis. De quo dicitur Osee.9. Omnes nequitiæ eorũ in galgal, qui interpretatur reuelatio. Spiritus
D sanctus qñqꝫ reuelat intellectui, qñqꝫ affectui. Intellectus reuelat intelligẽtiam veritatis. Affectus dulcedinem bonitatis. In prima reuelat quid credendũ. In secunda quid desiderandum. De prima dicit Dauid. Reuela oculos meos, e considerabo mirabilia de lege tua. Et iterum, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. De secunda dicit̃. 2. Corin.3. Reuelata facie gloriam Dei, speculantes in eandem imaginẽ trãsformamur, tanq̃ a domini spiritu.i. a cogitatione intelligentiæ, ad cognitionem experientiæ, quæ certior est, quia est per gustum. Prouer. 4. Semita iustorũ quasi lux splendens procedit, & crescit vsqꝫ ad perfectum diem, q̃ dedit illi Deus. Ex hoc patet ꝙ reuelatio est purũ donum Dei. Ia.1. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum desursum est, descẽdens a patre luminum. Datũ optimum est reuelatio intellectus. Donũ perfectum quia perfectorum est. Dañ.2. est Deus in coelo reuelans mysteria. Dat autem Deus hanc reuelationem quandoqꝫ mediate, per aliquam creaturã. Vnde dicitur hic. *Mittens per angelũ*
seruo

seruo suo Ioanni, quandoq; immediate, a se ipso, & tunc lucidius videtur veritas, & dulcius sentitur trinitas, & hęc reuelatio appellatur locutio Dei. Exo. 32. Loquebatur dominus Moysi, facie ad faciem: sicut solet loqui homo ad amicum suũ. s. sua secreta reuelando, & consolando. Psalmus. Audiam quid loquaƒ in me dominus Deus. Iob 4. Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrĳ eius. Iere. 30. Quis est iste, qui applicat cor suũ, vt appropinquet mihi per cognitionem? vnum est, creaturæ cognitio vel consideratio, aliud est superni luminis infusio. Considerans. n. anima in creaturis vnitatem, ordinem, & speciem, venit in aliquam cognitionem trinitatis ſcreatę. Sap. 14. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit horum creator videri. Rom. 1. Inuisibilia Dei, idest pater inuisibilis, a creatura mundi, idest ab homine, per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; virtus. i. filius & diuinitas. i. spiritus sanctus. Hæc visio siue cognitio, est non omnino clara, sed quando desuper infunditur lux animę, per quã eleuatur & ducitur in Deũ: tũc clare videt anima. vnde Psalmus. In lumine tuo videbimus lumẽ. Et hęc reuelatio, animam, cui fit, liberat a deceptionibus dęmonũ, quibus anima intenta cõtemplationi sępe decipitur. Psal. Scuto circundabit te veritas eius, nõ timebis a timore nocturno, a sagitta volante &c. Hic tanguntur quatuor quibus dęmones infestãt frequenter animas intentas contemplationi a quibus liberat lumen veritatis infusum. Timor nocturnus est error, vel horror, quẽ i recessu suo solet Diabolus relinquere. Dicit Gregorius, quod reuelatione Diaboli primo recipit anima quandam lætitiam & in fine habet horrorem. In reuelatione autẽ Dei fit econtrario. vñ beata virgo primo turbata fuit in angeli salutatione. postea est consolata. Sagitta volans est vanagloria, vt dicit beatus Bernar. q̃ velociter & suauiter itrat, sed grauiter vulnerat. Hęc sæpe infestat & decipit contemplantes. Isa. 1. vinum tuum mixtũ est aqua. Alia litera. Caupones tui miscuere aquam vino. Vinum est reuelatio Dei, quæ lætificat cor. Aqua est vanagloria, quæ inflat. Aquã ergo vino miscẽt, qui de reuelatione sibi facta inaniter gaudent. Negocium perambulans in tenebris est solicitudo siue cura rei familiaris, cuius cogitationes oranõbus & meditantibus, sæpe Diabolus immittit, vt sic retrahat a contẽplatione, & subtrahat eis refectionem eius. Vnde Matth. 12. dicitur. Quod cum Ioannes loqueretur in domo, venit nuntius qui dixit ei, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant q̃rẽtes te. 2. Thi. secundo. Nemo militans Deo implicat se negocĳs secularibus. Quartum & vltimum est incursus, & Dęmonium meridianum. i. illusio Diaboli sub specie boni, vt aliquando suggerit vigilare, ieiunare, orare, plorare diu, quãdo viderit aliquem nouitium deuotum, vt debilitatum, & deficientem, subtrahat a Dei obsequio, vel faciat pęnitere de bono quod incepit. ideo dominus dicit. Luc. 19. Zachęo, q̃ super ficum fatuam ascenderat, vt eum videret. Zachęe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Ficus fatua est indiscreta deuotio, in qua quando aliquis nouitius vult nimis ascendere, dicit ei Iesus. Noli nimis ascẽdere, sed cito descẽde. Addit. Quantũ potes, q̃a tecum nolo, non solum esse, sed diu manere infra. *Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo*. Primo lauit nos in baptismo. De quo Ezech. 16. Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te & vnxi te oleo & vestiui te discoloribus, Item lauit in prædicatione. Ioã. 15. Mundi estis propter sermonem quã locutus sum vobis. Itẽ eleemosynarum largitione. Luc. 11. Date eleemosynã &c. Itẽ tribulatione. Isa. 4. Si abluerit dñs sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit, de medio eius in spiritu iudicĳ, & spiritu ardoris. Tandem lauit in sanguine suo, vt hic dicitur, quẽ frequenter effudit pro nobis, nos quoque debemus effundere sanguinem nostrum pro Christo domino. Primo in circuncisione, & nos debemus in cõfessione. Secundo in oratione, & nos debemus in orõne similiter. Tertio in flagellatione, & nos in satisfactione, vel disciplinarũ

E susceptione, Quarto in spinarum coronatione, & nos in cõpũctione, Quinto in crucifixione, & nos in omni vera moderationis mortificatione. Sexto in lateris perforatione, & nos in vera cordis dilectione. Quia vt dicitur Prouerbi. 10. vniuersa delicta operit charitas. In istis sex vicibus lauit nos i sanguine suo. Vna vice lauit nos in lachrymarũ effusione, quæ sunt sanguis aĩæ, vt dicit Augustinus, quas effudit pro nobis ter. In Lazari suscitatione. Io. 11. In ciuitatis Ierusalem, destructione. Luc. 19. In passione siue in cruce. Heb. 5. Vade ergo & lauare septies in Iordane, & mundaberis. 4. Regum quinto. *Et fecit nos regnum*, cuius ipse est Rex. Eccl. 10. Beata terra cuius Rex nobilis est. Isa. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster ipse saluabit nos, in hoc regno nullus est seruus, sed oẽs liberi. Gala. 4. Non sumus ancillę filĳ, sed liberę, qua libertate Christus nos liberauit. i. liberos fecit. Huius regis est bona dominatio. Psalmus. Beata gens, cuius est dominus Deus eius. Item, Laudate dominum, q̃m bonus dominus.

F Item, Confitemini domino q̃m bonus. *Et sacerdotes*. Vnde offerre debemus Deo tria sacrificia. Primo sacrificiũ cordis in contritione. Psalmus. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Secundo sacrificium oris in confessione & oratione. Psal. Sacrificium laudis honorificabit me &c. Item holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum. Medulla, quæ est pinguedo & robur ossium est deuotio, q̃ est pinguedo & virtus orationum. Tertio sacrificium corporis in satisfactione. Psal. Tũc acceptabis sacrificium iustitiæ. Iterũ Eleuatio manuum mearum sacrificiũ vespertinũ. Sequitur. *Fui in spiritu in dominica die*. Sic omnes debent esse intenti in spiritualibus in festo die. Ioan. 4. Deus spiritus est, & omnes qui adorãt eum, oportet adorare in spiritu & veritate. Isa. 26. In spiritu meo & in pręcordĳs meis de mane vigilabo ad te. Psal. Hęc dies quã fecit dñs, exultemus, & lætemur in ea. Sed dixerunt, cognatio eorũ simul quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra, qui litibus & ludis in die festo intendunt. Sed melius esset mani-

G bus in agro vel in vinea laborare. Isa. 1. Kalendas vestras et solennitates vestras odiuit anima mea Sequitur. *Audiui post me vocem magnam*. Hæc vox est vocatio domini, quæ vocat & reuocat nos fugientes ab eo. Isa. 30. Aures meę audient verbum post tergum monentis. Zacha. 7. Reuertere sunamitis. i. captiua anima, reuertere, reuertere, vt intueamur te, Quare dictũ fuit reuertere reuertere? vt. s. in pueritia, in iuuentute, in senectute, in senio, vel quia quatuor faciunt a Deo fugere. Cõfidentia iuuentutis, q̃ fugiunt ad oriẽtem. Dilatio mortis, q̃ ad occidentem. Amor prosperitatis, q̃ ad meridiem. Timor aduersitatis, q̃ ad aquilonẽ. Ideo clamat Dñs. Reuertere ab oriente, quia iuuenis cito moritur. Reuertere ab occidente, quia senex diu nõ viuit, & q̃n homo a Deo fugit, diu viuere non põt, verba sunt Senecę. Reuertere a meridie, quia prosperitas mundi cito transit. 1. Io. 2. Reuertere ab aquilone, quia aduersitas mundi non potest nocere nisi volenti. Magna dicitur vox quia magnus vocat & ad magna. Vocat autem quadrupliciter dñs, prædican-

H do, beneficia dando, inspirãdo, flagellando. Prouer. 1. Vocaui & renuistis, extendi manum meã & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Tanq̃; tuba, quæ vocat ad cõuiuium spirituale, vbi anima reficitur. Isa. 25. Faciet dñs in omnibus populis in monte hoc cõuiuium pinguium, conuiuiũ vindemię, pinguium medullatorum, vindemiæ defecatę, & nota supra dixerat. *Fui in spiritu in dominica die*. & statim seq̃tur. *Et audiui post me vocem magnam*. Ad innuendum q̃ homo parũ potest quiescere in contemplatione, quin statim reuocetur ad exteriora. vnde beatus Bernardus. Fœlix hora, sed breuis mora. Eccl. 40. Modicũ somnum tanq̃ nihil in requie. August. Intromittis me domine in affectum quendã multum inusitatum introrsum ad nescio, quã dulcedinem, sed rursum resideo, & absorbeor solitis, & teneor & multum fleo illic esse volo nec valeo, sed non volo, vtrobiq; miser. *Quæ vides scribe in libro*. Multa debet homo videre in contemplatione, s. peccata sua, supplicia inferni, gaudia paradisi,

bene-

beneficia Christi, necessitates proximi, & omnia scribere
in libro cordis sui. Circa peccata debet homo videre quã
breuis est ibi delectatio, & pęna ęterna. Gregorius. Momē-
taneum est quod delectat, ęternum quod cruciat. Itē quam
vilis sit. Iere. 7. Quam vilis facta es oimis iterans vias tuas.
Item, q̃ damnosa, quia diminuit bona naturę, priuat bonis
gratiæ, aufert bona gloriæ. Treñ. 1. Egressus est a filia Sion
oĩs decor eius. Circa supplicia inferni debet videre diuersi-
tatem, acerbitatem, ęternitatem. De primo. Psalmus. Ignis
sulphur & spiritus procellarũ pars calicis eorũ. De secũdo
Matth. 8. Ibi erit fletus & stridor dentium. De tertio. Isa. in
fine. Ignis eorum non extinguetur &c. Matt. 25. Ite in ignē
æternum &c. Circa gaudia paradisi debet videre puritatē,
plenitudinem, lõgitudinem, De primo Prouer. 14. Gaudio
eius nõ miscetur extraneus, De secũdo Ioan. 12. Iterum vi-
debo vos, vt gaudium vestrum nõ tollat a vobis. De tertio
ibidem. Et gaudium vestrum plenum sit. Circa beneficia
Christi debet videre multitudinem, magnitudinem, grati-
tudinem. De primo. Psal. Quid retribuã domino &c. De
secundo. Luc. 1. Fecit mihi magna &c. De quarto. Matt. 10.
gratis accepistis, gratis date etc. Circa necessitates proximi
debet videre quid vellet sibi fieri, si esset in illo statu, & q̃ta
sit fragilitas hominis. De primo. Matth. 7. Quęcunq; vultis
vt faciãt vobis homines &c, De secundo. Iob. 5. visitãs spe-
ciem tuam non peccabis. Eccless. 32. Intellige ex te ipso quę
sunt proximi tui. Item quæ vides in Christo, in mundo, in
proximo tuo, scribe ĩ corde tuo. *Et mitte septem ecclesiis.* Prius
vide. Secundo scribe, & tandē mitte, quia prius est studen-
dum, postea in corde cõmendãdum. Deinde prædicandũ.
Eccl. 18. Añ q̃ loquaris disce. Alia sufficiẽter exposita sunt.

CAPVT. II.

*ET angelo Ephesi ecclesiæ scribe, hæc dicit qui
tenet septem stellas in dextera sua, qui ambu-
lat in medio septem candelabrorum aureorũ.
Scio opera tua, & laborem, & patientiam
tuam: & quòd non potes sustinere malos, et tentasti eos qui
se dicunt apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos men-
daces: & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen
meum, et non defecisti. Sed habeo aduersum te pauca, quòd
charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vn
de excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. sin-
autem, veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum
de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quòd o-
disti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurē,
audiat quid spiritus dicat ecclesiis, Vincenti dabo edere de
ligno vitæ, quod est in paradiso dei mei.*

HIc incipit secunda pars libri in qua agit actor de
septem visionibus quas sibi angelus reuelauit.
vnde diuiditur in septem partes iuxta nume-
rum visionum. Prima visio est de correctione
ecclesiarum, & tenet duo capitula. Secunda est de reuela-
tione mysteriorum, quod significatur in libri apertione, &
continet quatuor capitula. Quarta est de defectu eccle-
siæ, qui prouenit ex reuelatione & prędicatione mysterio-
rum, et continet tria capitula. Quinta est de pęnis quas su-
stinent mali & boni in hoc mundo, & continet tria capitu-
la. Sexta est de pęnis reproborũ quas sustinebũt ĩ inferno,
& cõtinet tria capitula. Septima est de beatitudine electo-
rum, vsq; ad finem libri, & continet duo capitula, & sic in
vniuerso habet liber iste. 22. cap. Et ĩ omnibus persecutio-
nes ecclesiæ narrãtur, nisi q; in primo quasi materia totius
libri prælibatur, & in vltimo cęlestis Ierusalem ędificia de-
scribũtur, omnium generum lapidibus exornata. Hoc au-
tem capitulum diuiditur in quatuor partes, in quibus scri-
bit Ioãnes quatuor ecclesiis. In prima parte scribit ecclesię
Ephesi, quæ inter septem ecclesias Asyæ erat metropolis.
Et ideo primo scribit ei tanq̃ digniori. Primo commendãs

A episcopũ Ephesi de patiẽtia, secũdo increpãs eũdem de q-
busdam, & admonet vt pęniteat, & cõminatur si negligat,
& q; de facili possit reconciliari domino ostẽditur. Hoc to-
tum facit auctor in prima parte huius capituli. In secunda
scribit angelo Smyrnæ. In tertia angelo Pergami. In quar-
ta angelo Thyatirę, & sic terminatur hoc capitulum. Dicit
ergo *Et angelo Ephesi,* quasi dicat. Non solum prędicta scri-
bas, sed angelo Ephesi ecclesię scribe, idest Archiepiscopo
Ephesi. Cui primo scribit vt correctus, cęteris fiat forma, et
exemplum correctionis. Sed q; dicit apostolus ad Titũ. 2.
In omnibus præbe te ipsum exẽplum bonorum operũ: in
doctrina, in integritate, in grauitate. Et dicũtur prælati an-
geli. Primo propter officium ministrandi, ad ministeriũ sic
non ad dominium assumuntur qñ præficiuntur. vnde pri-
mę Corin. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi.
Item. 1. Corin. 9. Nam cum liber essem ex omnibus ante p̃-
lationem, omnium me feci seruũ, in susceptione pręlatiõis,
& quare: vt omnes lucrifacerē. Et de angelis quidē. Heb. 1.
B Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi,
propter eos qui hęreditatē capiunt salutis. Non debēt ergo
extolli cum ministri fuerint, sed magis humiliari. Eccle. 32.
Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi
vnus ex illis. Angelus. n. nomen est officij non naturæ, sic
episcopus. Vnde, prima ad Timo. 3. Qui episcopatum desi-
derat, bonum opus desiderat. vnde ipsi Timotheo dicitur,
Ministerium tuum imple. 2. Thi. 3. Et primę Petri. 5. Non
dominantes in clectis, sed forma facti gregis & ex animo.
Item propter vitæ puritatem fm illud. Matth. 22. In rege-
neratione neq; nubent neq; nubentur, sed sunt sicut angeli
Dei in cęlo. Luc. 20. dicitur eis, Sint lumbi vestri præcincti.
Item propter peritiam medicandi, quam habent angeli vt
patet. Thob. 12. Vnde episcopi debent esse medici anima-
rum. vnde de summo episcopo dicitur. 1. Petri. 2. Eratis si-
cut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorē, & epi-
scopum animarum vestrarum. Et Luc. 10. dicitur prælato.
Curã illius habe. Prouer. 12. Qui suscipit animas, idest curã
C animarum, sapiẽs est. Item propter instructionem. Dañ. 9.
Egressus sum vt docerem te. Malachię. 2. Labia sacerdotis
custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia
angelus domini exercituum est. Item propter Dei cõtem-
plationem. Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem
patris mei, qui in cęlis est. Itē quia orãt pro nobis. Tho. 12.
Ego obtuli orationem tuã domino. Sic prælati debēt orare
pro populo: secundo Mach. vltimo. Hic est fratrũ amator,
& populi israel. Hic est qui multum orat pro vniuersa san-
cta ciuitate Ierusalem. Valde ardenter orabat Moyses, pro
populo sibi commisso. Exod. 32. vbi dixit. Aut dimitte eis
hanc noxã, aut dele me de libro in quo me scripsisti. Quid
autem scribat subdit dicens hæc. s. quæ sequitur. Dicit *Qui
continet septem stellas in dextera sua,* idest qui septem ecclesiarum
episcopos cõseruat sui gratia, licet peccauerint, et in hoc est
admiranda misericordia Christi. s. q; peccantes conseruat,
fugientes reuocat, negligentes increpat, torpentes excitat,
lapsos erigit, ignaros instruit, deuios reducit, redeuntes su-
D scipit, susceptos custodit. Et hoc est quod dicitur. *Qui tenet se-
ptem stellas in dextera sua,* idest nõ deserit, licet peccauerint, sed
custodit, ne omno pereant. Et hoc est quod dicit. Psal. Si ce-
ciderit nõ collidetur, quia dominus supponit manũ suam.
Item tenet per rectas vias ducendo ad patriam. vnde Psal.
Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua de-
duxisti me, & cum gloria suscepisti me. Tenet autē eos in
dextera sua. i. in potioribus bonis suis, & in spiritu & desi-
derio æternorum, quæ per dexteram significantur. Can. 7.
Leua eius &c. vel sic. Hęc *Dicit qui tenet septē stellas in dextera sua,*
idest septem dona, vel virtutes, vel septem dotes. Paratus
conferre omni volenti accipere. Qui ambulat in medio se-
ptem candelabrorum aureorum. i. in medio ecclesiarum,
quæ designantur per candelabra quasi bonus pater fami-
lias, greges & pastores visitãs, et vniuscuiusq; vitã & opus
consideras & pastores, vel dona, quæ tenet in dextera sua,
singulis diuidens, vel ideo ambulat, quia in eis quietem nõ
inueniebat. Et nota q; Iesus dicitur iacere in medio iumen-

torum

torum. Luc. 23. Pendere in medio latronum. Io. 19. Stare in medio discipulorum. Io. 20. Itē in medio Iudæorū. Luc. 4. Sedere in medio doctorū. Apoc. 2. Ambulare in medio cādelabrorum. Hic & per extrema potes cognoscere mediū. Semper. n. talis est Christus ad homines, quales ad ipsum. Iacet. n. inter iumenta, pendet inter latrones, laborat inter malos, stat inter discipulos, Vadit quærens sed nō inueniēs requiem inter iudæos. Sedet vt doctor inter magistros, & ambulat cum prædicatoribus, qui propter per candelabra designantur. Quæ dicuntur aurea propter fulgorem sapiētiæ, propter ductilitatem obedientię, propter ponderositatem grauitatis, ꝓpter præciositatē charitatis. Deinde ostēdit quæ sunt illa, quæ dicit subdens. *Scio &c.* Primo commendat Iohannes illū episcopum, & postea increpat. Quia in quibusdam laudandus erat, in quibusdam increpandus. Sed quia multum grauatus erat persecutionibus pseudo apostolorum, ne omnino deficeret, primo commendat eū in eis in quibus erat cōmendandus, & docet ꝙ magis insistendum est cōmendationi q̃ increpationi. Cōmendat autem eum in septem. Primo quia bona sua indigentibus cōmunicauit. Secundo quia se affligēdo laborauit. Tertio qa in persecutione patientiā seruauit. Quarto quia aperte malos non substinuit. Quinto quia fictos diligenter probauit. Sexto quia in ijs omnibus laudem hominum nec temporale commodum quęsiuit, sed tantū amorem dei. Septimo quia malorum consortium declinauit. Dicit ergo *Scio opera tua.* i. laudo & approbo opera misericordiæ, quæ fecisti. *Et laborem tuum* tribulationē. s. quam sustinuisti. Nota ꝙ est labor cordis. s. contritio. De quo. Psal. Laboraui in gemitu meo. Item est labor oris. s. prędicatio. De quo psal. Laboraui clamans, &c. Item labor operis. s. corporalis exercitatio. De quo psal. In labore hominum nō sunt &c. De qualibet potest accipi, ꝙ dicitur hic. *Et laborem tuum.* De ijs tribus dicitur Prouer. 3. Bonorum laborum, gloriosus est fructus. Sequitur. *Et patientiam tuam.* Quia nō murmuras de flagello illato. Nec de premio dilato, quæ duo solent esse multis causa murmuris. Est autem triplex pars patientiæ. Prima est operis malum pro malo nō reddere. Secunda oris, maledicenti non remaledicere. Tertia in corde, nō murmurare. Vnde Iob. 3. Nonne dissimulaui, nonne silui, nōne quieui? Vera patiētia est, quę & mala proximorum ęquanimiter portat. Et nota ꝙ eleganter hæc tria coniunxit. s. opera, laborem, patientiam, quia in ijs tribus consistit bona vita. vnde Aug. Bene viuere, est bona agere & mala pati, & ĩ ijs ꝑseuerare. Sequitur, quia *Non potes substinere malos* in tuo cōsortio vel in tua dyocesi, quin corrigas vel expellas. Quia Corrumpūt bonos mores colloquia praua. i. cōsortia praua. 1. Corin. 15. Et ecclesi. 13. Qui tāgit picem, coinquinabitur ab ea, & Communicās superbo, induit superbiam. Sed non videt̃ in hoc laudandus episcopus iste, quia dicit Augustinus. Non fuit bonus, qui malos sustinere non potuit; ergo sustinendi mali sunt, dum spectatur eorum correctio. Sed non sunt sustinendi quando alios inficiunt. Sed non sustinet qñ non sunt sustinendi, quando nō expectatur eorū emendatio, vel alios inficiūt. vnde ad Ti. 3. Hęreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita, sciēs quia subuersus est, qui huiusmodi est. 1. Cor. 5. Scripsi vobis ĩ epistola, ne cōmisceamini fornicarijs. Et infra Si is qui frater nominatur, & est fornicator aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū huiusmodi, nec cibū sumere. Item sustinendi sunt mali amando naturam, & non sunt sustinendi odiendo malitiam, & tentasti & probasti eos qui se dicunt apostolos. i. a Christo missos, & non sunt. Sed se ingerunt sub nomine apostolorum, vel vt decipiant, vel vt lucrum faciāt. Iere. 23. Non mittebam eos & ipsi currebant. Ro. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittātur? Matth. 7. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos. Nō missi tempore. Io. dum esset in exilio surrexerunt in Asya, Martiani, Cherintus, & Ebyon, quorum fidem & doctrinam iste episcopus non probauit, & inuenit falsitatem eorū. Et ideo commēdat eū Ioannes. Iere. 6. probatorem dedi te in populo meo robustum: &

E scies, & probabis viam eorū. Sequitur. *Et inuenisti eos mendaces in doctrina.* Sicut. n. veritas auri probatur ex lapidis tactu; sic tribulatio veritatem iustorum probat, vel fictionē hypocritarum. Ecclesi. 6. quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & patientiam habes in malis, quæ illi per se & alios tibi ingerunt *Et sustinuisti.* i. sursum tenuisti: non depressus malis illatis. *Propter nomen meum* effectiue. i. propter nomen meum, ꝙ te muniuerit. Alter. n. nō sufficeret aliquis sustinere tribulationes, nisi nomen Dei iuuaret eum. Proue. 16. Turris fortissima nomen domini, ad eum currit iustus, & exaltabitur, vel finaliter propter nomen meum. i. propter rem nominis mei. i. saltem assequendam, & non defecisti. i. non succubuisti, quia non pro mundi, sed pro gloria Christi certamen inisti: Hay. Ideo patientiam habens non succumbis, quia non pro terrena gloria, sed propter nomē domini hæc substines. Nota quod qīdam deficiūt in principio. De quibus Iob. 4. venit super te plaga & defecisti, tetigit te dñs, & turbatus es. Quidā in medio. De quibus Gal.
F tertio. Sic stulti estis vt cum spiritu cęperitis, nūc carne cōsummamini. Mat. 8. Si dimisero eos ieiunos &c. Quidā in fine vitę. i. vitę suę. De quibus. Psal. Deficiunt in paupertate. i. in senectute virtutis. Item defecerunt dies eorum in vanitate & cum festinatione. i. in fine, subito. *Sed habeo aduersus te pauca dicere.* vel redarguere. q. d. Laudaui in te laudanda, quæ erant. nunc reprehendo, quæ sunt reprehendenda. *Quod charitatem tuam* primam. i. statum tuæ primæ charitatis quādo feruebas cōtra malos in persecutione *Reliquisti*, tependo, nimio tedio affectus: ꝓpter quod etiā prędicationē dimiserat. Sic multi cum deberent proficere ascendendo de bono in melius deficiunt descendendo, de alto in imum: similes statuę Nabuchdonosor. Dañ. 2. Cuius erat caput aureum: pectus argenteum, venter æneus, tibię ferreę, pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis, vel habeo aduersus te. i. aduersus malos subditos tuos qui tecū sunt. Pauca reprehensibilia, & sic vt dicit. Hay. peccata subditorū ascribit prælato, quia negligens est circa correctionem eorum.
G vnde glo. Eli sacerdos bonus fuit, & tamen damnatus est, quia filios corrigere noluit. *Et charitatem tuam primam reliquisti*, idest subditi tui ex tua negligentia. Ecce reprehenditur & punitur prælatus propter peccata subditorum. Nume. 25. Suspende cunctos principes tuos cōtra solem in patibulis, quia peccauit populus iste glo. Origenis. Homines si attēderent, principatus non ambirēt. *Memor esto itaq; vnde excideris*, idest a quo statu vel dignitate, et per quid. Quia modico impulsu vēti. i. modica tētatiōe. Isa. 64. Cecidimus quasi foliū vniuersi. In principio tangunt̃ tria per q̃ de facili cadit homo. Fiat via illorum tenebrę & lubricū, & angelus domini persequens eos. Nec credēdum ꝙ a gratia cecidit, quam iste laudauit Ioannes, sed a quodam statu feruoris, in quo prius fuerat antēq̃ tentaretur. Tamen interlinearis, quę dicit de cōsortio fidelium, videtur velle, ꝙ mortaliter peccauerit, quia solum mortale excidit homo de consortio fidelium. Sed siue hoc siue illud fit qūlibet peccat, & vbi & per quid. Vnde, quia a coelo vbi erat spe & cogitatione & merito. Vbi, quia in terram, quia nihil cogitat nisi terrenū.
H Per quid, per superbiam. Isa. 14. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris, corruisti in terram qui vulnerabas gētes? Ideo dicitur peccatori. Baruch. 3. Quid est israel ꝙ in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descēdentibus in infernum. Iere. 2. Vide vias tuas in conualle, & scito quid feceris, & age poenitentiam dolendo corde, cōfitendo ore, satisfaciendo opere, quæ sunt tres dietæ pęnitentium, reuertentium ad eum & fugientium de Aegypto. Exo. 5. Deus hæbræorum vocauit nos, vt eamus trium dierum viam in solitudine. Gene. 40. Tres dies adhuc sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradū pristinum. Per quod patet, ꝙ nostra vera pęnitētia, ablata restituunt̃. Dicit, age pęnitentiā, non solum suscipe. Multi. n. suscipiunt: sed minime faciunt: boni promissores, sed mali redditores. De quibus Eccle. 20. Est qui in cōfusione promittit amico, & lucratus est tamē inimicum gratis. Eccle.

Si

Siquid vouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet.n.ei infidelis & ſtulta promiſsio. Alij ſunt qui ſuſcipiunt & faciũt, ſed non dignã, qm̃ non ſm̃ cõſcientiam peccatorũ & vires ſuas. De quibus dicitur. Matth. 4. Agite dignos fructus pęnitentiæ, appropinquat.n. regnum cęlorum. Ecce pęnitentia facit appropinquare regnum cęlorum. Facit.n. angelos gaudere. Luc. 16. Gaudium eſt in cęlis ſuper vno peccatore pęnitentiam agente: valet etiam ad recuperandam Dei amicitiã. Iſa. 38. Ecce in pace amaritudo mea amariſsima. Amara in contritione, amarior in confeſsione, amariſsima in ſatisfactione. Facienda eſt autẽ inſtanter pęnitẽtia, quia nec opus ad merendum, nec rõ ad excuſandum, nec ſcientia ad conuerſandum, nec ſapientia ad delectandum erit apud inferos, quo tu properas. Et ſi non intentione, tñ operatione, & hoc eſt quod ſequitur, & prima opera fac.i. primis ſimilia.i. ita viue, vt prius. Iere. 33. Reuertetur ad dies adoleſcẽtię ſuę. Hay. prima opera fac.i. redi in amore prioris viri. Oſee. 2. Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene erat mihi tunc q̃ nunc. Sin autem.i. ſi nõ pęnitueris, & ad priorem ſtatum redieris, venio in morte, vel in iudicio. Tibi.i. propter te puniendum in corpore & anima. Cito hoc dicit, vt celeritas & improuiſio aduentus, timorem & ſolicitudinem incutiãt. 1. Theſſ. 5. Cum dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. *Et mouebo candelabrum tuum de loco ſuo.* glo.i. auferã dona & virtutes, per quæ conſtituta ſunt candelabra, vel te ab eccleſia tua ſeparabo, & alium in loco tuo collocabo. Iuxta illud. Iſa. 22. Expellam te de ſtatione, & de loco &c. Vel vt dicit Hay. Mouebo candelabrum tuũ de loco ſuo.i. de loco virtutis tuæ, & ſocietate fidelium amouebo. Pſalm. Deus deſtruet te in finem, euellet te &c. Niſi egeris pęnitentiam de peccatis tuis. Eccle. 2. Si pęnitentiam non egerimus incidemus in manus Dei, & non in manus hominis. Sed hoc habes bonum quia *Odiſti facta Nicholaytarum.* Non ipſos ſed facta eorum. Nicolaus fuit vnus ex iſtis ſeptem diaconibus, de quibus agitur. Act. 6. Quia a fide & doctrina Chriſti receſsit, eo q̄ argueretur ſuper hoc, q̄ nimium zelabat vxorem ſuam, quæ erat valde pulchra, ſicut dicit Clemens. Et vt ſe excuſaret ab hac ſtultitia, reſpondit. Non eſt mihi curę qđ ipſa faciat, qui vult, vtatur ea, & ob hoc p̄dicauit cõmunicandas vxores eſſe, & omnes mulieres & comeſtionem idolotitorum eſſe licitam, prędicauit etiam hunc mũdum nõ a Deo, ſed a quibuſdam principibus factũ, & hæc facta odiuit iſte epiſcopus, ſuper quo commendat eũ Ioãnes. Quia ſicut amor boni ita odium mali cõmẽdabile eſt, vnde pſal. Qui diligitis dominũ odite malũ, q̄ & ego ſuperbiam Iacob. Interpretatur aũt nihil, populus ſtultus: et ſignificat gentiles, qui ſtulti ſunt, quia veram ſapiẽtiam.i. Chriſtum recipere nolunt. 1. Corin. 1. Prædicamus Chriſtũ crucifixum, iudæis quidẽ ſcandalum, gentibus autẽ ſtultitiam. Item ſignat hęreticos, qui licet ſibi ſapiẽtes videant, tamẽ apud deum ſtulti ſunt. De quibus pſal. Intelligite inſipientes in populo & ſtulti aliquando ſapite. Itẽ ſignificat auaros, qui de ſeruitio ſuo nõ quęrunt niſi bona pręſentia. vnde Hay. Quid ſtultius eſſe poteſt, q̃ eo loco tota mentis anxietate pecunias recondere, quo non licet in perpetuum habitare? & etiam ſi liceret, pecunia, aut in ſe deficeret, aut fures aut prædones auferrẽt. vnde dominus. Mat. 4. Nolite theſaurizare vobis theſauros i terra, vbi erugo, et tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Eccle. 29. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. Ad literam, quidã fuit diues clericus & neſciens vbi abſconderet theſaurum ſuum, & denarios ſuos, amouit lapidem de pariete, & ibi abſcondit denarios ſuos, & repoſuit lapidem: et timens ne obliuiſceretur locum, ſcripſit ſuper lapidem. Hic ſunt. Quidã erat ſocius ſuus ſępe legẽs hoc. Quadam die cum ſolus eſſet, remouit lapidem, & inuenit denarios & accepit eos, & poſtea repoſuit lapidẽ & ſcripſit. Hic non ſunt. Sic ſtultus ille fuit, de quo dicitur Luc. 12. Hominis cuiuſdam diuitis ager vberes fructus attulit, & cogitabat intra ſe dicens, quid faciam, q̄ nõ habeo quo cõgregẽ fructus, & dixit, hoc faciã,

A Deſtruam horrea mea & maiora faciam, & illic cõgregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ. Anima mea, multa habes bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autẽ illi dominus. Stulte hac nocte animã tuam a te repetam, quæ autem paraſti cuius erunt? Et tu qui paraſti cuius es? Specialiter autem ij ſunt clerici, vel laici cupidi, qui non habẽt cauſam cupiditatis eo q̄ ſoli ſunt. Eccl. 4. Vnus eſt, et ſecũdum non habet: non filium, non fratrem, & tñ laborare nõ ceſſat, nec ſatiãtur oculi eius diuitijs: nec cogitat, dicens cui laboro & fraudo aĩam meã bonis? in hoc quoq; eſt vanitas & afflictio peſsima. *Qui habet aures audiat*, quid ſpiritus dicat eccleſiis, quaſi dicat, q̄ vni dico omnibus dico. Matt. 18. Et mouet hic ad intentionem, vnde ſenſus eſt. *Qui habet aures*, quibus audit vocem exterius *Audiat*, & intelligat mente interius, vel qui habet aures ad intelligendũ, audiat ad obediendũ. Sed cõtra. Iac. 1. Eſtote factores verbi & nõ auditores tm̃. *Quid ſpiritus dicat eccleſiis.* Quia non dicit qd filius

B dicat eccleſiis cuius, eſt proprie dicere. Quia ipſe eſt ſapientia patris, & os patris, & magiſter eccleſię. Solutio. Poteſt dici, q̄ ſpiritus fuerit eſſentialiter, & ſupponit pro tota trinitate. Ioã. 4. Spiritus eſt deus, vel id dicit de ſpiritu & non de filio, vt per hoc innuat, q̄ dictio illa ſiue locutio, erat pure ſpiritualis, non corporalis, vel iden dicit, vel ſpiritus hoc dicit, & facit filius, quia quaſi quid facit vel dicit ſpiritus, hoc habet a filio: & ita in dictione ſpiritus includitur dictio filij. vnde Ioan. 16. Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnia. Non.n. loquetur a ſemetipſo, ſed quęcunq; audiet loquetur, ille me clarificabit quia de meo accipiet & annunciabit vobis, vel iden dicitur. *Quid ſpiritus dicat eccleſiis*, vt per hoc innuat Ioãnes, q̄ non ipſe, ſed ſpiritus ſanctus loquitur in eo. Iuxta illud. Matth. 10. Nõ enim eſtis vos, qui loqmini, ſed ſpiritus patris veſtri: per hoc q̄ dicit. Eccleſiis pluraliter: patet q̄ non loquitur. Io. vni ſoli eccleſiæ, ſed generaliter omnibus. Multi habẽt aures & nõ audiunt quid loquitur ſpiritus. Iſa. 42. Quis cęcus, niſi ſer-

C uus meus? & quis ſurdus, niſi ad quem nuntios meos miſi? Pſalmus. Aures habent & non audiunt. Alij non audiunt quia dormiunt. De quibus Eccleſi. 22. Cum dormiente loquitur, qui ſtulto narrat ſapiẽtiam. Alij quia nimis ſunt remoti ab eo, qui longe. Pſal. Lõge a peccatoribus ſalus. Alij quia aures obturant. Pſal. ſicut aſpidis ſurdę, & obturantis aures ſuas &c. Alij, quia mortui ſunt. Sap. 13. Non erubeſcit loqui cum eo qui ſine anima eſt. Alij quia ſunt in tumultu. Amos. 5. Aufer a me tumultũ carminum tuorum. Deinde ponit Ioan. quid dicat ſpiritus eccleſiis. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Vincenti mũdum, carnem, Diabolum: quia Mundus, caro, dęmonia, diuerſa mouent prælia. Ephe. 6. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates. Mũdus vincitur fide. 1. Io. 5. Hæc eſt victoria, quæ vincit mũdum fides noſtra. Io. 5. Confidite quia ego vici mundum. Auguſtinus. Qui habet veram fidem de Chriſto, nõ quęrit in ijs miſerijs diues fieri. Caro vincitur vigilia, ieiunio, & cęteris

D operibus diſciplinę. Eccle. 31. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. Hierony. Orõne ſanantur peſtes mẽtis. Ieiunio peſtes corporis, Diabolus vincit ſola humilitate. Pſal. In humilitate noſtra memor fuit noſtri, & redime nos ab inimicis noſtris. Inter hoſtes ſumus cõtinue, & ideo ſemper nos oportet eſſe armatos, & paratos ad bellum. Eph. 6. Induite vos armaturã Dei, vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. Baruch. 3. Quid eſt Iſrael q̄ in terra inimicorũ es? Primum certamen forte eſt. Secundum fortius. Tertium fortiſsimum. Sap. 10. Certamẽ forte dedit illi vt vinceret. Vincenti ergo dabo ſic dicit ſpiritus. *Edere de ligno vitæ*, quod eſt in medio paradiſi, & quidem lignũ vitæ eſt ſacra ſcriptura. Prouer. 3. Lignum vitę eſt ijs, qui apprehenderunt eam. Item prædicatio deuota. Prouer. 4. Lignum vitę, deſideriũ veniens. Item pęnitentia. Prouer. 11. Fructus iuſtitiæ, lignũ vitæ. Item lignum vitæ eſt crux Chriſti, in qua pependit vita.i. Chriſtus. Deutero. 28. Erit vita tua pendens ante te. Hoc lignũ, ſiue hęc arbor, dicitur palma, quę habet radicẽ

amaram

amaram, sed fructum dulcem. Cant. 7. ascendam in palmã & apprahendam fructus eius. s. generis humani redemptionem, captiuorum liberationẽ: hostium deiectionẽ, paradisi apparitionem, mortis. s. inferni destructionem, vitæ reparationem, angelicę ruinę restaurationem, hominis ad domini reconciliationem, peccatorũ remissionẽ: baptismi regenerationem, opprobriorũ euacuationem, virtutũ roborationem. Itẽ lignum vitæ est ipse Christus. Psalmus. Et erit tanq̃ lignum qđ plantatum est secus decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tempore suo. Item lignũ vitę est charitas, a qua, quasi ex stipite exeũt rami aliarũ virtutum, & omnium meritotum. vnde Gregorius, vt multi arboris rami ex vna radice, sic multę virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Hęc omnia dicuntur lignum vitę, eo ꝙ comestoribus suis dant vitam gratię in pꝛsenti, & gloriæ in futuro. vñ de quolibet potest exponi, qđ dicit Apoca. in fine *Ostende mihi flumen aquæ vitæ*, & ex vtraq; parte fluminis lignũ vitæ, afferens fructus. 12. Quorum primus est sanitas sine ægritudine. Psal. Qui sanat oẽs infirmitates tuas. Isa. 26. Præcipitabit dominus ĩ mõte isto faciẽ vinculi colligati, super omnes populos, & telam quã orditus est super omnes nationes, Præcipitabit mortem in sempiternum. Aug. de ciuitate Dei. Ibi esse nostrum nõ habebit offensionem. Item in libro confess. Cum inhęsero tibi ex oĩbus medullis, nusquã erit mihi labor & dolor, sed viua erit vita mea tota plena te. Secũdus est, plenitudo sine defectu. Isa. 49. Nõ esuriẽt neq; sitient, & nõ percutiet eos Sol, neq; ęstus: quia miserator eorũ reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. August. de ciuitate Dei. O quanta erit ibi fęlicitas, vbi nullum erit malum, nullũ latebit bonum. Isa. 60. Tunc videbis propter claritatem, & afflues propter suauitatem, & mirabitur cor tuum propter nouitatem, et dilatabitur cor tuum propter boni copiositatem. Tertius est satietas sine fastidio. Ecclesia. 24. Qui edunt me adhuc esuriẽt. Prouer. 13. Lignum vitę desiderium veniẽs. Quartus cognitio sine dubitatione. Cor. 13. Nũc cognosco ex parte. 1. Thess. Videmus nunc per speculum in enigmate, tũc autem facie ad faciẽ. Quintus, est gaudiũ sine tristitia. Isa. 65. Non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsq; in sempiternũ. Sextus est securitas sine timore. Prouerb. 1. Qui me audiet absq; terrore quiescet, & abundantia fruetur terrore malorum sublato. Isa. 33. Locus fluuiorum riui latissimi & patẽtes, non transibit super eum nauis remigum, neq; Trieris magna transgredietur eũ. Trieris est triplex, tẽtatio carnis, mundi, Diaboli, quarum nulla erit ibi. Zac. 2. Absq; muro habitabitur Ierusalem pꝛę multitudine hominũ & iumẽtorum in medio eius, & ero ei ait dñs murus ignis in circuitu. Septimus est pax sine tribulatione. Psal. Delectabũtur in multitudine pacis &c. Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine, &c. Augustinus pax ciuitatis cęlestis est ordinatissima & concordissima societas perfruendi Deo, & seinuicem in Deo. Octauus est libertas sine seruitute. Iob. 3. Paruus & magnus ibi sunt, et seruus liber a dño suo. Gala. 4. Illa quæ sursum est Ierusalem libera est, q̃ est mater nr̃a. Augustinus. Cuius rex est veritas, cuius lex charitas, cuius modus æternitas. Nonus est claritas sine obscuritate. Tho. 13. Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Ierusalem. Apoc. 21. Ciuitas nõ eget sole neq; luna, vt luceãt in ea, quia claritas Dei illuminabit eam, & agnus lucerna eius est. Decimus est pulchritudo sine deformitate. Apoc. 21. Platee ciuitatis aurum mundum tanq̃ vitrum perlucidum, singulę portæ erunt ex singulis margaritis. Item nihil inquinatum intrabit in ea. Vndecimus est canticum laudis sine intermissione. Apoc. 14. Audiui vocem sicut cytharedorum, cytharizantiũ in cytharis suis. Et cantabant canticum nouum ante sedem Dei, & nemo poterat dicere canticum nisi illa centũ quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. Isa. 6. Vidi dominũ sedentem, super solium excelsum, & eleuatum Seraphim stabant super illud & dicebant, Sanctus Sanctus Sanctus

E dñs Deus excelsus, plena est oĩs terra gloria eius. Thob. 13. Ex lapide cãdido, & mundo oẽs platee eius sternẽtur, & ꝑ vicos eius haleluiah cãtabit. Psal. Beati q̃ habitãt in domo tua domine, in secula seculorũ laudabunt te. Duodecimus est vacatio a labore, & cęt. Perfectio est amor & visio Dei. Augustinus de ciuitate Dei. Vacabimus & videbimus, & amabimus, & laudabimus, ecce quid erit in fine, sine fine. Hę sunt. 12. stellæ in corona mulieris. i. ecclesiæ. Apocaly. 12. De hoc ligno dat dominus ĩ hac vita aliquibus aliquid prægustare ad modum vendentis vinum dicens. Gustate & videte, quia suauis est dominus. Prouer. vltimo. Gustauit & vidit qm̃ bona est negociatio eius, sed in futura vita dabit edere. De quo dicitur Apoc. 19. Beati qui ad cœnam agni vocati sunt, & signanter dicit. Dabo. Non reddã nec vẽdam, quia supra omne meritum est quod dabit. Isa. 64. Oculus non vidit, &c. Ro. 8. Non sunt condignę passiones huius tẽporis &c. Item nota ꝙ Christus dominus ipse est cibus qui editur. Ecclesia. 24. Qui edunt me &c. Et editur F non masticando, sed vidẽdo. Psal. Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei. i. in conspiciendo dominũ. Ipsemet est cocus. Psal. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Ipse etiam erit seruitor. Luc. 12. Et transiens ministrabit illis. Itẽ nota ꝙ dicit, dabit, de ligno vitæ. Non lignum vitæ, quia & si totum dabit, nullus tamen totum capiet, sed quilibet secundũ meritũ. *Quod in paradiso* Paradisus est ecclesia, fidelis anima, scriptura sacra, virgo beatissima, cœlestis patria, claustralis vita. Natura quęlibet est locus deliciarum, & in medio omnium est lignum vitæ. Sed qm̃ sunt alij paradisi, & loca delitiarum, habet enim caro suas delitias, & mũdus suas, ideo addit, *Dei mei*, idest, quã ipse plantauit. Gene. 2. Plantauerat autem dñs Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hoĩem quẽ formauerat &c.

Et angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit primus et nouissimus, qui fuit mortuus & viuit. Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed diues es: & blasphemaris G *ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ. Nihil horum timeas, quæ passurus es. Ecce missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tẽtemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronã vitæ. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit non lædetur a morte secunda.*

Hæc est secunda pars capituli, in qua scribit episcopo Smyrnæ, quem in multis commendat, & in nullo repræhendit, & procedit hoc ordine. Primo ponit laudes eius. Secundo futuras tribulationes, vt minus timeãtur prędicit. Tertio mouet eum ad patientiam. Quarto promittit ei præmium pro patientia. Quinto a damnatione futura securum reddit. Dicit ergo angelus Ioan. Et angelo Smyrnę ecclesię, sicut angelo Ephesi. Scribe hoc qđ seq̃tur. Hęc dicit, primus et nouissimus, hoc est Christus a quo omnia, H & ad quem oĩa. Qui fuit mortuus propter te, et ideo tu nõ debes timere mori pro ipso. 1. Pe. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et viuit æternaliter. quatuor dicit Io. de Christo. Primus, & nouissimus, mortuus, viuit. Primus. i. añ quẽ nullus, contra Arrianos qui dicũt Christum puram creaturã. Nouissimus. i. post quẽ nullus, & hoc est contra arrianos. Mortuus contra manichæos, qui dicunt ipsum non resurrexisse. Primo debetur honor quia creauit. Nouissimo debetur timor quia iudicabit. Mortuo debetur amor, q̃a viuificauit. Viuo debetur spes quia resuscitabit. De duobus primis dicitur Mala. 1. Si ego pater, vbi est honor meus? & si ego Deus vbi est timor meus? De alijs duobus dicitur. Roma. 4. Mortuus est ꝓpter delicta nostra, resurrexit autem propter iustificationem nostram. Et Bernar. super oĩa mihi te reddit amabilẽ bone Iesu opus nostrę redemptionis, calix tuæ passionis quẽ bibisti pro me. Sequitur. *Scio tribulationem tuam*, in qua patienter sustinendo propter me

fecisti

fecisti tuam: vel tuam.i.quã ex meritis tuis pateris, vel ex fragilitate humana. vnde Iob. 13. Homo natus de muliere breui viuens tẽpore, repletur multis miserijs. *Et paupertatem tuam,* idest tuam voluntatẽ habitã, quia diuitias tuas pauperibus erogasti. De qua Matth.5. Beati pauperes spiritu.i. voluntarie, vel tuam.i.quã habes ex te. Omnis homo nascitur et moritur pauper. vnde. 1. Thim.6. Nihil intulimus in hunc mũdum, haud dubiũ quia nec quid auferre possumus, sm hoc est suprascriptum. *Scio tribulationem tuam,* idest tibi illatam. Et paupertatem tuam.i.innatam, quæ vtraq; tua est, quæ sustines patienter propter deum, & dicit dñs. Scio, quia videbatur nescire quia diu permisit eũ tribulari, vel scio.i.approbo, & tali domino bonũ est seruire, qui ea fecerit vel sustinuerit, pro eo, nõ obliuiscitur, sed scit & approbat, & talis dominus solus est Iesus Christus, propter ꝙ dicitur.1.Regum.6. Præparate corda vestra et seruite illi soli, vtriq; vero.s.tribulationi et paupertati, debetur regnũ cęlorum. Matth. 5. Qui habet, diues est, licet pauper dicat. Prouer.13. Est pauper cũ in multis diuitijs sit. Ideo sequit. *Sed diues es* in augmento virtutis & spe remunerationis in bonis spiritualibus, licet pauper in temporalibus, diues in cęlo, licet pauper in mundo. Ieremiæ 41. Thesaurum habemus in agro frumẽti, & ordei, & olei, & mellis, per frumẽtum intelligimus gratiam: per ordeum patiẽtiam, per oleũ lætitiam in tribulatione: per mel dulcedinẽ in contẽplatione. Et hic est thesaurus viri iusti. Prouer. 20. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, *Et blasphemaris.* licet talis sit ab ijs qui se dicũt esse iudæos.i.cõfitẽtes Christum, & non sunt, licet dicant. & ideo maior est tribulatio quia infertur a familiaribus. Iuxta illud psalm. Et si is, qui oderat me, sup me magna locutus fuisset, abscõdissem me forsitan ab eo. Et hic dicit glossa. Nulla pestis efficacior ad nocendum, quã domesticus hostis. *Sed sunt synagoga sathanæ,* idest cõgregatio aduersans bono. De hac synagoga dicitur Ecclesi.21. Synagoga peccãtium stupa collecta: & cõsummatio eorum, flãma ignis. Sed quia tribulatis solet esse cumulus miserię quando infamãtur, seu blasphemãtur, vt dicit glo. Ideo additur, consolatio. *Nihil horum timeas,* scilicet tribulationem, paupertatẽq;, blasphemias, & alia, quę passurus es. Prædicitur autẽ futura tribulatio, vt cum venerit minus noceat. Quia vt dicit Gregorius. Minus feriũt iacula quæ præuidentur. Et ostenditur hic nobis, ꝙ homo, se debet præmunire more militis, qui vadit ad pugnam. vnde Eccle.2. Accedens ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia, & timore: &c. Bene ergo dicit. *Nihil horum timeas, quæ passurus es.* Siue paupertatem in rebus, siue tribulationes in corporalibus, siue vituperationem in fama. Matth.10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nõ possunt occidere, Et Paulus Act.20. Nihil horum vereor, nec facio animam meam preciosiorem me. Et posset iste episcopus querere quid, vel vnde passurus sum ego? Et respondet nobis Ioãnes dicens. *Ecce,* idest in breui. *Missurus est Diabolus,* suggerendo, & Deo permittente. *Aliquos ex vobis in carcerem,* idest omnimodam tribulationem, vt tentemini.i.per tẽtationes probemini, sicut aurum in igne probatur. Ecclesi.27. Vasa figuli probat fornax: & homines iustos, tẽtatio tribulationis. *Et habebitis tribulationes, diebus decem,* idest tempore decem Romanorum imperatorum, qui signantur. Dañ.7. Per decem cornua, vel finitum ponitur pro infinito.i.multis diebus sustinebitis tribulationes, sicut Iob. 19. En decies confunditis me. Et Gene.31. Mutauit mercedem meam decem vicibus.i.multis, vel decem diebus, quandiu seruabitis decem mandata, vel decem diebus.i.in omni tempore, quod septem diebus agitur, & quo cõtra tria principalia vitia.i. luxuriam, auaritiam, vanam gloriam pugnatur. Vel decẽ diebus.i.omni tempore, pro fide sanctæ trinitatis. Et nota cum loquitur episcopo, non dicit habebis. Sed habebitis. In quo notatur quod omnibus tribulatis generaliter loqtur. Eleganter etiam dicit, quod habebunt tribulationes & videbunt bona, quæ sunt in ea, & per eã. Isa.26. In tribulatiõe murmuris doctrina tua est.i.tribulatio, vbi mali murmurant, boni docentur, & illuminãtur. Sequitur. *Esto fidelis*

A idest serua fidem, quasi dicat. Quicquid illi faciant tibi, tu semper esto fidelis.i.serua fidẽ seu fidelitatem. Sicut vxor viro, seruus domino, sicut amicus amico. Fides quã debet vxor viro est, vt nulli alij adhæreat. De qua Oseę.2. Spõsabo te mihi in fide: quam debet seruus domino suo: idest, vt res suas bene colligat, bene custodiat, & bene distribuat. De qua fide dicitur Luc.12. Quis putas est fidelis dispensator & prudens? 1. Corin. 4. Iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Fides quã debet amicus amico est, vt omni tempore, ei adhæreat, & non relinquat eũ, tempore necessitatis. De qua Ecclesiast. 6. Amicus fidelis, fortis protectio, qui inuenit illum, inuenit thesaurũ. Amico fideli nulla est cõparatio. Et non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius, vsq; ad mortem inclusiue, quasi dicat. Etiam pro morte vitanda nõ dimittas fidem tuam. Ecclesi.4. Vsq; ad mortem certa pro iustitia. Nec erit hoc sine lucro, vnde sequitur. *Et dabo tibi coronam vitæ,* idest vitam interminabilem, vel vitam regalẽ. Isa.41.
B Dabo eis coronam pro cinere, vel coronam vitæ.i.honorẽ semper viuentem, qualis non est corona mundi. De qua Sap̃.2. Coronemus nos rosis antequã marcescant.i.honore mundano, cito perituro. Isa.28. Vę coronæ sup̃biæ ebrijs Ephraim & flori decidenti. Rosæ siue flores de quibus fit corona, sunt diuitiæ temporales, delitiæ carnales, honores seculares. De quibus Ieremię.48. Date florem Moab, quia flos egredietur nullum ferens fructum. Hanc coronam dat mundus victoribus suis. Primam dat Christus victoribus suis. vnde. 2. Thi.4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Thob.2. Filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam dñs daturus est ijs, qui fidẽ suam nunq; immutant ab eo. Iaco.1 Beatus vir qui suffert tentationem, quia cũ probatus fuerit accipiet coronã vitæ &c. Thi.2. Nõ coronabitur nisi qui legitime certauerit, qui vsq; ad mortem fidem seruat. *Qui habet aures* exterius, audiat interius.i.intelligat. *Quid spiritus dicat ecclesijs.* Nota, quod Diabolus dicit. Gene.3. Nequaq̃ moriemini. Et iterũ, Eritis sicut dij, scientes bonum & malum: contra illos, qui semper student scientiæ, & nunq̃ vitæ. Item nota, quod dicit mundus. Prouer.1. Insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra &c. Item nota quod dicit caro. Sap̃.2. Venite fruamur bonis, quę sunt, et vtamur creatura tanq; in iuuentute celeriter. Isa. 22. Comedamus & bibamus, cras.n.moriemur. Nota quod est ecclesia malorum, De qua. Psal. Odiui ecclesiam malignãtium. Item ecclesia bonorum. De qua. Matth.16. Et super hãc petram ædificabo ecclesiam meam. Item ecclesia beatorum. De qua. Psal. Laus eius in ecclesia sanctorum. Primæ ecclesiæ loquitur sæpe arguendo, & comminando. Io. 16. Arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Secundæ loquitur consolando & erudiendo. Psal. Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quia loquetur pacẽ super sanctos suos. Tertię loquitur facie ad faciem, sicut solet loqui amicus ad amicum suũ, omnia secreta sua ei reuelando. Quid autẽ
D sit quod spiritus dicat ecclesiis subdit. *Qui vicerit* mũdum, carnem, Diabolum, sicut supra dictum est, non lædetur a morte secunda.i.a morte æterna. Prima mors animę est in peccatis, Secunda in pęnis. Item mors prima corporis est, quando dissoluitur anima ab eo, secunda quando damnabitur in inferno, & ita duplex est mors animæ. Vna in culpa, alia in gehẽna. Similiter est duplex mors corporis. Vna est in dissolutione, alia in æterna damnatione. Assimilatur autem prima mors animæ, primæ morti corporis in multis. Sicut enim corpus primo distemperatur, postea infirmatur, deinde moritur, postea effertur, postea sepelitur, deinde lapide operitur. Ita anima, primo distemperatur, per malam cogitationem, postea infirmatur per noxiam delectationem, postea moritur per consensum, postea effertur per operis efficaciam, postea sepelitur per consuetudinem. Ad vltimum operitur per obdurationem. Item sicut mors corporis sedit in vita, ita & mors animæ. Primo.n. mors corporis separat ab aĩa ipsum, & mors animæ

separat ipsum a Deo. Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserũt inter vos & deum vestrũ. Itẽ mors corporis separat a parẽtibus & amicis carnalibus: & mors animæ ab angelis & a sanctis. vnde. 1. Regũ. 15. Dicit Agag pinguissimus. Siccine separat amara mors. Iob. 30. Fratres meos. i. angelos longe fecit a me, & noti mei. i. sancti, quasi alieni recesserũt a me; dereliquerunt me propinqui mei, & qui nouerãt me obliti sunt mei. Et non solũ dereliquerũt angeli animã peccatricem, immo fiũt aduersarij, & stabunt cõtra ipsam in iudicio. Treñ. 1. Oẽs amici eius spreuerũt eã, & facti sunt ei inimici. Cant. 1. Filij matris mę pugnauerunt cõtra me. Psal. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Itẽ mors corporis facit amittere diuitias mundi, & mors animæ aufert diuitias cęli. Treñ. vlti. Hęreditas nostra versa est ad alienos, domus nr̃æ ad extraneos. Itẽ mors corporis priuat visum corporalẽ, & mors aĩæ visum & oẽm sensum spiritualẽ. Psal. In æternũ non videbit lumen. Itẽ mors corporis dolorẽ facit: & mors animæ maiorem. Eccl. 11. O mors q̃ amara est memoria tua homini pacẽ habenti i substãtijs suis. Præterea mors aĩæ lędit quia mittit in ignẽ ęternum. Matt. 25. Ite maledicti in ignẽ æternum. Itẽ lædit pp pœnarũ acerbitatẽ, diuersitatẽ, perennitatem, quæ tria notãtur in illo verbo. psal. Tu Deus deduces eos in puteum interitus. Diuersitas cũ dicit. Deduces. i. de pœna ad pœnã duces. vt dicit Iob. 24. Ad nimiũ calorẽ transeat ab aquis niuiũ. Perennitas notať cum dicit. *In puteum*, vñ exire non põt, qui semel illic ceciderit. Item mors aĩæ lædit grauiter, immisericorditer, insanabiliter. vñ Iere. 30. Plagã nimiam pertrãsiit castigatione crudeli, quid clamas ad me super contritione tua, insanabilis est dolor tuus pp multitudinem iniquitatis tuæ: dura facta sunt peccata tua: feci hoc tibi. De hac lęsione dicit. Paraly. 9. Qui peccat in me, lædit aĩam suam. Itẽ Eccl. 19. Qui multis vtiť verbis lædit animã. Tñ ista læsio q̃ diu est aĩa in corpore sanabilis est. vñ Sap. Sanabiles fecit natiões orbis terrarũ. Sed postq̃ exiet a corpore fiet insanabilis. vñ Isa. 63. Ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. Quicũq; igitur non vult lædi a secunda morte, quęrat hic sanari a læsione primę mortis, & ostendat samaritano plagas suas, qui curabit eas infundens vinũ compunctionis, & oleũ consolationis, vt dicitur Luc. 3. Reg. 8. Siquis cognouerit plagã cordis sui, & expãderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo hęreditatis tuę & propitiaberis. Aug. Sunt ne viscera christiane miserationis in te, qui plangis corpus a quo recessit anima, & animam a qua recessit Deus, non plangis?

Et angelo Pergami ecclesiæ scribe. Hæc dicit qui habet rompheã vtraq; parte acutã. Scio vbi habitas, vbi sedes est sathanæ: & tenes nomẽ meum, & nõ negasti fidẽ meã. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi sathanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenẽtes doctrinam Balaã, qui doce-
Num.24.c *bat Balac mittere scandalum corã filijs Israel, edere et fornicari: ita habes & tu tenẽtes doctrinã Nicolaitarũ. Similiter pœnitentiã age, si quominus: veniã tibi cito et pugnabo cũ illis in gladio oris mei. Qui habet aurẽ, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.*

Hæc est tertia pars capituli, in qua scribit Ioãnes episcopo Pergameni, primo ponẽs laudes eius, secundo increpationes, tertio pęnitentiæ admonitiones, quarto cõminationes, quinto p̃munit circa futura. Dicit ergo. *Et angelo*, idest epõ Pergamensi ecclesiæ scribe, sicut alijs, hęc quæ sequũtur. Dicit *Qui habet rompheam ex vtraq; parte acutam*, de quo dictum est supra. i. vidi similẽ filio hoĩs, & gladius acutus ex vtraq; parte exibat de ore eius. Et signatur idẽ hic p rompheam, quod supra per gladiũ. s. verbum diuinũ, vel sentẽtia iudiciaria, q̃ dicitur acuta ex vtraq; parte tẽporis, quia

E scindet, etiam illos, qui fuerunt ante tempus gratię: & illos, qui fuerũt post. Vel ex vtraq; parte hoĩs, quia scindet tã in corpore, q̃ in anima. Vel ex vtraq; parte generis, quia scindet tam gentiles, q̃ ignobiles. Vel ex vtraq; parte criminis, quia scindet tã carnalia, q̃ spiritualia peccata. Vel, ex vtraq; parte ecclesiæ, quia scindet tam p̃latos, q̃ subditos, tã laycos, q̃ clericos, tã seculares, q̃ claustrales. Vel, ex vtraq; parte sexus, quia scindet tã fęminas, q̃ viros. Vel, ex vtraq; parte ætatis, quia scindet tã iuuenes, q̃ senes. Vel, ex vtraq; parte fortunę, quia scindet tã paupes, q̃ diuites. Breuiter, romphæa illa nulli parcet. Sap. 6. Nõ subtrahet personã cuiusq̃ dñs, nec verebitur imaginẽ, vel iniquitatẽ cuiusq̃. De hoc gladio dicitur. Deute. 32. Si acuero vt fulgur gladiũ meum et arripuerit iudiciũ manus mea, reddã vltionem hostibus meis. Modo nõ videtur gladius acutus hic, sed qñ extraheť a vagina, & incipiet percutere, tunc sentietur acumen eius. Exod. 21. Gladius exacutus est, & limatus, vt cędat, vt victimas exacutus est, [vt splendeat limatus est. Exo. 15. Euagi-
F nabo gladium meũ et interficiet eos manus mea: vagina in qua modo latet gladius est patiẽtia Dei, qua nos expectat: sed tunc extrahet. Ezech. 5. Nudabo gladiũ meũ post eos. Quos autẽ percussurus sit gladius iste, diciť Deute. 32. Gladius meus deuorabit carnes. i. carnales. Itẽ Iere. 50. Gladius ad Chaldęos ait dñs, et ad habitatores Babilonis. i. ad superbos & auaros. Itẽ Isa. 1. Si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, & calidi prouocãt iram Dei. Forte hic dicitur habere rompheam bis acutã, quia de duobus malis volebat Ioãnes reprehendere Pergami epm̃. s. de doctrina Balaam, & de doctrina Nicolaitarũ, qui erãt in episcopatu suo, Vel ideo quia volebat redarguere negligentiã pastoris, & maliciã gregis, & punire nisi pęniterent. Sed anteq̃ redarguat, cõmendat eũ, vt postea patientius substineat correctionẽ, & vt sciat q̃ correctio sua veniebat ex amore, vt det exẽplum nobis. Cõmendat autem eũ in duobus. Primo, quia in medio malorũ fidem Christi tenuit. Secundo, quod in tẽpore persecutionis non
G cecidit. vnde dicit *Scio vbi habitas*. s. in medio prauę & peruersæ nationis. vñ subdit *Vbi sedes est sathanæ*. i. congregatio malorum, qui tibi omni bono aduersantur. *Et vbi habitas & tenes nomen meum* a quo diceris Christianus. De quo Actu. 4. Non est aliud nomen sub cœlo datũ hoĩbus, in quo oporteat vos saluos fieri. Canti. 1. Oleũ effusum nomen tuum. i. Christus qui effusus est super oẽs christianos. Iere. 14. Tu in nobis es dñe, & nomen sanctũ tuum inuocatũ est super nos. Istud nomen semper est tenendũ, & corde per fidẽ: & ore, per cõfessionem, & opere, per sanctam conuersationẽ. Sunt alia duo nomina Christi, quæ potius sunt timenda, q̃ tenenda. s. magister, & dñs. De quibus Ioã. 16. Vos vocatis me magister & dñe, & bene dicitis, sum etenim. Ista nomina multi volunt sibi vsurpare, cũ tamen sint eius ꝓpria nomina, vt nulli velit cõicare. vnde Exo. 6. Nomen meum adonay, nõ indicaui eis, quod interpretatur dñs. Itẽ Matt. 24. Nolite vocari Rabi, vnus est enim magister vester, vos autẽ fratres estis. Exo. 20. Non accipies nomẽ Dei tui i va-
H num. Sequitur. *Et non negasti fidem meam* pro aliqua tribulatione sed potius cõfessus es ore, quã tenebas i corde. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiã, ore autem cõfessio fit ad salutẽ, vel fidem meam quã tenebas corde, nõ negasti opere, sicut multi. Ad Titum. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negãt. Vt ille de quibus Titũ. 5. Cum luxuriatę fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationẽ, quia fidem primã irritam fecerũt. Et in eodẽ. Si quis suorum, & maxime domesticorum curã non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. *Et in diebus Antiphas testis meus fidelis*, quasi dicat in diebus illis Antiphas occisus fuit pro fide Christi, quam tenebat nõ negasti fidem, & in hoc apparet q̃ laudandus est ille eps̃, qui non negauit fidem pro qua videbat alios occidi. Fuit autẽ Antiphas quidam christianus ab infidelibus qui erãt Pergami propter nomẽ Christi interfectus, qui proponitur in exẽplum episcopo ad imitandum. Item ad se humiliãdum: ne. s. superbiret, quia steterat, quia plus fecerat ille, qui pp nomen Christi substinuerat mortẽ.

Item

Itē ad ipsius cōmendationē, qui pro Christo mortē substinuit, Antiphas dico testis meus fidelis.i.pro me martirizatus. Martir.n.grçce, testis latinē. Qui occisus est apud vos.i. inter vos:et ideo eius exēplo debetis roborari. Et nō est mirum si occisus est inter vos, quia multi sunt mali ibi. vnde sequitur. *Vbi sedes est satanæ.* i. vbi est synagoga malorum, in quibus Diabolus sedet, & quiescit. Secundū q̄ dicitur Iob 41. Sub vmbra dormit in secreto thalami, in locis humētibus.i.in malis, q̄ dicunē vmbra pp̄ fluxibilitatē. Nota multiplex martyriū. Primū est in sanguinis effusione, sicut Stephanus, Laurētius, Mauritius. Secūdū in carnis maceratione, sicut Hiero. Aug. Greg. Tertiū in Christi cōpassione, sicut beatus Dn̄icus, Sāctus Frācis cus, Btūs Nicolaus. Quartum parcitas in vbertate, sicut Iob & Dauid. Quintū largitas in paupertate, sicut Thob. Sextū castitas in iuuētute sicut Ioseph & Daniel. Septimū in bona operōne, sicut quilibet iustus. Io.5. Opera quę ego facio, ipsa testimoniū perhibēt de me. Octauū in p̄dicatione, sicut oēs p̄dicatores. Act.1. Et eritis mihi testes in Ierusalē. De oībus istis dicitur. Isa. 43. Vos testes mei dicit dn̄s: Aut testis fidelis Antiphas, quia vsq; ad mortē ī suo testimonio p̄seuerauit. vn̄ supra.1. Esto fidelis vsq; ad mortē. Itē dicitur quia, quod corde credidit, ore p̄dicauit, & opere adimpleuit, & tali testi debet credi. Quia in ore duorū vel triū testium, stat oē verbum vt dicit Deutero.19. Falsus testis est, qui aliud facit, & aliud dicit. De quo Prouer. 19. Falsus testis nō erit impunitus. *Sed habeo &c.* Posita cōmendatione Pergameni ep̄i, ponit Ioānes eius increpationē, vt quod boni erat in eo: nō posset ex mali admixtione amitti: & ne ex p̄dicta cōmeodatione posset inaniter extolli.q.d. Multa habes bona vt dixi. *Sed habeo aduersum te pauca.* Si corrigas, vt dicit Glo. Si nō corrigas, multa. Et q̄ sunt illa, determinat. *Quia habes illic.* i. in ep̄atu tuo. *Tenentes doctrinā Balaam* quibus parcis, & nō expellis. Qui docebat Balac mittere scandalū corā filijs Israel. vn̄ Num. 24. Dixit Balaam ad Balac. Pergens ad populū meum, dabo tibi cōsilium: non tn̄ legitur ibi de cōsilio: nec alibi, sed effectum sequentē patuit. Vidēs.n. Balaam Iudæos promptos ad luxuriam & idolatriā, consuluit Balac, vt pulchras mulieres adduceret, & poneret corā filijs Israel quarū pulchritudine ruerent in amplexus earū, & blandiijs deliniti comederēt de sacrificijs Phegor, siue Beelphegor, & sic a deo derelicti, caderent coram eo. hæc fiebant in Pergamo quia multi erāt dediti ibi gulę & luxuriæ. Vn̄ ostendit q̄ fuit illud scandalū. s. *Edere de sacrificio idolorum & fornicari.* Et bene coniungūtur hęc duo. s. edere & fornicari, quia vnū sequitur aliud. Vn̄ Hieronymus. Vēter mero ęstuās cito descendit in libidinem. Item vicina sunt venter & genitalia, & pro vicinitate membrorū sequitur confederatio vitiorum. Sap.2. Vino p̄cioso & vnguētis nos impleamus, & statim sequitur. Nullū pratum sit q̄ nō pertrāseat luxuria nostra. Ad literam. Filij Israel propter pulchritudinem mulierum fuerunt decepti, sicut hodie multi decipiuntur propter qd̄ dicit Eccl.9. Speciē mulieris alienę multi admirati, reprobi facti sunt, colloquiū.n. illius quasi ignis exardescit. Mistice Balaam interpretatur populus vanus, & significat hereticos, Balac interpretatur elidens, et significat principes seculares. Balaā ergo docet Balac decipere filios Israel.i. docēt principes seculares subuertere christianos. Itē Balaam interpretatur, Vorator. vn̄ significat vētrem. Doctrinā igitur Balaam tenent multi, qui ad nil student nisi comestioni & potationi. De quibus dicit Prou.23. Cui ve, cuius patri ve, cui rixę, cui foueę, cui sine causa vulnera, cui suffosio oculorum, nōne ijs qui demorant in vino, & student calicibus epotādis? Hęc doctrina cōtraria est doctrinæ apostoli. Ro.13. Nō in comessationibus & ebrietatibus, nō in cubilibus & impudicitijs. Itē Balaā vorator est Diabolus, qui deuorat peccatorē nec facit de ipso nisi duos morsellos: vnū de corpore, & aliū de aīa. vn̄ bene dicit Diabolus duos bolos habēs.i. duos morsellos. Ier.51. Comedit me, deuorauit me Nabuchdonosor rex Babilonis. Doctrinā huius tenēt mali p̄lati, qui per exactionē, substantiā auferūt, & sic deuorāt corpus: et per malā conuersationem, aīam subditorū malo

A exēplo occidunt. De primo dicit psal. Qui deuorant plebē meam &c. Ezec.19. Factus est leo, et didicit p̄dam capere, et hoīes deuorare. De secūdo dicitur Osee.4. Peccata populi.i. oblata pro peccatis populi comedēt, & ad iniquitatem subleuabunt aīas eorum malo exēplo. Et Mich. 3. Audite principes Iacob, et duces domus Israel, qui violēter tollitis pelles eorū desuper eos, & carnes eorū desuper ossibus eorum. Sequit. *Similiter habes & tu tenentes doctrinā Nicolaitarū.* Nā isti vxores suas oībus, & oēs alias cōicandas docebāt: & licitū esse plures habere horū doctrinā habēt viri, qui supbo & superfluo habitu ornāt vxores suas, sic.n. docēt eas fornicari, & alijs cōicant cū.n. bene ordināt, libētius cōsiderantur, & ardētius desiderātur, & sępius sollicitant, & facilius decipiūtur, & decipiūt. Sic decepti sunt senes p̄sbyteri respiciētes Susannā. Dan̄.13. & de Bersabeę. 2. Regū.11. & Tren̄. 4. Oculus meus dep̄datus est aīam meā in cūctis filiabus vrbis meę. Huius doctrinæ malæ sunt, nec sunt de scola dn̄i. vn̄ Heb. vlti. Doctrinis varijs & peregrinis, nolite
B adduci. Iac. 3. Nō est sapientia ista de sursum descēdens, sed terrena, aīalis & dyabolica, terrena ī cupidis, animalis in luxuriosis, Diabolica in ambitiosis. Ber. Sapiēs est, q relinquit præterita tanq̄ mala: contēnit p̄sentia tanq̄ vana: futura desiderat, tanq̄ bona. Similiter Age pœnitentiā de isto peccato, sicut de illo.q.d. Moneo te, vt de isto & de illo peccato agas pœnitentiā: per iustitiā puniendo p̄terita, per temperātiam, reprimēdo p̄sentia, per prudentiā, cauendo futura, per fortitudinē, perseuerādo in bona vita inchoata. Hæc.n. quatuor sunt ī vera pęnitētia, pp̄ quod de istis dicit Sap̄.8. Sobrietatē, & patientiā, & iustitiā, et veritatē docet: quibus vtilius nil est in vita hoībus. *Si quominus.* i. si ī aliquo fueris minus fortis, q̄ debeas. *Veniā tibi.* i. cōtra te, qui non corrigis illos. *Cito.* i. in morte vel in iudicio, quod erit cito. Quia oē tempus breue est. Ioel. 3. Velociter, vel cito reddā vicissitudinē super caput vestrū. Et pugnabo cū illis.i. cōtra illos. *In gladio oris mei.* i. sentētia iudiciaria conuincēs illos fornicarios, separās a cōsortio bonorū, & secās ī corpo-
C re eos, & in aīa. Tunc nemo poterit fugere, quia peribit fuga a veloce, vt dicitur Amos. 2. Nec mirū si tunc vincētur peccatores, quia fortis & potēs est, qui pugnabit cōtra eos Luc.21. Tunc videbūt filium hoīs venientē in nube cū potestate magna et maiestate. Nec inermis dn̄s, immo armatus veniet. Sap̄. 5. Induet pro thorace iustitiam & accipiet pro galea iudicium certum, sumet scutum in expugnabile ęquitatem, acuet autem duram iram in lanceam. Item non veniet solus, immo multos habebit adiutores, et miser peccator destitutus erit Dei auxilio. Vnde in eodem armabit creaturam ad vltionem inimicorū: pugnabit cum illo orbis terrarum cōtra insensatos. Omnis.n. creatura accusabit peccatores, qui eis abusi sunt. vnde Gregorius. Quam angustæ viæ erunt reprobis in iudicio? desuper erit iudex iratus, subtus patēs chaos inferni, ad dextris peccata accusantia, a sinistris infinita Dæmonia ad infernum trahentia: Intus erit conscientia mordens, exterius mundus ardens? miser peccator sic depræhensus quid faciet? fugere nō po-
D terit, latere erit impossibile, apparere in tolerabile. Si quæris quis te accusat, totus mundus. Nam offenso creatore, omnis creatura perditum odio habet. Ideo charissimi, antequam accedamus ad campum certaminis, faciamus pacem cum domino, sicut ipse monet. Luc. 14. Quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, q̄ cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo lōge agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. *Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis.* Hoc iam expositum est, & frequenter ponitur in hoc libro, vt excitetur attentio subditorum auditorum. *Vincenti dabo manna absconditum.* Hoc dupliciter potest exponi scilicet, vel de dulcedine interna, quæ dabit sanctis in hac vita, vel de dulcedine externa, quæ dabitur sanctis in futura vita, vtraq; tanta est, vt omnis qui sentit, dicat. Quid est hoc? & vtraq; abscondita est, quia parum & paucis datur sentire aliquid de ipsa. vn̄ Psalm. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ dn̄e, &c.

Isa.64. Oculus nõ vidit Deus absq; te, q̃ præparasti ijs qui expectant te: Et bene per mãna significatur dulcedo contemplationis, propter saporis suauitatẽ. Psal. Gustate & videte qm̃ suauis est dñs, beatus vir, qui sperat in eo. i. qui totam spem suam figit in eo: quia tali datur sentire suauitatẽ Dei, quę quantũcũq; modicum sentiatur, miratur anima, vt merito dicatur. Manu, quid est hoc? Ecclesi. 24. Spiritus meus super mel dulcis & hęreditas mea super mel & fauũ. Sap. 12. O q̃ bonus & q̃ suauis est dñe spiritus tuus in nobis? Quidã inueniunt Deũ tantũ dulcem, in oratione. Quidam tantũ in lectione. Quidã tantum in celebratione. Quidam in prædicatione. Sed perfecti alij inueniũt eum dulcẽ & suauem in omnibus & in ieiunijs, et disciplinis, etiam in infirmitate & paupertate. Secundũ illud Eccl. 24. In omnibus requiẽ quęsiui, ad modũ apis, quę fere ex omni flore extrahit mel. Vnde dñs dicit de talibus. Circũdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, quia quanto plus anima sentit de Deo, tanto amplius ardet in eo. Vnde Eccle. 24. Qui edunt me, adhuc esurient &c. Itẽ de manna
F dicitur. Sap. 16. Manna quod ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat. Ignis enim, purũ mentis desideriũ est. Iuxta illud Luc. Ignẽ veni mittere in terra, &c. Et hic ignis non põt vincere mãna, sed vincitur, quia nullus põt comprehendere internam dulcedinem q̃tumcunq; sit accẽsum eius desideriũ. Vt merito dicat. Psal. Defecit in salutare tuum aĩa mea. Et iterum Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria dñi. q. d. Ex hoc scio q tabernacula tua. i. mãsiones tuæ domus, sunt amabiles & desiderabiles: quia ego qui adhuc sum foris in atrio, non dũ intus in templo, tam vehemẽter cõcupisco morari hic, iuxta sed cõcupiscendo deficio, nõ valens cõprehendere quod est ibi. Vnde alibi exclamat. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Si hoc modicum dulcedinis tuæ quã das in atrio, nõ possum capere: qs capiet illud totum quod est in tẽplo? Per solem vero signat̃
G Christus. Malachię vltimo. Orietur vobis timẽtibus nomẽ meum sol iustitiæ, & sanitas in pẽnis eius. Quod igit̃ ignis non potest cõsumere, exiguo radio solis calefactũ tabescit, quia adueniente desuper modico diuinæ lucis radio, incẽditur & liquefit cor humanũ: vt vsq; ad comprehensionẽ cęlestium subleuetur. vñ Bernar. Sępe ad orõnis studium accedimus corde tepido, & pectore sicco, et tanta repente infunditur gratia q pinguescat, pectus replet intima inundatio pietatis. Itẽ manna minimũ erat ad modũ seminis coriandri & dulcedo mentis, quæ hic cõceditur viris sanctis, modica est, respectu dulcedinis æternæ, q̃ dabitur in futuro. Itẽ erat quasi pilo tusum, quia dulcedo mentis, sæpe puenit ex tribulatione vt patet in Stephano: de quo cãtatur. Lapides torrentis dulces illi fuerunt. Et Deu. 32. Vt sugeret mel de petra etc. Itẽ Psal. De petra melle saturauit eos. Item manna albi coloris erat & frigidæ naturę, et sole veniente, statim liquefiebat. Sic huius suauitas, mentẽ facit albã & pulchrã. vñ Cã. 7. Quã pulchra es & q̃ decora charissima
H in delitijs? Itẽ frigidam facit quia amorem mũdi retrahit. vnde Iob. 10. Tedet aĩam meam vitæ meæ. Itẽ sole veniẽte liquescit, q̃a hæc suauitas, veniẽte lętitia, vel dulcedine mũdana, deficit. vñ Bernar. Delicata est diuina consolatio nec cõceditur admittẽtibus alienam. Itẽ de manna dicit̃. Exo. 16. Egrediatur populus & colligat, quod sufficit per singulos dies. Sic qui vult hanc suauitatẽ debet egredi de mũdo ad cęlum, de carne ad spiritũ de se, in Deum & tũc inueniet manna. Iohel. 3. Stillabunt mõtes dulcedinẽ, & colles fluẽt lac, & mel. Tres montes sunt: spiritus, cęlum, & Deus. Et in ijs debet homo colligere mãna cõtẽplando singula eorũ bona, & debet colligere p singulos dies, quia quolibet die debet vacare orationi & meditationi. Debet autem colligere q̃tum sufficit. Quidã. n. parum colligũt, quia parũ orant, & parũ meditantur. Alij nimis. Ideo dicitur. Prouer. 25. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi. Locus autẽ vbi inuenitur mãna, est solitudo. Osee. 2. Ducam eam in solitudinem & ibi loquar ad cor eius. Non autem inuenitur in ciuitate,

E Deus ego & nõ homo ĩ medio tui sanctus, & nõ ingrediar ciuitatem. Itẽ mane inueniebatur, mane frequenter in oratione datur deuotio. Psal. Mane astabo tibi, et videbo. Prouer. 8. Qui mane vigilauerint ad me, inueniẽt me. Itẽ datur egressis de ægypto: & deuotio egressis de peccato. vñ hic dicitur. Vincenti dabo manna absconditũ. Nemo. n. mittit vinum nouũ in vtres veteres. Matt. 9. vel mãna dicitur absconditum, quia deuotio parũ vel nihil datur sapientibus mundi. Mat. 11. Cõfiteor tibi pater &c. Pro. 3. Cum simplicibus sermocinatio eius, vel absconditum dicitur, quia bona spiritualia debent abscondi ne perdant̃. Matt. 13. Simile est regnum cęlorũ thesauro abscondito in agro. Ibi Grego. Inuẽtus thesaurus abscõditur vt seruetur, quia studiũ cęlestis desiderij a malignis spiritibus custodire nõ sufficit: qui ab humanis laudibus non abscondit. Et postea depredari desiderat, qui thesaurũ in via publice portat. Exemplũ de Eze. Isa. 39. *Et dabo ei calculum.* i. corpus glorificatum. Calculus. n. lucidus est, in quo significatur claritas. Item soli-
F dus, in quo impassibilitas. Itẽ modicus, in quo simplicitas. Itẽ rotundus, in quo agilitas, & in calculo. i. in tali corpore. *Nomen nouum.* i. nomen filij, vel amici non serui quod est nomen vetus. Io. 15. Iam nõ dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos autẽ dixi amicos quia omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis, scriptum nãq; est, quia ex gloria corporis apparebit, q sunt amici, vel filij regis qui sic vestiti erũt. 1. Io. 3. Charissimi filij Dei sumus, & non dũ apparuit quid erimus. Scimus autẽ q cum apparuerit, similes ei erimus. Quod nemo scit pfecte nisi q accipit. i. donec acceperit. In hac. n. vita nemo põt perfecte scire gloriã corporis glorificati. Isa. 64. Oculus nõ vidit Deus absq; te: quæ præparasti expectantibus te. Sequitur.

Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquã flammam ignis, & pedes eius similes auricalco. Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministeriũ, & patientiam tuã, & opera tua no-
G *uissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetam, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & mãducare de idolotitis. Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere a fornicatione sua. Ecce ego mitto eã in lectum, & qui mœchãtur cum ea: in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiã ab operibus suis egerint: et filios eius interficiam in morte, & scient oẽs ecclesiæ, quod ego sum scrutãs renes & corda, & dabo vnicuiq; vestrũ secundũ* Iere. 17. b.
opera sua. Vobis autẽ dico & cæteris, qui Thyatiræ estis, Quicũq; non habent doctrinam hanc, & qui nõ cognouerunt altitudinẽ satanæ, quemadmodũ dicunt non mittã super vos aliud pondus, tamen id quod habetis, tenete donec veniam. Et qui vicerit & custodierit vsq; in finem opera
H *mea: dabo illi potestatem super gẽtes, & reget eas in virga* Psal. 2. c
ferrea, & tanquã vasa fictilia confringẽtur, sicut & ego accepi a patre meo: et dabo illi stellam matutinã. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.

Hæc est quarta pars capituli in qua, Ioannes scribit episcopo Thyatiræ. Primo cõmendat eum in septem, in operum breuitate, in fidei firmitate, in charitatis feruore, in ministerij adimpletione, in patiẽtia tribulationũ, in profectu virtutum. Secundo increpat eum. Tertio cõminatur Iezabel & discipulis eius. Quarto bonos, qui sunt Thyatirę, cõsolatur promittẽs eis multa bona. Dicit ergo. *Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe* sicut alijs *Hæc dicit filius Dei*, qui prædictus est simul filius hominis, & nunc filius Dei, vt ostendat q idem, & vnus est filius Dei, & filius hominis. *Qui habet oculos tanquam flammã ignis* idest claros & penetratiuos, quod dicit Ioan. vt terreat malos, qui erãt Thyatirę quorũ peccata videt filius Dei, qui eos iudicabit. Ecclesi. 23. Oculi domini luci-

lucidiores multo plus super solem, circumspicientes omnes
vias hominum. In quatuor dicit oculos domini excedere
solem. Sol.n.tantum corporalia videt seu illuminat: Deus
corporalia videt & spiritualia. Itē sol tantū pręsentia, Deus
pſentia, pręterita, & futura. Itē sol tantū superiora & exte-
riora: Deus interiora, & inferiora: Itē sol tantum ea, quæ in
vnum, quæ in mūdo sunt sub sole: Deus autē etiam, q̄ sunt
in cœlo supra solem. Prouer.16. In omni loco oculi dñi con-
templantur bonos & malos. Heb.4. Oīa nuda & apta sunt
oculis eius ad quē nobis sermo. *Et pedes eius similes auricalco*. i.
pedes habet agiles. q.d. Io. Dominus videt omnia peccata
nostra, & cito veniet ad iudicium. Vel oculi dñi sunt docto
res, & ṗlati, qui toto corpore vidēt. De quibus dicit. Can.
Oculi eius sicut colūbæ super riuos aquarū, quę lacte sunt
lotę: resident iuxta fluenta plenissima. Item pedes eius sunt
pręedicatores vt dicit Hay. Qui Christum per totū mundū
ṗdicauerunt & portauerūt. De quibus dicitur Isa.52. Quā
pulchri super montes pedes anūciantis & prædicātis pa-
cem. Oculi flammę ignis cōparantur, quia prædicatores
& ṗlati debent esse in se lucidi per mūditiā, per scientiam,
per bonā famam, & feruidi, per zelū & charitatē. Et alios
debent illuminare ad Dei cognitionē verbo prædicatiōis:
et inflāmare ad amorem exēplo bonæ conuersationis. De-
bent etiam tam in se q̄s in alios rubiginē peccatorum cōsu-
mere: & paleas terrenę cupiditatis comburere. Io.5. Ioānes
erat lucerna ardens & lucēs. Eccle. 48. Surrexit Elias pro-
pheta quasi ignis, & verbū ipsius quasi facula ardebat. Pe-
des vero comparantur auricalco, qui quanto plus igne cō-
buritur tanto clarius efficitur. Quia peccatores tales debēt
esse, quos tribulatio faciat meliores. Iuxta illud Ecclesia.2.
In igne probatur aurū & argentum: & homines receptibi-
les, in camino tribulationis. Vel, oculi dñi sunt prælati: pro-
pter loci sublimitatē. Pedes sunt subditi, propter inferiori-
tatem. Itē, Oculi totum corpus regunt: sic prælati, ecclesiā.
Iob.29. Oculus fui cęco. Prouer.4. Oculi tui videant recta.
Item oculi debēt esse clari exēpli ostensione. Matt.5. Sic lu-
ceat lux vestra. Itē oculi non patiuntur in se puluerem, nec
prælati terrenū amorem. Phi.2. Sitis simplices filij dei, sin-
ceres sine repræhensione. Matth.10. Excutite puluerem pe-
dum vestrorum. Item oculi sunt tenerrimi, & prælati per
cōpassionem. 2. Cor. 11. Quis infirmatur & ego non infir-
mor? 2. Regum.23. Dauid sedens in cathedra sapiētissimus
inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. Item
duo sunt oculi, & prælati debent esse gemini, per dilectio-
nem Dei & proximi. Luc. 10. Misit eos binos ante faciem
suam. Item oculi delectātur in pulchritudine, & prælati li-
benter vident bona aliorū, & delectantur in eis. Ecclesi.40.
Gratiam & speciem desiderat oculus, & super hæc virides
sanctiones. Item oculi abhominantur turpia, & sic pręlati.
Psal. Iniquitatē odio habui, & abhominatus sum. Itē, Oculi
ægri reparātur panni serici abstersione: & ṗlati, passionis
dñicæ consideratione: Heb.12. Recogitate eū qui talem ad-
uersus semetipsum sustinuit a peccatoribus cōtradictionē,
vt non fatigemini animis nostris deficientes. Itē reparātur
oculi, fellis lenitione. Tob.12. Et prælati æternæ dānationis
recordatiōe. Infra.3. Inunge oculos tuos collirio vt videas.
Item purgantur sanguinis diminutione: & prælati, pecca-
torum cōfessione, vel nepotum, vel parentū carnaliū amis-
sione Psal. Si mei nō fuerint dñati, tunc imaculatus ero &c.
Minui volebat Dauid cū dicebat. Libera me de sanguini-
bus &c. Itē læduntur oculi albugine. i. ambitione. Tob.11.
Itē tenebris ignorātiæ vt ægyptij. Exo.10. Itē stercore aua-
ritiæ, vt Tob.2. Itē nimio lumine. i. alienā fœlicitate, q̄ sunt
Inuidi, qui nō possunt videre bona aliorū. 1. Reg.3. Nō po-
terat Heli videre lucernā domini donec extingueretur. Itē
fumo superbię. Ecclesi.22. In te ignem camini, vapor & fu
mus ignis. Item igne iracundiæ Psal. supercecidit ignis &
non viderunt solem. Item vitio vesicæ, id est castrimargiæ
Prouer.23. Cui suffosio oculorum &c. Item nimio fletu &
palpebræ meæ caligauerunt. Itē senio. i. mala cōsuetudine.
Gene.28. Senuit Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre
nō poterat. Itē vento inanis gloriæ. vnde can. Iudæ. Nubes

A sine aqua, quę a vēto circūferuntur. Sequitur. *Noui opera tua*,
idest approbaui, etiā charitatē i proximū, & fidē charitas,
& ex charitate opera. Sed ideo præponit opera, quia ope-
ribus fides cognoscitur, & charitas. vnde Matth.6. A fructi
bus eorū cognoscetis eos, & misteriū in eleemosynarū lar-
gitione, et pauperū releuatione, quibus de suis facultatibus
libēter et largiter erogabat, ergo ministeriū episcoporū est
de suis facultatibus pauperibus subuenire: verū, vanū est,
& quicquid ipsi sibi thesaurizant, vel parentibus nō indi-
gentibus tribuūt, vel in vsus superfluos expēdunt, vel iocu
lationibus conferunt, hoc totū furantur et subtrahunt pau
peribus. vnde Isa.3. Rapina pauperum in domo vestra est.
Ibi glo. Principes quoq; vestri cū pauperes peccātes publi
cę arguāt & cōfundāt, diuitibus peiora peccātibus nec mu-
tum faciūt, in quorū domo rapina pauperū est, dum opes
ecclesię sibi reseruāt, & in delitijs abutūtur, & quæ dantur
ad substentationem pauperū sibi thesaurizant, vel suis di-
stribuunt: et aliorū inopias, suas, vel suorū diuitias faciūt,
B & bene post charitatē ponitur ministerium, quia charitas
monet ad tale ministeriū. 1. Io.3. Qui habuerit substantiam
huius mūdi, &c. *Et patientiam tuam*, quia patientia ex ṗmis-
sis surgit. Diabolus. n. qui inuidet omni bono, semper mo-
uet ṗsecutionē bonis, vt sic faciat quiescere a bonis. 2. Thi.3
Oēs qui pie volūt viuere in Christo, persecutionē patient.
Et opera tua nouissima plura prioribus. Hic cōmendat eum a pro-
fectu virtutū, quia iste in tribulationibus nō cessauit bona
facere. Imo plura fecit, vel sic. Noui opera tua q̄ facis, meri-
tum tibi acquirēdo, & alios exēplo tuo prouocādo. Mat.5.
Sic luceat lux vestra, &c. *Et fidem tuā*. i. fidelitatē tuam, ta-
lenta tibi cōmissa fideliter dispēsando. Luc.12. Quis putas
est fidelis dispēsator? *Et charitatem*. aīam pro subditis expo
nendo. Io.10. Bonus pastor aīam suam dat pro ouibus suis
Et ministerium, alijs seruiēdo non dñando. 1. Cor.4. Sic nos exi
stimet homo etc. 2. Thi.4. Ministeriū tuum imple. opus fac
euangelistę. 1. Pe.4. Vnusquisq; sicut accepit gratiā illā ad-
ministrantes sicut dispēsatores multiformis gratiæ dei. *Et*
C *patientiam tuam*. malos sufferēdo & præmiū expectādo. psal.
Expecta dñm & viriliter age &c. Flagellantē. s. & pręmia
differentē. Sūt autē.12. gradus patiētiæ per quos ascendit
ad patientiā Christi. Primus est malo nō resistere. Matth.5.
Ego autē dico vobis nō resistere malo. Secūdus, malū pro
malo nō reddere. Ro.12. Nulli malū pro malo reddere. Ter
tius est, nō male respōdere. Pro.26. Non respondeas stulto
iuxta stultitiā suam ne similis ei efficiaris. Quartus est ini-
micū diligere. Quintus est malefaciētibus benefacere. De
his duobus dicitur. Mat.5. Diligite inimicos vestros benefa-
cite his, qui oderūt vos. Sextus est cōtra flagella nō murmu
rare. 1. Cor.10. Neq; murmurauerits sicut qdā ex eis mur-
murauerunt, & perierūt ab exterminatore. Septimus est li
benter flagella, & quęlibet aduersa substinere. Octauus de
flagellis gaudere. De his duobus dicit. 2. Cor.12. Libēter glo
riabor in infirmitatibus meis &c. Iaco.1. Oē gaudium &c.
Nonus est tribulationē dulcem reportare. Deu.32. Inunda-
tiones maris quasi lac suget. Decimus est de tribulationi-
D bus gratias referre sicut post cibum. 1. The.4. In oībus grās
agentes. Vndecimus est se ad alia sustinēdo parare. ṗs. Ego
i flagella paratus sum. Mat.5. Si quis ṗcusserit te &c. Duo-
decimus est in flagellis dolorē non sentire. Prouer.23. Vul-
nerauerunt me, & nō me doluit: traxerunt me, & non sensi.
Sequit. *Et opera tua nouissima plura prioribus*. Pro.4. Semita iu-
storum quasi lux splēdens procedit, & crescit vsq; ad per-
fectum diē. Ecclesi.11. Mane semina semē tuum, & vespere
nō cesset manus tua. Gal.6. Operemur bonū ad oēs, nō de-
ficientes &c. Seqtur. *Sed habeo aduersus te pauca in quibus reprehen-
sibilis es*. Quia permittis, Non excōicas dicit gloss. *Mulierem
Iezabel*, quæ se dicit prophetā. i. secreta & occulta videntē
vt melius crederetur ei, vel prophetam. i. diuinam, quę fu-
tura dicebat *Docere* contra apostolum. 1. Corin.14. vbi di-
citur. Mulieres in ecclesia taceant. non enim permittitur
eis loq, vel. 1. Thi.2. Docere mulieri nō ṗmitto. & ideo pec
cabat iste eṗs quia ṗmittebat, vt nō crederet quis q; Ieza-
bel doceret bona. Sequit. *Et seducere seruos meos* ṗ doctrinā suā.

& ia quo seducebat, & qualia dicebat, ostendit subdens. *Fornicari cum Daemonibus* vel cum mulieribus, vel cum rebus mūdanis. Quadrupliciter dicitur fornicatio, vt habetur in glo. Prima est in corde. Matth.5. Qui viderit mulierem &c. Secunda in corpore. 1.Cor.6. Qui fornicatur in corpus suū peccat. Tertia in amore terrenorum. Quarta in cultu idolorum. Ephe.5. Auaritia q̄ est idolorum seruitus, & manducare de idolotitis. i. de rebus immolatis & oblatis idolis, in veneratione eorū. Dicitur q̄ haec Iezabel fuit vxor ipsius episcopi, quae ad comessationes, fornicationes, & idolotitum multos trahebat verbo & exemplo. Alij dicunt q̄ loquitur de illa Iezabel, quae fuit vxor Achab, regis israel, quę depinxit oculos suos stibio, & ornabat se vt meretrix, vt legitur. 4. Regū. 9. Nō quod tunc temporis esset Ioānes, sed aliquę erāt vestigia eius sequētes. Interpretat. n. Iezabel fluxus sanguinis, vel sterquiliniū, vel nix, & significat stultas mulieres, quarum pulchritudo tota est luxus exterius, quae peccato luxuriae fluūt, & sicut nix super sterquilinium cito euanescit, & apparet turpitudo, sterquilinij, sic pulchritudo stultae mulieris cito transit, & tunc apparet turpitudo eius. vnde Prouer. 30. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: propter hoc dicit Philosophus. Vtinā inspiciēdo mulieres aut lynceos oculos haberemus, aut nullos. Et bene sterquilinium intelligitur stulta mulier, quia fętet sicut sterquilinium, & sicut sterquilinium, ab hominibus qui volunt calcatur. vnde Ecclesi. 9. Mulier fornicaria sicut stercus in via, ab hominibus praetereuntibus conculcabit. Hęc Iezabel fecit aram Baal. 1. vētri. Haec populos domini occidit. Haec vineam Naboth in ortū olerum cōmutauit, idest poenitentiam in lasciuiam. Item mulier sanguinea nō de facili curatur, neque a peccato luxuriae mulier de facili corrigitur. Osee. 5. Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur, Spiritus. n. fornicationum in medio eorū. Sequitur. *Et dedi illi tempus.* Licet talis esset vt pęnitentiā ageret de peccato suo, ecce magna misericordia domini, q̄ neminē vult perire. Eccl. 18. Et quare moriemini domus israel dicit dominus: conuertimini & venite. Et non vult pęnitere a fornicatione sua quadruplici vt dictum est. In quo patet maior eius culpa, & Dei patiētia, qui aliquādo dat audaciam peccandi. Eccle. 8. Quia non cito profert sententiam cōtra peccatores, ideo filij hominum absq; timore vllo perpetrāt mala. Et nota q̄ dicit. *Dedi tempus.* Modo tempus nostrum est, q̄ possumus facere q̄ volumus, siue bonum siue malū. Reliquit. n. Deus hominem in manu consilij sui; & ita ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod voluerit dabitur ei. Sed aliqn̄ accipiet Deus tēpus suum, & tunc nō poterimus facere quod voluerimus, sed quod meruerimus accipiemus. Psal. Cum accepero tempus, &c. Ecclesia. 9. Quodcunq; pōt manus tua, instanter operare, q̄a nec &c. Dat autem nobis dominus tempus in spatium, in auxiliū, in documentum, in monumētum. In spatium, q̄ possumus ad eum reuerti. Isa. 30. Expectat nos dn̄s vt misereatur nostri. Ergo quęramus dn̄m dū inueniri pōt, ne subito praeoccupati die mortis, quaeramus spatium pęnitentiae & inuenire non possimus. Item in auxilium, quia qualitas tēporis iuuat nos ad pęnitentiam faciendam si volumus. Nā modo calor, modo frigus, modo ventus, modo pluuia affligit nos. Quod si patienter suscipimus, pęnitentiam perficimus. Si autem murmuramus, sicut modo tempus est pro nobis, ita in iudicio erit contra nos. Treñ. 1. Vocauit aduersum nos tempus, vt conterat electos meos. vnde Bernar. Sicut nec capillus de capite, ita nec momentū de tempore peribit. Item in documentum, quia sicut post diem quo laborant homines venit nox, qua quiescūt: ita post hanc vitam venit mors. vn̄ qui laborauerint in hac vita pro Christo, quiescent postea cum eo. Sed qui non laborat immo quiescit in die in domo, laborabit in nocte. Psal. In die mādauit dominus misericordiam suam. i. opera misericordię, & nocte canticum eius. Item sicut post laborem in nocte redditur merces, ita post hanc vitam reddet Christus operarijs suis mercedem suam. Matth. 20. Cum sero factū esset, dixit dominus procuratori vineę, voca operarios & redde

E illis mercedem. Item in monumentum, quia de die monet nos timere tenebras inferni, de q̄bus nemo exibit si semel ibi erit. Matt. 21. Ligatis manibus et pedibus, mittite in tenebras exteriores &c. Item mutatio temporis monet, & monstrat omnia mutabilia, nec debere in illis mētem figere. Eccle. 2. Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem spiritus, & nil permanere sub sole. Itē dedi illi tempus. i. tēporis seu aetatis partes. s. pueritiā, adolescētiam, iuuētutem, senectutem, vt ageret poenitentiam in illis. A prima. n. parte esset incipienda pęnitentia. Eccl. 12. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuae. Treñ. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum domini, ab adolescentia sua. Eccle. 11. Mane semina semen tuū. i. in pueritia, & vespere non cesset manus tua. i. i senectute. Sed pauci sunt qui velint facere poenitētiā in pueritia vel adolescentia, nec in iuuentute, & in senectute non possunt, & ita perdit totum tempus. Ideo clamat Deus. Cāt. 3. quater animę peccatrici. Reuertere, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Quia dum anima est in peccato

F Deus non vult eam intueri. Item dedi illi tempus nascēdi, monendi, plantandi, euellendi, occidendi, sanandi, & alia, quae potent. Eccle. 4. Quia omnia debet pęnitens sua facere bene vtendo illis, sed nulli dat Deus tempus, peccandi. i. ad peccandū & tamen omnes peccant in tempore. Eccl. 15. Nemini dedit Deus spatium peccandi. Iob. 24. Dedit illi Deus tempus & locum pęnitētiae, & ipse abutitur eo in superbiam. Dat igitur Deus tempus, & locum pęnitentię. tēpus quando vitam prolongat, locum, qn̄ bonam societatem dat, & nota dedit illi tempus vt poenitentiam ageret. non dicit pęnitētiam agere, vel suscipere proponeret. Quia multi proponunt pęnitentiam agere, & nunq̄ agunt, quia dum sunt iuuenes nolunt: quando sunt senes non possunt. De quibus, Isa. 37. Venerunt filij vsq; ad partum, & virtus non est pariendi. Luc. 21. Vę praegnantibus & nutrientibus in diebus illis. Itē nota quod dicitur. *Et non vult penitere a fornicatione sua.* Non dicit, non potest pęnitere quia non impotentia, sed voluntas culpabilis est. Bonū est modo pęnitere

G quando potestas est in voluntate, quia veniet tempus qn̄ potestas omnis bene agendi subtrahetur. Prouer. 1. Inuocabunt me & non exaudiam, mane consurgent ad me, & nō inuenient, quia exosam habuerunt disciplinam. i. pęnitentiam. Io. 9. Me oportet facere opera eius, qui me misit, donec dies est, quia veniet nox quando nemo potest operari. Sequitur. *Et ecce,* ex quo non vult poenitere. *Mittam eam* Iezabel, & suos *in lectum,* idest in securitatem, & audaciam & peccādi opportunitatem. Et dicit. Mitto. i. mitti permitto exigentia peccati ipsius, quia. s. non vult pęnitere cum pęnitere possit. Et licet audaciam & opportunitatē peccādi vocet lectum, vt teneat metaphorā meretricis. Et postq̄ Diabolus tenet aliquem in hoc lecto, tūc est securus. vnde. 1. Regū. 19. Dicit Saul. i. Diabolus afferte eum. i. Dauid ad me in lecto, vt occidatur. Item lectus est infirmitas. Vnde Hay. ponam eum in lectum, non vt quiescat, sed vt febre languescat, & frenesim sustineat. De hoc lecto dicitur. Psal. Dominus opem ferat illi super lectū doloris eius &c. Alia

H translatio habet luctum pro lecto, q̄ aeternam miseriā designat. De qua miseria Iob. 17. In tenebris straui lectulum meum. Isa. 14. Subter te sternetur tinea, & operimētum tuū erūt vermes. Hic lectus est valde durus, fętidus, immūdus, in turpi loco paratus, et tumultuoso, vbi nulla quies, vbi videntur horribiles visiones. Iob. 20. Vadent & veniēt super eū orribiles omnes tenebrę abscondite sunt in occultis eius deuorabit eum ignis, qui non succēditur, & affligetur relictus in tabernaculo suo. i. in corpore suo. Haec est pars hoīs impij a Deo, & hęreditas verborū eius a domino. Itē Iob. 27. Diues cum dormierit nihil secum auferet, aperiet oculos eius, & nil inueniet, et appręhēdet eū quasi aqua inopia nocte opprimet eū tēpestas. Melius est iacere in lecto quietę conscientiae. De qua Iob. 29. In lectulo meo moriar, &c. *Et qui moechantur cum ea,* idest conformes illi in peccatis pro quibus punietur. *In tribulatione maxima erunt,* in inferno. In hoc mundo est tribulatio magna, in purgatorio maior: in inferno maxima. Deutero. 32. Deuorabūt eos aues morsu

ama-

amarissimo. Item magna erit tribulatio inferni ꝓpter pœnarum diuersitatem: maior propter acerbitatem, maxima propter æternitatem. Iere. 30. Pessima est plaga tua, vel tribulatio erit magna io morte, maior in iudicio, maxima in inferno. Magna propter glorię amissionem, maior propter ignis exustionem, maxima propter vermis remorsionem, vel corrosionem. Isa. 8. Non erit lux matutina, & transibit per eã: & corruet, & esuriet, & cum esurierit, irascetur, & maledicet regi suo & Deo suo: & aspiciet sursum & ad terram intuebitur: & ecce tribulatio, & tenebrę, & dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. Potest homo auolare alis pęnitẽtiæ & orationis. vñ Osee. 9. Ephraim quasi auis auolauit. Quas alas petebat Dauid vbi dixit. Quis mihi dabit pẽnas. s. columbæ, & volabo, & requiescam: vnde bene sequitur. *Nisi pœnitentiam egerit ab operibus suis,* idest de peccatis præteritis, quæ sunt opera sua. *Et filios eius,* idest imitatores ipsius. *Interficiam* in morte crudeli occidam, ituros in mortem æternã. Sancti vero qñ moriũtur corporaliter vadunt in vitã ęternam: Vnde mors sanctorum dicitur natalis eorũ. ideo dicit Psal. Præciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Sapientiæ. 3. Iustorum animę in manu Dei sunt, & nõ tanget illos tormentum mortis, visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Et eleganter dicit. *Interficiam in morte,* Quia semper morientur & nunq̃ꝫ perimentur. vñ psal. Mors depascet eos. Et iterum. Laborabunt & viuent adhuc i finem. Et hęc est mors de qua dicit. Psal. Mors peccatorum pessima, in condemnatione & cruciatione gehẽnæ. *Et scient omnes ecclesiæ,* idest omnis cõgregatio bonorum religiosorum, qui modo credũt fide. *Quia ego sum scrutans renes & corda,* idest cogitationes & desideria ad puniendum, vel remunerandum. Sophoniæ. 3. Scrutabor Ierusalem in lucernis. Sap. 6. Altissimus interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Psal. Ego sum Deus scrutãs corda et renes *Et dabo vnicuiq; vestrum* tã bono q̃ malo *secũdum opera vestra.* Bonis bona, & malis mala, sine personarum acceptione. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; ꝓpria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Ecclesia. vltimo. Cuncta deducet Deus in iudicium pro omni errato. Glo. Et pro verbo ignoranter prolato. *Vobis autem,* hic consolatur bonos, promittens præmium bonum. q. d. Hoc faciam illis, vobis autem dico cæteris. i. qui estis illis dissimiles *Qui Thyatiræ estis* cum illis, *Quicunque non habent hanc doctrinam,* quam docebat Iezabel. s. q sine legis obseruantia non esset salus, & quod licitũ esset idolotitũ comedere & fornicari. *Et qui non cognouerunt,* idest non approbauerunt. *Altitudinem sathanæ.* Vocat Ioannes altitudinem sathanæ profundam astutiã Diaboli, qua sub quadã specie sanctitatis suggerebat legalia esse seruanda cum euangelicis. Bene de talibus dicit apostolus. Ro. 14. Noli altum sapere. Vel altitudinem, vocat dignitatem, seu prosperitatem quãlibet secularem. De qua dicit. Psal. Ab altitudine diei timebo. Quæ altitudo reuera non est a probo viro cognoscenda, ad appetẽdum quemadmodum dicunt quidã egressi de Iuda, qui terrendo fideles, dicebant: quod adhuc erat missurus dñs maiores tribulationes, q̃ passi essent: vt ita recederent a fide. Vel, & non cognouerũt idest approbauerunt. *Altitudinem sathanæ,* idest astutiam sathanæ. *Quemadmodum dicunt* quidam iudæi, legalia esse seruanda cum euangelicis. Sed contra illos dicit dominus, q non mittet aliud pondus. vnde sequitur. *Non mittam super vos aliud pondus:* tribulationem, scilicet, vel legalia vt ipsi dicũt. *Tamen id quod habetis,* scilicet tribulationes, vel euangeliũ *Tenete* patienter & fideliter *Donec veniam* retribuere cuilibet, sm meritum suum *Et qui vicerit* illos, eorum doctrinis, & astutijs resistẽdo *Et custodierit vsq; in finem* vitæ suæ *Opera mea.* quæ fieri præcepi. i. mandata mea. Vel opera misericordię, quæ sunt opera Christi propriè: quia opera iustitiæ quodã modo sunt aliena ab eo. vnde Isa. 28. Irascetur dominus vt faciat opus suum. Alienum opus eius, vt operetur opus suũ Peregrinum est opus eius ab eo. Quia nõ ex se, sed ex peccatis hominum cogitur sic facere. *Dabo ei potestatem* in hoc

A seculo. Dicit glo. Super gentes. i. super homines gentiliter viuentes. Ergo qui non vicit mundum, & nõ custodit pręcepta domini, nõ debet habere potestatem prælationis, qd concedimus: dicentes, quod peccat mortaliter, qui malos scienter promouet, vel consentit vt promoueantur, si impedire canonice potest. vnde Ro. 1. Qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui cõsentiunt facientibus. Vbi glo. Facientes & cõsentientes pari pęna cõstringet. *Et reget illos in virga ferrea,* idest iustitia inflexibili: dicit glo. In virga. n. propter rectitudinem, non iustitia. In ferro inflexibilitas. Ex quo patet, quod ad regẽdum datur prælationis potestas non ad dominandum, vel ad congregandum diuitias, vel ad delitias habendas, vel ad ditandos parentes. Et qui aliter habent, non a Deo habẽt. vñ Osee. 8. Ipsi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt, & nõ cognoui. Quia si per ostium intrassent, bene scirent quia ipse est ostium. Io. 10. Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro, Fur autẽ nõ venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Furetur quidẽ pecunias, mactet
B corpora, & perdat aĩas. Aliũde aũt ascendit, qui vel prece carnali, vel p̃cio, vel astutia qualibet, vel non propter animam, sed propter honorem, aut diuitias intrat: & omnes tales fures sunt. Ergo multi sunt fures. verum est vñ Io. 10. Quotquot venerũt, fures sunt & latrones. Heb. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, nisi qui vocatur a Deo, tanquã Aaron. Qui triplici iudicio vocatus fuit. s. virgæ floritione, frondi tione, & fructificatione, Virga est adolescentia, Qui ergo in adolescentia sua floruit per bonã opinionem, frondiut per honestam cõuersationem, fructificauit per honestam atq; bonam operationem: potest postea eligi ad prælationem, aliter non. *Et tanquam vas figuli confringentur.* Quidã vt omnino pereant, quidam vt in melius commutẽtur. Sicut facit figulus, qui quædam vasa frãgit, vt reparet in melius. Quædam omnino fracta dimittit sine reparatione. De quibus. Psal. Destrues eos, & non ædificabis illos. De hoc dicitur. Ieremiæ. 18. Sicut lutum in manu figuli, ita vos in
C manu mea dicit dominus. Et bene per vasa intelliguntur homines, quia de luto sunt plasmati quãtum ad corpus: & de nichilo formati quo ad animam. vnde. 2. Cor. 4. Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Itẽ vasa ante decoctionem ignis frangibilia sunt: et homines ante tribulationem. Eccle. 27. Vasa figuli probat fornax &c. Item quædã vasa cum erunt fracta, gloriosius reparantur: sic iustorũ corpora. Philippenses. 3. Saluatorem expectamus &c. Quædam vero in peius, sicut malorum corpora. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In melius dicit glo. Vel sic, Tanq̃ꝫ vas figuli confringẽtur in iudicio. i. irreparabiliter. Illa. n. fractio, quæ modo fit per peccatum, reparabilis est per pœnitentiam. Sed illa, quæ erit in iudicio, erit irreparabilis. Iere. 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Item Ieremiæ. 17. Duplici contritione conterere eos. s. corporis & animæ. Et nota q est triplex virga: Vna aurea, Alia ferrea, Alia lignea. Aurea, est præsens disciplina. De qua. Prou. 22. Stultitia colligata est in corde pue-
D ri: & virga disciplinę fugabit eam. Hester. 15. Tulit rex virgam auream, & posuit super collum eius, & osculatus est eam. Virga lignea, est pęna purgatorij: quæ postq̃ꝫ percusserit frangitur & comburitur, vt dicit. Augustinus. De qua potest intelligi illud Isa. 24. Et erit trãsitus virgæ fundatus. Virga ferrea, est pęna inferni, quę nunq̃ deficiet. Et sm hoc totum quod dicitur hic, exponitur de iudicio. Sic dabo ei, qui custodierit vsq; in finem opera mea. Potestatem super gentes, vt sit iudex earum. Mat. 19. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, &c. *Et reget in virga ferrea,* idest sententia inflexibili. i. mittet in gehennam. Et tanq̃ꝫ vas figuli cõfringentur. i. irreparabiliter. Isa. 24. Confractione confringetur terra. *Sicut & ego accepi a patre meo.* Per humanitatem, quasi dicat. Dabo potestatem iudicandi illis, qui mandata mea custodient. *Sicut & ego accepi a patre meo.* Et illi acceperunt á me. Io hoc autem quia Christus dicit. *Dabo illi potestatem sicut & ego accepi a patre meo.* Nota q prælatus debet assimilari Christo, quia forma est & exẽplar omnium p̃latorũ.

In

In conceptione, in natiuitate, in vita, in morte. Christus cōceptus fuit de spiritu sancto, & prælatus debet eligi per spiritum sanctum. Item Christus conceptus fuit & natus de virgine. Quia. s. fuit virgo ante partum, virgo in partu, & virgo post partum. Sic prælatus debet ita eligi ab ecclesia, quæ eum eligit, & cōcipit, et parit, vt remaneat virgo, ante electionem, & in electione, & post electionem. Vt nec ante vel post corrumpatur præcio, vel præce carnali, seu affectione carnali. Io. 3. Quod natum est de spiritu, spiritus est: & quod natum est ex carne, caro est. Modo ferè omnes p̄lati nascuntur de carne, quia promouentur ex affectu carnali. & ideo ferè oēs carnales sunt, & quodāmodo ecclesia corrumpitur concipiendo prælatum. vnde clamat Isa. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Quia vero aliquę sunt ecclesię, sed paucę quę cōcipiunt spiritualiter prælatos vel canonicos suos. Ideo dicitur Sap̄. 3. Fęlix sterilis & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarū.
F Item Christus conceptus fuit & natus, perfectus virtutibus & scientia, ita prælatus debet eligi. Iere. 31. Nouum creauit dominus super terram. Fœmina circundabit virū. Isa. 4. In die illa appræhēdent septem mulieres virū vnum, idest vniuersæ virtutes. Item Christus vocatus ad regnum fugit: passioni se obtulit. Sic & prælati debent, Itē Christus innocens fuit in vita, & tamen in magna pęnitentia. Sic & pręlati. Item Christus pro subditis mortuus est. Sic & pręlati debent esse parati. Ioā. 10. Bonus pastor &c. *Et dabo illi* scilicet, qui custodierit vsq; in finem opera mea. *Stellam matutinam* idest animæ stolam, quæ dicitur stella propter claritatem diuinę cognitionis. Matutinam propter inchoationem beatitudinis. vn̄ Iob. 29. Gloria mea semper innouabitur. Item stella semper fugat noctis tenebras. Sic illa gloria ab anima fugat omnem ignorātiam & dubietatem. Et hæc stella oritur ex Iacob vt dicitur Numeri. 24. Idest ex lucta & supplantatione carnis, & mundi, & Diaboli. Item stella matutina dicitur corporis stola, quæ recte stella dicitur propter claritatem. Matutina, quia in mane dabitur. i.
G in fine præsentis vitæ, & in principio futuræ. De qua stella potest intelligi illud. Matth. 2. Videntes stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. vbi quatuor dicit. Gauisi sunt inquā propter primam dotem. Gaudio propter secundā. Magno propter tertiam. Valde propter quartam. Item stella matutina dicit ipse Christus. Quia sicut stella matutina. i. lucifer omnes stellas superat in splēdore, ita Christus omnes sanctos superat in cognitione. vnde Io. 3. Qui de cęlo venit, super omnes est. Item lucifer diē adducit, & Christus fidē & cognitionem mundo intulit. Io. 8. Ego sum lux mundi. Isa. 9. Populus gētium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam &c. Item lucifer diem adducit, & vicinum prænunciat: & Christus resurgens generalē & resurrectionem demonstrat. 1. Corin. 15. Christus resurrexit primitiæ dormientium. Item ibidem. Differt stella a stella in claritate. Sic & resurrectio mortuorum. Item stella sex radijs illuminat noctē, & Christus sex virtutibus quasi sibi p̄prijs.
H Quarū prima est humilitas eius. De qua ad Philippēses secundo. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiēs. Ibi glo. O quanta Christi humilitas. Humiliauit se vsq; ad incarnationem: vsq; ad Diaboli tentationem, vsq; ad populi irrisionem: vsq; ad vincula, vsq; ad flagella, vsq; ad sputa, vsq; ad alapas, vsq; ad mortem, & si parum est hoc, addēdum est aliquid de genere mortis, mortem autem crucis, quod erat tūc ignominiosius genus mortis. Ecce habemus humilitatis exemplum, superbię medicamentum. O pellis morticina quid tenderis? O sanies foetida, quid inflaris? Princeps humilis, & seruus sup̄bus, caput humile, & mēbrum superbum, absit. Secūda virtus, charitas eius est. De qua, Ioā. 15. Maiorem hac dilectionē nemo habet vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Beatus Bernardus. Tu domine habuisti maiorē, quia posuisti pro inimicis tuis. Psal. Zelus domus tuæ comedit me. i. amor ecclesiæ cōsumpsit, siue occidit me. Tertia est, largitas eius. De qua. Iac. 1. Qui dat omnibus abundanter, & non improperat. Ipse. n. dat
E omnibus sua in vsu. Gen̄. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, vt sit vobis in escam. Item dat suos in ministerium. Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hęreditatem capiunt salutis. Item dat se in precium redēptionis. Psalmus. Redemptionem misit dominus populo suo. In viaticū peregrinationis. Io. 6. Ego sum panis viuus, q de cęlo descēdi. In pręmium retributionis. Gene. 15. Ego protector tuus sum et merces tua magna nimis. Psal. Cum dederit dilectis suis somnū; ecce hęreditas domini, filij merces fructus ventris. vnde bene dicit. Dabo illi stellam matutinam. i. me ipsum. Item stella matutina dicitur fides Christi. Stella, quia illuminat mentem. vnde Augustinus. Fides est lux mentis. Matutina, propter obscuritatis admistionem. 1. Corin. 14. Videmus nunc per speculum in enigmate. Præterea stella matutina præcedit solem, & ipso apparente disparet ipsa. Sic fides præcedit visionem, qua veniente, euacuabitur fides. 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabi-
F tur, quod ex parte est. Sex radij huius stellę sunt sex articuli de humanitate Christi. Primus de incarnatione, Secūdus de passione, Tertius de descensu ad inferos & captiuorum liberatione, Quartus de resurrectiōe, Quintus de ascēsione, Sextus de aduentu ad iudicium. Et de hac stella proprie dicitur. Matth. 2. Vidimus stellam eius in oriēte, & venimus adorare dominum. Sequitur generalis exhortatio. Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Ea scilicet quæ prædicta sunt, & quæ sequunt. Et nota q̄ quidam libri semper habēt in exhortationibus, Qui habet aures audiendi, audiat. Sed libri correcti nunq̄ habent audiēdi in libro isto: in euangelico vero aliter habetur.

CAPVT. III.

ET angelo ecclesiæ Sardis, scribe, hæc dicit qui habet septem spiritus dei, & septem stellas. Scio opera tua, quia nomē habes quòd viuas & mortuus es. Esto vigilās, & cōfirma cæ-
G *tera quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena coram deo meo. In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris: & serua, & pœnitentiam age. Si ergo nō vigilaueris: veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Sed habès pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomē eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.* Infra. 16. a 1. thes. 5. a 2. Pet. 3. c

HOc est tertium capitulum, quod diuidit in tres partes: In prima, scribit Ioan. Sardis. In secunda episcopo Phil. In tertia episcopo Laoditiæ. Scribit ergo episcopo Sardis hoc modo, & hoc or-
H dine. Primo increpat seu arguit eum de hypocrisi, et simulatione, Erat. n. hypocrita, & aliud a Deo, aliud a populo iudicabatur. Postea monet eum ad pœnitentiam: alioquin comminatur eidem, quia veniet tanq̄ fur, hora qua nescietur. Deinde ne crederentur omnes subditi eius mali, dicit aliquos, sed paucos esse bonos in diocesi eius: in quo etiam reprehenditur ipse de negligentia circa subditos eius. Ad vltimum innocentibus præmium pollicetur. Dicit ergo. *Et angelo ecclesiæ Sardis scribe*, sicut alijs quatuor prędictis. *Hæc dicit* idest mandat. *Qui habet septem spiritus Dei*, idest a quo est omnis vita spiritualis. Et hoc dicit, quia ille episcopus nil habebat vitæ spiritualis cum esset hypocrita. *Et septē stellas* idest a quo est omnis illuminatio cęlestis, qua similiter iste episcopus carebat. Intus. n. erat plenus tenebris, licet exterius lucidus appareret more hypocritarum. Matth. 23. Væ vobis scribę & Pharisęi hypocrytę, qui similes estis sepulchris dealbatis: quæ foris apparēt hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia:

sic & vos foris paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Et nota ordinem verborum. Hic prius dicit. *Qui habet septem spiritus.* Deinde, *Qui habet septē stellas.* Quia prius est viuere, q̃ lucere. Vnde Io.1. ꝓprie dicitur de Christo. Et vita erat lux hominum, & postea dicitur. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Et de Ioanne baptista dicitur Io.5. Erat lucerna ardēs, & lucens. Iste ep̄s lucebat, sed nō ardebat: nec viuebat: vñ erat sicut corpus sine spiritu. Ioannes memorat dñm habere septem spiritus Dei.i. oēm spiritum. Vñ bene sciret, si iste haberet aliquem. vñ Bernar. Lucere tantū, vanum est: ardere tantū parum est: ardere et lucere perfectū est. Item hæc dicit, qui habet septē spiritus Dei.i. septē dona spiritus sancti, et septē stellas: idest, septē virtutes, quibus oībus iste carebat, licet exterius videretur habere. *Scio opera tua.* i. cognosco qualia sint interius: & quid intēdas, & quæras in ea. s. humanā laudem. vnde sequitur. *Quia nomen habes, quod viuas* vita gratiæ. q.d. Scio quod a vulgo crederis esse bonus: & viuus ĩ grã: & mortuus es per peccatū. De qua morte dicit Sap.1. Deus mortē non fecit.i. peccatū, quod est causa mortis. vñ Gen. 2. Quacūq; hora comederis morte morieris.i. duplici morte eritis obnoxĳ. s. morti culpæ, & per eā, morti naturę. Iste igit ep̄s, sicut & multi alĳ, habebat nomē, sed non rē. Multi dicuntur christiani, et nō sunt christiani, sed antichristiani. De quibus Bernar. Serui Christi sunt, sed seruiunt antichristo. 1. Io. 2. Filioli mei, nouissima hora est, sicut audistis, qa antichristus venit: & antichristi multi sunt. Itē multi dicūtur magistri, & dñi, & non sunt, ꝑfacientes contra illud ꝓceptum dñi, Exo. 20. Nō accipies nomē Dei tui in vanum. i. Christi, qui est dñs & magister, vt dicitur Io.13. Vos vocatis me magister & dñe, & bene dicitis: sum etenim. Nomē igitur magistri Dei sui in vanū accipit, qui vocatur magister, aut dñs, & non facit officiū magistri, & dñi. Magistri, est docere veritatē. Dñi, est facere iustitiā, regere, & defendere bonos, & punire malos. Itē multi dicuntur ep̄i, & nō sunt, sicut Idola nō sunt Dĳ, sed dicūtur. vñ Sap. 13. dicitur de talibus. Infelices sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellāt deos opera manuū hominū, & nō Dei. Quia hoīes, tales episcopos faciunt, & non Deus. Osee.8. Ep̄i regnauerunt, & nō ex me: principes extiterūt, & non cognoui. Sed dicitur Sap.13. Quod fit, Idolum maledictum est: & ipsum, & qui fecit illud. Et cū esset fragile, Deus cognominatus est. Etenim qui factus est cū illo, & qui fecit, tormēta patientur. Psal. Confundantur oēs qui adorāt sculptilia, & qui gloriantʼ in simulachris suis. De hoc etiā dicitʼ Sap. 14. Hæc fuit vitæ humanæ deceptio, qm̄ aut affectui, aut regibus deseruientes hoīes, incōmunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerūt.i. duris & frigidis, & oīno ignaris dederunt nomē episcopi. De hoc dicitur Baruc. Nunc autē videbitis ĩ Babilonia deos argēteos, & aureos, et lapideos, & ligneos in humeris portari obtestātes metum gentibus. Videte ergo, ne & vos similes efficiamini, factis alienis, & metuatis: & metus vos capiat ipsos. Et infra, coronas certe habent aureas super capita sua Dĳ eorū. s. Babiloniorum. Vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurū & argentū: & erogant illos in semetipsos, & infra, sceptrū habēt vt homo sicut iudex regionis, qui in se peccantē non interficiunt. Habent in se gladiū & securim.i. spiritualē & tēporalē iurisdictionem. Se autē a bello et a latronibus non liberāt. Vñ vobis notū sit, ꝙ non sunt dĳ, nō ergo veneremini eos. In hoc autem videtur male consulere Baruch, qui durante tēpore positionis, honorādi sunt vt ep̄i, licet mali sint. Sed qñ dicetur, cedat tēpus, tunc manifestū erit, ꝙ nunq̃ fuerunt ep̄i, nec digni aliquo honore, sed propter positionē honorabātur: quia durāte positione, concedendū est positū, & consequens exposito sicut dicit in alia facultate. Sequitur. *Esto vigilans.* Ecce admonitio ad pęnitentiā. Esto inquit vigilās idest solicitus de tua & tuorū salute prælatus. Debet autē vigilare quatuor de causis: primo quia custos est ciuitatis in medio inimicorū. Secūdo quia custos est gregis in medio luporū. Tertio quia custos est infirmorū. Quarto qa custos est thesaurorū in medio furū. Ciuitas cuius est custos ꝓlatus, est ecclesia sibi cōmissa. vñ Eze.3. Fili hois spe-
A culatorem dedi te domui Israel. Cāt.1. Posuerūt me custodem in vineis.i. in ecclesiis. Isa.62. Sup muros tuos Ierusalē cōstitui custodes, tota die & tota nocte, in perpetuū nō tacebunt. Hæc ciuitas est obsessa, a rege magno.i. a Diabolo, & circūdata vndiq; inimicis. Ex vna pte pugnāt hæretici. Ex alia tyranni. Ex alia mali Christiani. Eccl.9. Est ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit rex magnus & vallauit eā: & extruxit munitiones per girum: & perfecta est obsidio. Luc.19. Dicit dñs ad Ierusalē, Veniēt dies in te, & circūdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndiq;: & ad terram prosternent te: & filios tuos, qui in te sunt. Itē grex est populus ꝓlato cōmissus in medio luporū.i. hęreticorū, & tyrānorū, & falsorū christianorum, cōstitutus. De quo Iere.13. Plorās plorabis, & deducet oculus meꝰ lachrimas: quia captus est grex dñi. Itē Iere. 50. Grex perditus factus est populus meus: pastores eorū seduxerunt eos, fecerūtq; vagari in montibus. Ideo dicitur. Eze.34. Ecce ego ipse sup pastores requirā gregem meū, de manu eorū: et cessare eos
B faciā, vt vltra non pascant gregē meū, nec pascant amplius Luc.2. Pastores erāt in regione eadē vigilantes & custodiētes vigilias noctis super gregē suum. Multi sunt lupi, qui q̃runt deuorare gregē, vel aliquem de grege. vñ.1.Pe.5. Fratres sobrĳ estote, et vigilate, quia aduersarius vester Diabolus &c. Itē infirmi, quorū custos est ꝓlatus, sunt oēs subditi sui qui ex se inualidi sunt, nō potentes aliquid boni facere, vel malo resistere per se. vñ oēs dicūt in psal. Infirmata est in paupertate virtus mea. Ideo oportet ꝓlatos vigilare, & solicitos esse de cura eorū, ne forte ex negligentia, vel defectu medici moriantur. Sed heu, dicitur Isa.61. Oēs bestiæ agri, venite ad deuorandū vniuersę bestiæ saltus. Speculatores eius cęci oēs, nescierunt vniuersi, canes muti nō valētes latrare: videntes vana, dormientes & amantes somnia. Matth.13. Simile est regnū cęlorum hoī, qui seminauit bonum semen in agro suo: cū autē dormirent hoīes, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici: itē custodes thesaurorū sunt prælati, qui thesauri sunt animæ
C sibi cōmissę. De quo Matt.13. Simile est regnū cęlorum thesauro abscōdito in agro. Itē.2.Cor.4. Habemus thesaurum ĩ vasis fictilibus. Cū isti igitur multi insidientʼ isti thesauro manifestū est, ꝙ necesse habēt vigilare custodes. vñ. Matt. 13. vigilate, nescitis.n. qñ dñs domus veniat, sero, an media nocte, an galli cātu, an mane: ne cū venerit repēte, inueniat vos dormientes, quod autē vobis dico, oībus dico, vigilate.

Et innuūtur hic quatuor vigilię ĩ quibus oībus debēt vigilare ꝓlati. Prima est circa carnē, De qua Eccl.31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, &c. Secūda contra Diabolū. De qua.1.Pe.5. Sobrĳ estote & vigilate, qa aduersarius vester Diabolus etc. Tertia cōtra hęreticos. De qua Eccl.38. Cor suū dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarū. Quarta ad mūdandū cor suū. De quibꝰ Eccl.38. Cor suū dabit vt cōsumet linitionē, & vigilia sua mūdabit fornacē. Facit autē vigilia quatuor bona. Primo destruit luxuriam & humiliat carnis petulantiā. vñ Eccl.31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illiꝰ, auferet som-
D num. Secūdo euacuat cor spiritu supbię. Treñ.2. Cōsurge in nocte, & lauda ĩ principio vigiliarū, & effunde cor tuū, vt nil remaneat de spiritu superbię. Et qđ dicit in principio vigiliarū, potest intelligi, in prima vigilia. Distinguuntur autē quatuor vigiliæ noctis ad literā, sm̄ castrorū excubias. Et dicitur prima conticiniū. Secūda intēpestum. 3. Gallicinium. 4. Antelucanū. Prima deputatur pueris. Secūda adolescētibus. 3. iuuenibus. 4. senibus. Mistice autē quatuor istę vigilię noctis sunt quatuor ętates tēporis: pueritia, adolescentia, iuuētus, Senectus. Et ideo dicit in principio vigiliarum. Quia bonū est viro cū portauerit iugū dñi ab adolescētia sua. Treñ.3. Melius est si ĩ pueritia. Itē prima vigilia est cōtēptus mūdi. Secūda mortificatio carnis. Tertia exercitiū virtutis. Quarta desideriū cęlestis patrię. In hac quarta vigilia venit Iesus ad discipulos suos in naui. Mat.14. Itē primo vigilat hō, cū peccata sua recognoscit. Secundo, qñ cognita corrigit. Tertio cum ad bona agenda se conuertit. Quarto, qñ bona quæ habet perseuerando custodit. De ħs dicitur. Mat.13. Vigilate, nescitis.n. quando dñs veniet, &c.

Item tertia vigilia facit volare in cęlū. Psal. Vigilaui,& fa- E
ctus sum sicut passer solitarius in tecto. Quarta liberat a tē
tatione. Matt. 26. Vigilate & orate, vt non intretis in tenta-
tionē. Sequitur. *Et confirma cætera, quæ moritura erāt.* Glo. Ideo
vigila, quia licet sis mēte immotus, nō es perfectus, si cæ-
teros non excitas. vñ Prouer. 6. Si spoponderis pro amico
tuo, defixisti apud extraneū manū tuā, illaqueatus es ver-
bo oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo q̄ dico
tibi fili mi: & temetipsum libera, discurre, festina, suscita
amicum tuum. i. subditū tuū. Et hoc est q̄d dicitur hic, cō
firma verbo, exēplo, in fide, in honoribus. Luc. 22. Et tu ali
quando cōuersus, cōfirma fratres tuos. Cętera membra. i.
alios, quæ moritura erant spiritualiter per negligentiā tuā.
Multi hodie moriuntur & pereunt per negligentiam præ-
latorū, & non curāt. Isa. 57. Perit iustus & nō est qui reco-
gitet. Bernar. cadit asina, et est qui subleuet, peribit anima,
& nō est qui curet. Vel sic. *Esto vigilans.* i. solicitus de salute
tua, & confirma in te per vigilantiā solicitudinis, *Cætera bo-
na,* Quæ moritura erant, si remaneres in eodē statu. In isto F
episcopo iā mortua erant multa bona. Sed adhuc habebat
aliqua bona, quæ erant ad minus corā hominibus, licet nō
corā Deo, & ista mortua erāt si non corrigerent in se. Ideo
dicit *Confirma cætera.* i. bona, q̄ habes, quę moritura erāt, &
non dum mortua, vt per ea possis redire ad priora bona.
Greg. Interim fac boni quicq̄d potes, vt Deus illustret cor
tuum ad pęnitentiā & necesse est ita facere. Non. n. inuenio
opera tua plena. Quia sine charitate, quæ est plenitudo ope
rum. Ro. 13. Plenitudo legis est &c. Itē plena merito, quia
multa omittebat, quæ decebat facere. Itē plena tempore.
Quia tēpore quo debebat, non dicebat horas suas, neq̄ oī
tēpore quo debebat p̄dicabat, nec cætera debita faciebat.
Itē plena. i. consummata, quia imperfecta relinquebat. Inci
piebat. n. sed nō consummabat. Sic multi q̄dē multa bona
faciunt, sed statim q̄ñ insurgit parū aduersitatis frangūtur,
& deficiunt contra quos dicitur. Luc. 13. Hic homo cępit
ædificare, &c. 2. Thi. 4. Ministerium tuū imple. Item plena
bona intentione, ideo erant vacua retributione. Luc. sexto. G
Mensuram bonā & cōfertam, & coagulatā & supereffluē-
tem dabit in sinū suum. Eadē quippe mēsura qua mēsi fue
ritis &c. Sed quia corā hominibus videbātur opera sua bo
na & plena, ideo addit. *Coram Deo meo,* qui videt intus. 1.
Reg. 16. Hoīes vident ea, quæ foris apparēt, Deus autē cor
intuetur. Nec remanet Deus cū illis, quorū opera non sunt
plena. Ecclesi. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea.
Psal. Dies pleni inuenientur ī eis. Sap̄. 1. Spes illorū immor-
talitate plena est quia opera eorū charitate fuerūt plena. 2.
Pe. 1. Hæc si vobiscum assint, & superēt, non vacuos nec si-
ne fructu vos cōstituēt in dñi nostri Iesu Christi cognitio-
ne. Sit ergo cor tuū plenum charitate, os veritate, opus hu-
militate, oculus castitate, pes grauitate, manus auctoritate
& tunc implebis illud mandatū domini. Nō apparebis va
cuus ante conspectū dñi. Exo. 23. In mente ergo habe qua-
liter acceperis a Deo fidē & gratiam: & audieris a Deo in-
terius, a discipulis exterius documēta salutis. *Et serua* idest
opere cōple, quia non auditores legis iusti sunt apud Deū, H
sed factores legis iustificabūtur. Ro. 2. Ideo dicitur. Iaco. 1.
Estote factores verbi & nō auditores tantū &c. Matth. 19.
Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Luc. 11. Beati qui au-
diunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et pęnitentiam age
de omissis, & de cōmissis. Habe ergo in mente qualiter ac-
ceperis a Deo per infusionē, & audieris a nobis per p̄dica-
tionem: & serua vtrūq̄ per orationē: & pœnitentiā age de
malis p̄teritis per satisfactionem. Si ergo nō vigilaueris. i. si
de istis solicitus nō fueris, veniā ad te iudicādo. *Tanquā fur,*
qui venit ad spoliandum & occidendū, et subito, q̄ñ minus
cauent sibi hoīes, & lumine extincto: & ex hīs potest caue-
ri, q̄ appropinquat dies iudicij, quia nunq̄ pęnis cauerunt
sibi homines: a principio ecclesiæ quem modo: vbiq̄ enim
intrant fures & latrones in ecclesiam: & fere omnes spoliāt
& occidunt. Osee. 7. Fur ingressus est, spolians latrunculos
foris. 2. Thess. 5. Cum dixerint pax & securitas, tunc repē-
tinus eis superueniet interitus: & hora qua nescis, veniā ad
te ad iudicandum in morte. Matt. 25. Si sciret paterfamilias

qua hora fur veniret &c. Et ideo vos estote parati, q̄a quā
hora non putatis filius hominis veniet. Glo. Greg. Vltimā
horam dñs idcirco voluit esse incognitā, vt semper possit
esse suspecta, & quia illam præuidere nō possumus, ad illā
sine intermissione p̄paremur. *Sed habes pauca nomina.* i. pau-
cos viros, dignos noīe. Exo. 33. Noui te ex noīe. Luc. 10. No-
mina vestra scripta &c. Eccl. 44. Corpora sanctorū in pace
sepulta sunt: & noīa eorum viuent &c. In Sardis, vbi debe-
rent esse multi, quia tecū sunt. Qui non inquinauerunt ma-
cula criminali. *Vestimenta sua.* i. corpora sua: vel si fecerunt,
postea factas maculas lachrimis deleuerūt: et ita, quasi nō
inquinata reputātur. i. Beatus qui vigilat, & custodit vesti
menta sua: ne nudus ambulet. Itē vestimenta dicuntur ope
ra virtutum vel ipse virtutes, quibus aīa vestitur: quæ ve-
stimēta inquinant, qui mortale peccatū cōmittunt. Eccl. 9.
Omni tēpore vestimēta tua sint cādida: & oleum de capi-
te tuo nō deficiat. i. charitas de corde. *Et ambulabunt* de vir-
tute in virtutem proficiendo. *Mecum,* qui sum dux & so-
cius eorū. Isa. 33. Dñs iudex noster, dominus legifer noster,
In albis idest in corporibus castis, in operibus bonis, in con-
silijs puris. Quia digni sunt societate & ducatu, modo et p̄-
fectu virtutum, vel sic. *Et ambulabunt* de terra in cęlis de mi
seria ad gloriam, de exilio ad patriā, de paupertate ad di-
uitias, de labore ad requiem, de morte ad vitam. *Mecum.* i.
sicut ego qui sic ambulaui. Lucæ vltimo. O stulti & tardi
corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophe-
tæ: Nōne oportuit sic Christum pati: & ita intrare ī gloriā
suam? *In albis* idest in corporibus glorificatis. Et corpori-
bus purificatis ab omni imperfectione malitiæ, & ignorā-
tiæ. *Quia digni sunt* mea præsentia, & tali gloria. Sap̄. 6. Qui
vigilauerit propter illam. s. sapientiā: cito erit securus, quo-
niam dignos se ipsa circuit quęrens: & in vijs suis ostendit
se illis hilariter. Nota q̄ virgines hic cōmendant̄ in mul-
tis. Primo quia sunt in cęlo nominatę. Quod notatur cū di-
cit *Pauca nomina.* Prouerb. 10. Memoria iusti cum laudibus,
nomen īpiorū putrescet. Scd̄m q̄ p̄ alijs pulchrę. Quod no
tatur cū dicit̄. In Sardis, quod interpretat̄ principatus pul-
chritudinis. Sap̄. 4. O q̄ pulchra est casta generō cū clarita-
te. Tertiū est incorruptiōis integritas. Quod notat̄ cū dicit̄.
Non inquinauerunt vestimenta sua. Infra. 14. Ii sunt, qui cum mu-
lieribus nō sunt coinquinati &c. Quartū est p̄fectus virtu-
tū, quod notat̄ ibi. *Ambulabūt.* Eze. 1. Vnūquodq̄ ante faciē
suā ambulabat. Quintū est familiaritas Dei. Q̄d notat̄ ibi.
Mecū. Infra. 14. Virgines. n. sunt et sequunt̄ agnū quocunq̄
ierit. Sextū conscientię puritas. Q̄d notat̄ ibi. *In albis.* Cāt. 4.
Tota pulchra es amica mea, & macula nō est ī te. Septimū
est dignitas honoris. Q̄d notat̄ ibi, quia digni sunt. p̄s. Ele-
git dñs *Sion.* i. virgines. Siō interpretat̄ speculū: & virgines
sunt speculū ecclesię, ī quibus cōspiciēdo, possumus videre
maculas defectuū nostrorū. vñ in lege sacerdotes oblaturi,
cū volebant lauare se, videbāt maculas. s. in speculis mulie-
rum. Deberēt. n. magistri & p̄lati cōfundi valde cū videāt
tenellas puellas multa pati pro Chr̄o, et pati nil possūt aut
volūt pro ipso. Grego. Quid dicturi sumus nos barbati, cū
teneras puellas videamus per ferrū currere ad cęlū, & nos
nil faciamus? Itē specula oēs formas rerum ante se positas
de facili recipiūt & puellę, q̄cunq̄ pęnitētia, seu religio eis
imponatur de facili suscipiunt ad modū plantationis, quæ
huc & illuc de facili inclinatur. vñ Psal. Filij tui sicut nouel-
le plantarū in iuuentute. Et sicut plātatio formā, quā rece-
pit in principio semper retinet, sic et puellę. Pro. 22. Adole-
scens iuxta viā suam etiā cū senuerit, non recedet ab ea. Itē
speculū cito frāgitur nec postea pōt reparari, sic & puellæ.
vnde Hiero. Confidenter loquor, cum Deus omnia possit,
non potest de corrupta facere virginē. Sequitur. *Qui vicerit*
carnem, & Diabolū. s. paupertate, castitate & humilitate.
Sic vestietur vt dictum est vestimentis albis. s. stola corporis.
Nota de stola aīę & corporis. Contexitur autē stola animę
ex tribus filis. s. visione immediata, dilectione cōsummata
appræhensione secura. Stola corpis ex quatuor. s. claritate,
agilitate, subtilitate, impassibilitate. Et hęc sunt septē stellę
de q̄bus supra dictū est. *Hæc dicit qui tenet septē stellas in dextera sua*
& non delebo nomen eius de libro vitæ. In quo dupliciter
iusti

iusti sunt scripti. Vnomodo per prȩscientiā, alio modo per præsentem iustitiam. Secūdum primum modū, nullus pōt deleri, nec de nouo scribi. Secundum aliū modū, & de nouo scribi pōt, & de nouo deleri. De iustitia iudicat Deus, et de præscientia, quia iustitia nō præscientiæ causa est, quare aliquis apud Deum dignus sit vita, vt tunc sm̄ iustitiam iudicis deleri videatur cū peccat: cū tñ iuxta p̄scientiam in libro nunq̄ fuerit, & tunc aliquis videtur ascribi, cum malus esse desinit, qui tñ sm̄ præscientiam nunq̄ defuit. Psal. Deleantur de libro viuētiū. Glo. Liber vitæ est notitia Dei, qua prædestinauit ad vitā quos præsciuit conformes fieri imagini filij sui. Non sic ergo accipiendum est tanq̄ in hoc libro scribat Deus quē postea deleat. Sed sic accipiēdū est. De libro viuētium deleantur sm̄ spem illorū, qui ascriptos se putant. i. constet in illis, nō illos ibi esse scriptos. Infra. 20. Alius liber apertus est, qui est liber vitæ. Ibi glo. Quia tunc aperte scient mali se nō p̄destinatos ad vitam, quā in mūdo existentes sibi promittebant. Exo. 32. qui peccauerit in me: delebo nomen eius de libro vitæ. Adhuc est quadruplex liber. Primus est liber gloriæ, secundus liber gratiæ, tertius liber naturæ, quartus liber scripturȩ. Primus est ipse Deus, cuius apertio facit respicientē siue legētem beatum: & est liber ipse, sui ipsius doctor. vñ Augu. Habemus vnum doctorē in cœlis, quem semel videre totum didicisse est. De hoc libro dicitur. Luc. 10. Gaudete & exultate quia nomina vestra scripta sunt cȩlis. Hic liber dicitur etiā liber vitæ, quia oēs viui, & nullus mortuus inscriptus est. Psal. Et in libro tuo oēs scribentur. Liber gratiȩ est ipse Christus, de quo. Isa. 8. Sume tibi librū grandem, & scribe in eo stilo hominis. Liber grādis fuit Christus ante incarnationē sed factus est paruus per carnis assumptionē. vnde Isa. 10. Consummationem & abbreuiationem dñs Deus exercituum faciet in medio omnis terræ: primo fuit scriptus liber iste stilo angeli, quia tunc solis angelis legibilis erat. Sed postea scriptus fuit stilo hoīs, quia factus fuit hoī legibilis, homo. Io. 1. Verbū caro factum est. Beatus est, qui studet in libro isto. vnde Ber. Beatus es dñe Iesu, qui te hominē inter homines conuersantē obseruans, pro viribus se p̄bet imitatorem tui. Quatuor aūt specialiter debemus legere ī hoc libro. Humilitatē videlicet, māsuetudinē, charitatē, et veritatem. De duobus primis dicit̄. Matt. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. De tertio. Io. 14. In hoc cognoscent oēs, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. De quarto dicitur. Io. 18. Ego ad hoc veni vt testimonium perhibeā veritati. Prima lectio tres versus continet, quia tres gradus humilitas habet, vt dicit Rabanus. Primus est subdere se maiori, & nō præferre æquali. Secundus est subdere se pari, & nō præferre minori. Tertius est se minori, & nulli, se præferre. Primus est necessarius. Secundus abūdans. Tertius superabundans. Et hūc habuit Christus, & debēt habere p̄lati. vnde Mat. 3. Sic decet nos implere oēm iustitiam. Glo. i. Oēm gradum humilitatis: & cū soleat Christus de se loqui singulariter, nūc dicit nos, quia vult ad hoc teneri p̄latos. Item secūda lectio habet tres versus, q̄a tres sunt partes māsuetudinis. Prima circa rerū iniurias, secunda circa corporū molestias, Tertia circa verborū cōtumelias. Has tres habuit Christus, quia fuit vestibus spoliatus, corpore flagellatus, verbis cōuitiatus, & omnia substinuit patienter. Itē tertia lectio habuit tres versus. Prima est, ordinata dilectio Dei, secūda ordinata dilectio tui, tertia ordinata dilectio proximi. Item quarta lectio tres versus continet. Primus est veritas vitȩ. Secūdus est, veritas iustitiæ. Tertius, veritas doctrinæ. De qua triplici veritate dicitur. Io. 15. Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos oēm veritatem. Liber naturæ mundus est, ī quo sunt tot literæ, quot naturȩ aliās creaturȩ. Hic liber docet nos, & docere non cessat qualis sit creator eius, & quales nos esse debeamus. Sua magnitudine docet nos potentiā patris: sua pulchritudine docet nos sapientiā filij. Sua cōicatione docet nos bonitatē spiritus sancti. Sua vnitate monstrat vnitatē factoris & sic docet liber iste scriptorem suum esse trinū et vnum. vnde Sap. 13. A magnitudine

A speciei & creaturæ poterat creator eorū cognoscibiliter videri. Ro. 1. Inuisibilia Dei, per ea quȩ facta sunt a creatura mundi, intellecta cōspiciūtur. Præterea, cū quælibet creatura creatori suo seruiat incessanter & gratis: & nos propter ipsum docet, quales nos debemus esse: vnde Augusti. Mirum est qūo omnis homo Deum nō semper laudat, qm̄ omnis creatura ad eū laudandum semp inuitat. Quartus liber scripturæ. De quo Ezec. 2. Vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expādit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scripta erant in eo lamentationes, & carmen & vȩ. In manu liber mittitur, qui ad faciendū auditur. Inuolutus dicitur esse propter obscuritatem. Foris scriptus propter historiā, intus propter specialem intelligentiā: in eo scriptȩ sunt lamētationes pȩnitētium. Carmen innocentiū, vȩ desperantium. Vel lamentationes mundi, carmen cȩli, vȩ inferni. Iste liber docet quinque. s. quid credēdum, quid faciendū, quid fugiendū, quid timendum, quid appetendū. Quid credendum, articuli
B & sacramenta. Quid timendum, purgatorius & infernus. Quid appetendū, regnum Dei & iustitia eius. vnde Matth. Primum querite regnū Dei & iustitiā eius &c. Quintus liber est liber cōsciētiȩ, in quo debet quilibet legere multa. Primo vbi, & qualis fuit homo cōditus. Secundo vbi, & vnde, & quare eiectus. Tertio qualiter & qn̄ abiectus. Quarto a quo & qūo redemptus. Quinto a quo & qualiter iudicandus. Sexto quanta sit pȩna reproborū. Septimo, quanta sit gloria bonorū, & iste est liber, & hȩ sunt literæ, de quibus dicitur Isaiȩ. 29. Erit vobis visio omnium quasi verba libri signati, quæ cū dederis sciēti literas dicet, lege istum, & respondebit, non possum. Signatus est. n. & dabitur liber nescienti literas, diceturq; ei. Lege, & respondebit, Nescio literas. Sequitur. *Et confitebor nomen eius.* idest recognoscam nomen eius quasi filiū & amicum fidelem. Coram patre meo, & corā angelis eius in iudicio. Quando dicet. Esuriui & dedisti mihi mādu care &c. Filij benedicti venite, &c. Matt. 10. Qui me confessus fuerit corā homini-
C bus, confitebor & ego eū corā patre meo. Qui habet aures audiendi ad intelligēdū, audiat ad faciēdum, & est hic finis huius epistolæ particularis, quæ in fine cuiuslibet epistolæ particularis ponitur, vt per hoc excitetur attentio auditorum. *Quid spiritus dicat ecclesiis.* Quia quod isti ecclesiæ dicit, hoc omnibus dicit. Sequitur.

Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit & nemo claudit: claudit et nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertū, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomē meum. Ecce dabo de synagoga sathanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos: & scient quòd ego dilexi te, quoniam seruasti verbum patiē-
D *tiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbē vniuersum tentare habitantes in terra. Ecce venio cito: tȩne quod habes, vt nemo accipiat coronā tuā. Qui vicerit: faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius: & scribam super eū nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalē, quæ descendit de cœlo a Deo meo, & nomen meū nouum. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.*

Esa. 22. e
Iob. 12. b

Hȩc est secūda pars capituli, & sexta epistola, ī qua scribit. Io. epō Philadelphiȩ, quē in multis cōmendat, et maxime q̄ laborat ad cōuersionē infidelium ad fidē, quā multū desiderabat. Et diuidit̄ hȩc epistola in quatuor partes. Primo describitur dñs, cuius imperio scribit Ioānes ipsi epō. Secundo inducitur ipse dñs loquens, & permittens auxilium ipsi episcopo ad conuersionem fideliū faciendam, in quo confortat̄ episcopus ad perseuerādū, ibi. *Scio opera tua.*

Tertio

Tertio prædicitur tentatio futura, ad quam sustinendam exhortatur dñs, istum episcopum, promittēs auxilium vt non deficiat. Quarto poniť generalis exhortatio, duo cōtinens. Vnum quod excitat affectū. Ibi. *Qui vicerit ergo*. Et angelo philadelphiæ ecclesiæ scribe, sicut cæteris. *Hæc* quę sequuntur *Dicit* idest mandat. *Sanctus & verus*, Sanctus in donis gratiæ. Verus in donis glorię, vel sanctus per misericordiam. Verus propter iustitiam, vel sanctus in vita, Verus in lingua, vel sanctus roborando tentatos, seu tribulatos, verus, promissa seruando. q. d. Ioānes. Labora fideliter, ad conuersionem fratrum, sicut cepisti. Quia dominus dabit robur & fortitudinem ad sustinēdum, quia sanctus est, & reddet p̄mia quæ promisit, quia verus est. *Qui habet clauem Dauid*, idest vigorem & fortitudinem, qua velut claues aperiat aures hominum peccatorum, ad audiendum verbum fidei, & corda ad credendum. Qua etiam aperiat & claudat, quibus & qn̄ voluerit, illas duas maximas ciuitates infernum. s. & paradisum, quo claudente nemo potest aperire, quo aperiente, nemo possit claudere. vnde subdit *Qui aperit* aures hominum ad audiendum, & corda ad credendum, & scripturas ad intelligendum, & paradisum ad introeundum. *Et nemo claudit*. Hoc dicit, quia multi hęretici ibi episcopo resistebant, volentes impedire conuersionē peccatorum. Sed non poterant claudere aures eorum, nec corda, quin crederent, nec scripturas quin intelligerēt, nec paradisum quin intrarēt *Et nemo aperit* ipso claudēte. *Claudit* impartiendo gratiam, ad audiendum, ad credēdum, ad intelligendum, ad intrandum in paradisum. Exo. 33. Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Ro. 9. Deus cuius vult miseretur, & quē vult indurat. Deutero. 32. Dñs pauperem facit & ditat, humiliat et subleuat. Ioan. 12. Propterea non potuerant credere, quia dixit Isa. Excęcauit dominus oculos eorum, & indurauit cor eorū, vt non videant oculis, & non intelligāt corde. *Claudit* autem aliqn̄ dominus scripturas, vt studēdo quęramus. Aperit vt inueniamus, vt sic studentes fructus laboris accipiamus, & aperiens, gratias & laudes suæ largitatis habeat. Et hoc facit vt nemo de suo confidat ingenio, vel de sua scientia glorietur. Quia omnis sciētia a domino Deo est. Eccl. 1. prime Corin. 4. Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti quid gloriaria, quasi non acceperis? Item *Clauis Dauid* est crux domini, qua paradisum & infernū aperiūt. Infernum vt inde extraheret captiuos. Zac. 9. Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, paradisum, vt introduceret liberatos. vnde Isa. 22. Dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet & non erit, qui aperiat. Ista clauis dicitur nauis. Sap̄. 14. Transeuntes mare per ratem liberati sunt. Item dicitur principatus. Isa. 9. Factus est principatus super humerū eius: vocabitur nomen eius admirabilis in conceptione, consiliarius in p̄dicatione, Deus in peccatorum remissione, & miraculorum operatione, Fortis in passione & dęmonū deiectione. Pater futuri seculi in resurrectione, & princeps pacis in ascēsione, & sancti spiritus missione. Itē dicitur baculus. Geñ. 32. In baculo meo transiui iordanem istum, idest mūdum, & nunc cum duabus turmis ingrediar. s. angelorum & hominum, qui cū eo ascenderunt. Psal. Virga tua, & baculus tuus &c. Item. 1. Reg. 17. Dixit Golias ad Dauid. Nunquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo. Item dicitur cathedra. 2. Regum. 22. Dauid sedens in cathedra sapientissimus inter tres. Quia duo fuerunt latrones, & ipse tertius inter eos. In illa cathedra sedit, non stetit, nō iacuit. Sedit, quia natura inferior patiebatur, & natura superior manebat illęsa. Vnde in persona Moysi dicitur de ipso, q̄ stetit in confractione in conspectu Dei, quia confracta humanitate stetit diuinitas. Inde docuit vt magister sex verba quasi sex documenta emittens. Primū fuit Sitio, Secundum Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Tertium Eli Eli &c. Quartū Mulier ecce filius tuus &c. Quintum Pater in manus tuas. Sextum Consummatū est. Primo verbo docuit veritatem, charitatem, quæ sitit omniū

E salutem. Secundo largitatem, quæ petitionem pauperū exaudit, & plus dat q̄ petatur. Tertio humilitatem, quæ se derelictam ostendit. Quarto pietatem q̄ parētes honorat. Quinto sapiētiam, quæ sua in tuto collocat. Sexto p̄seuerantiam, quæ totū consummat. Sequitur. *Scio*, idest approbo *Opera tua* bona. Sed quia non ipse solus sed Deus cum eo, Vel vt melius dicam. Deus facit ea bona. Sicut dicitur. Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis dñe. ideo subdit, *Ecce dedi coram te ostium apertum*, idest aures hominum apertas ad audiendum verbum, & corda eorū aperta ad credendum. Item scripturas prius obscuras apertas tibi ad intelligendum. Item portam cęli apertam tibi, & illi, q̄ per te conuertuntur ad introeundum. *Quod nemo potest claudere* ex quo ego aperui illud tibi & tuis, & merito dedi. Quia p̄ te aperire non posses. Quia modicam habes virtutem. i. insufficientem, vel paucos auditores & multos contradictores, & aduersarios. Sicut dicit apostolus. 1. Cor. 16. Hostiū mihi apertum est magnum & euidens, et aduersarij multi, vel sic.

F Dedi coram te hostium apertum ad intrandum in scripturam in gloria, quod nemo potest claudere tibi *Quia modicam habes virtutem*, idest humilem non superbā quasi dicat. Merito humilitatis tuæ aperui tibi scripturā ad intelligendum, & gloriam ad intrandum & aures hominum ad audiendum a te verbum Dei, & corda ad credēdum. Hoc facit humilitas possessori suo. Vt. s. libenter audiatur, vt ei credatur, vt scripturam intelligat & vt gloriam habeat. De primo dicitur Matth. 17. Hic est filius meus dilectus, &c. Gregorius. Ille sermo libenter auditur, qui ex compassione profertur. De secunda & tertia. Matth. 18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cęlorū. i. in scripturā & gloriā. *Et seruasti verbū meum* in corde p̄ fidē in ore per cōfessionē: in manu per operōnem. In hoc probatur esse amicus. Io. 16. Qui habet mādata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Itē Io. 16. Vos amici mei estis si feceritis, quæ præcipio vobis. Ipse per hoc meruit seruari a Deo. Ecclesi. 15. Si volueris obseruare mandata mea, cō

G seruabunt te. *Et non negasti nomen meū* a quo diceris christianus, quasi dicat. Licet in angustijs & tribulationibus esses propter me, nō negasti te esse christianum. Mat. 10. Oīs qui confitebitur me coram hominibus confitebor & ego &c. Qui autem negauerit me corā hominibus, negabo, & ego eum coram patre meo. Ex hoc autem duo bona promittit ei dominus. s. conuersionem Iudæorum, qui eum persequebantur, & cōseruationem in tribulatione, quæ tunc erat, & quæ erit in tēpore antichristi. vnde dicit. *Ecce* quasi dicat. Talis es. *Ecce dabo tibi de synagoga sathanæ*, idest aliquos de aduersarijs tuis conuertam ad fidem tuā. *Qui dicunt se esse Iudæos* idest credentes & cōfitentes deum, *Et non sunt, sed mentiuntur*. Quia huius nominis rationem perdiderunt, quando dixerunt. Nō habemus regem nisi Cæsarem. Io. 19. Sic quilibet christianus nominis christiani rationē & causam amittit, qn̄ contra Christum facit. De quibus psal. Nomē eorum in æternum delesti & in seculum seculi. Prouer. 10. Memoria iusti cum laudibus, nomē impiorum putrescet. Modus au-

H tem dandi determinat Ioan. dicens. *Ecce faciam illos vt veniant*, ad fidem, & adorent ante pedes tuos sicut fratres Ioseph, q̄ primo persecuti fuerant eum, postea adorauerūt. Geñ. 50. Ita si ecclesia haberet humilitatem, & patientiam oēs inimici eius humiliati venirent ad eam. Hoc. n. promittit dominus per Isaiam. 60. Locum pedum meorum glorificabo idest ecclesiam & venient ad te curui filiorum eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem domini Sion sancti israel, pro eo quod fuisti derelicta a mundo supple, & odio habita, & substinuisti patienter, et humiliter supple. Prou. 15. Cum placuerint domino viæ hominis, inimicos eius conuertet ad pacem, & scient conuersi ad fidem, & cognoscentes veritatem, quia ego dilexi te, quandiu tribulari & affligi permisi. Heb. 12. Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Thob. 3. Hoc habet pro certo omnis qui colit te, quod vita eius si in probatione fuerit coronabitur, si autem in tribu-

lation e

latione fuerit liberabitur, & si in corruptione fuerit licebit
venire ad misericordiā tuā. *Quoniā seruasti verbum patientiæ meæ*,
idest præceptum de patientia seruanda, quā prædicaui, &
quā in me ostendi patienter sustinēs flagella, & contume-
lias orans pro illis. Luc. 23. Pater ignosce illis, quia nesciunt
quid faciunt. Isa. 53. Ipse peccata multorum tulit, idest poe
nam pro peccatis eorum, & pro transgressoribus orauit.
Et hoc idem præcepit discipulis suis. Mat. 5. Orate pro per-
sequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris ve-
stri, qui in cælis est. *Et ego te seruabo*, qui seruasti verbum ad
horam tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum.
Vel statim post mortē Neronis, Vel tempore Antichristi,
tentare habitātes in terra. Sed nunquid omnes succūbent?
Non, quidā. n. habitant in terra solo corpore, & in cælo ha-
bitant mente. In persona quorū dicit Apostolus. Phi. 3. Cō
uersatio nostra in cælis est. Tales non capient, quia in tuto
habitant. Vnde Pro. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pen-
natorum. Ibi glo. Facile euadit laqueos in terris, qui semp
habet oculos in cęlis. Talis fuit ille de quo dicit Augustin⁹.
Digne vertitur ad memoriam hosum, qui ad gaudia trāsit
angelorū, qm̄ in hac peregrinatione solo corpore constitu
tus, cogitatione, & auiditate in illa cælesti patria conuer-
satus est. Alij sunt, qui & mente, & corpore habitant in ter-
ra De quibus dicit Psal. Oculos suos declinauerūt in terrā.
Isti tales ferè oēs in tētatione succūbunt. Vnde Infra. 8. Væ,
væ, væ habitantibus in terra, ter dicit væ, propter tria, quæ
in mundo sunt, quæ ferè oēs capiunt. s. concupiscentia car-
nis, concupiscentia oculorū, & superbia vitæ, vt dicit̄. 1. Io.
2. Ideo dicitur Isa. 24. Formido, & fouea, & laqueus super
te, qui habitator es terrę, & erit, qui fugerit à facie formi-
dinis. i. auaritiæ, cadet in foueam luxuriæ. Et qui se expli-
cauerit à fouea, tenebitur laqueo ambitionis, aut vanęglo-
riæ, quia qui fugit auaritiam, sæpe cadit in luxuriā, & qui
fugit vtrunq;, sæpe capitur vanagloria, et ambitione. Vnde
dn̄s primo fuit tentatus de gula, postea de auaritia, & vlti-
mo de vanagloria. Mat. 4. *Ecce*. q. d. vere tentatio venit, sed
non oportet vos multum timere, quia habebitis adiutorē
fidelem. Quia ecce. i. in breui, & euidenti. *Venio ego* iuuare
pugnantes, liberare tētatos, coronare victores. Et quia pos
set quis causari morā, addit. *Cito*, immo semper est dn̄s cū
suis militibus, in campo. vnde Mat. vlti. Vobiscū sum om-
nibus diebus, vsq; ad consummationē seculi. Isa. 43. Cum
transieris per aquas tribulationis, tecū ero, & flumina non
operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, &
flamma non ardebit in te, quia ego dn̄s Deus sanctus Israel
saluator tuus. Sed tunc dicitur venire qn̄ liberat, vel qn̄ in
pugna confortat. Et interim. *Tene quod habes* fidem, spem ca-
ritatem, & alia bona. Vt nemo accipiat coronam tuam. i. ti
bi debitam pro patientia tua si perseueres. Nam soli perse-
ueranti datur corona. vnde. 2. Thi. 2. Non coronabitur nisi
qui legitime certauerit. i. perseuerauerit. Mat. 10, Qui perse-
uerauerit vsq; in finem saluus erit. 1. Cor. 9. Omnes qui in
stadio currūt, oēs quidē currunt, sed vnus accipit brauiū. s.
perseuerans. Sed de qua corona intelligitur hoc? de corona
gratiæ, non videtur posse intelligi. Quia multi amittūt gra
tiam, quibus nemo subrogatur, vt patet in dialogo, & mul
tis alijs. Item de corona gloriæ videtur non posse intelligi,
q; illam nemo potest amittere, quia ex quo habet, non po-
test amittere, nec antequam habeat. Nemo. n. amittit q; nō
habet. Nec dicit, quia non potest amittere, quia debebat ei,
Contra, Non debetur nisi perseueranti, ergo si iste non erat
perseueraturus, non debebat ei. Et ita nō poterat amittere
eam cum nec haberet, nec deberetur ei. Ad hoc dicimus
q; potest intelligi de corona gratiæ, secundum q; gratia or-
dinatur ad gloriam in gradu aliquo: verbi gratia. Iste si per
seuerasset, peruenturus erat ad aliquem gradum glorię. Po
test fieri, q; isto cadente alius accipiat gratiam ordinatam,
ad eundem gradum gloriæ, quo illę erat peruenturus, si
perseuerasset, & quia tu obicis. s. q; multi cadunt à gratia.
Non est verum, immo semper aliquid subrogatur illi, in
eadem gratia, secundum quòd est ordinata ad certum
gloriæ gradum, Vnde glo, Hic cum sit Deo certus nume-

A rus suorū, siquis labitur, alius misericordia eius subinduci-
tur, sicut per superbiam Iudæorum, subintrauit Gentili-
tas. Sed nunquid subintrasset Gentilitas, si non peccassent
Iudæi? Constat quòd sic. Quia Deus prouiderat ab ęter-
no gentes saluandas, verum est quòd saluarentur, sed non
subintrarent, loco eorum. Item potest dici quòd intelligi-
tur de corona gloriæ, vt sit sensus. *Tene quod habes, vt nemo acci-
piat coronam tuam*. i. ne aliquis incipiat sine te possidere glo-
riam tibi debitam si perseuerasses. Et quòd obijcitur sci-
licet, quòd corona gloriæ non debebatur isti, quia tantum
debetur perseuerantibus, dicimus, quòd debebat isti sub
conditione si perseuerasset. Et hic videtur innui in glosa, in
Iob. 34. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet
illos pro eis. Ibi glo. Hoc quotidie agitur, labuntur aliqui a
statu iusticiæ, & loco vitæ. Alij, alijs cadentibus sortiun-
tur, & ita glosa magis conuenit primæ solutioni. *Qui vice-
rit*: quòd sit sola perseuerantia virtutum. *Faciam illum co-
lumnam*. i. tectum altum, firmum, planum, *In templo Dei mei*.
B De quo Psal. Replebimur in bonis domus tuæ sanctum est
templum tuum mirabile in æquitate. Et foras non egredie
tur amplius, peccare non poterit de cætero, sicut Lucifer in
cęlis peccauit, & eiectus est. Isa. 14. Inde sancti de cęlo egre
di dicuntur. Isa. vlt. Egrediuntur, vt videant cadauera mor
tuorum virorum, qui præuaricati sunt. Sed egressus il-
le erit tantum spiritualis, non corporalis. Quia tantum
videndo egredientur, nisi tamen compatiendo, & scri-
bam super illum, scilicet meritum, & spem, & intellectū.
Nomen Dei mei, q; est, oṗs, vnde Exo. 15. Dn̄s quasi vir pu
gnator oṗs nomē eius. i. vt amplius nō possint ab hostibus
superari. *Et nomē ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem*. i. visionis pacis,
vbi nil vetustatis est, sed oīa noua, quæ de cælo descendunt.
Quia Deus gratiam infundit, per quam ad illam visionem
peruenitur. vnde Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne
donum perfectum desursum est, descendens a patre lumi-
num. Ideo orat ecclesia. Matth. 6. Adueniat regnum tuum.
A Deo meo, qui solus dat gratiam. vnde. 1. Thi. 6. Soli Deo
C honor, & gloria, & nomen meum nouum, quòd est Iesus.
Cuius virtute saluantur omnes qui credunt in eum. Act. 4.
Non est aliud nomen sub cælo datum hoībus, in quo nos
oporteat saluos fieri. Vel de præsenti potest exponi ab illo
loco. *Ecce venio* per gratiā. *Cito*. i. ex improuiso. Iob. 9. Si vene
rit ad me non videbo eū. *Tene quod habes*. s. locum humilitatis
tuæ non deseras, sicut multi faciunt, qui ex dono gratiæ di
uinæ superbiunt. Eccl. 10. Si spūs potestatē habentis ascēde
rit sup te, locū tuū ne dimiseris. 1. Cor. 4. Quid hēs, qd non
accepisti? si aūt accepisti, qd gloriaris quasi non acceperis?
Vt nemo accipiat coronam tuam. i. vt non merito hoīs tribuas, co-
ronā tuā, sed tantū gratiæ Dei, quæ proprie coronat in hoīe
iusto. vnde Versus. Quidquid hēs meriti, pręuentrix gratia
donat. Nil De⁹ in nobis pręter sua dona coronat. Psal. Ascē
disti i altū, accepisti dona in hoībus. Et nota q; quadruplex
est corona quā dn̄s dat amicis suis. Prima est spinta, q̄ est
pænitentiū. De qua. Mat. 22. Plectentes coronā de spinis. Se
cunda est lapidea, quę est viuentiū. De qua. Psal. Posuisti in
D capite eius coronā de lapide pręcioso. Tertia est aurea, quę
est sapientiū. De qua Eccl. 45. Corona aurea super caput ei⁹
expressa signo sanctitatis. Quarta est stellea, quæ est trium
phantiū. De qua Infra. 12. Signū magnū apparuit in cælo
mulier amicta sole, & luna sub pedib⁹ eius, & in capite ei⁹
corona stellarū duodecim. Oēs istę quatuor coronę dicunt̄
esse in capite, quia sola intētio remunerabit̄, seu coronabit̄,
& nota ordinē coronarū. Prima est corona penitētiæ. Secū
da patiētię. Tertia sapientię. Quarta gloriæ. De duodecim
stellis infra dicemus. Sunt autē, & alię coronę quibus mun
dus coronat suos. Prima est rosea, idest mundi vanitas, de
qua Sap̄. 2. Coronemus nos rosis antequam marcescāt.
Secunda ederea, idest carnis voluptas. De qua. 2. Macha. 6.
Cū Liberi. i. Bachi, sacra celebrarentur, cogebantur edera,
coronati libero circumire. Tertia est corona superbię, idest
seculi dignitas. De qua Isaiæ. 28. Væ coronæ superbiæ
ebrijs effraim. Quarta est corona pœnæ æternæ, quæ
datur post istas tres. De qua Isa. 22. Coronans coronabit

te tribulatione. Qui vicerit, se ipsum ꝑ verã obedientiam. E
Prouer. 21. vir obediens loquetur victoriã. Hæc victoria,
qua quis ꝑ obedientiã vincit se maiorẽ, q̃ vincere totum
mundũ. vnde Prou. 16. Melior est patiens viro forti, & qui
dñat aĩo suo expugnator est vrbiũ. *Faciam illum columnam in tẽ
plo Dei mei*, i. prælatũ in ecclesia rectũ in iudicijs, fortẽ in ad-
uersis, planũ in conuersatione, erectũ in contẽplatione sta-
bilẽ in tẽptatione, rotundũ per intentionẽ qua eterna intẽ
dit, alios supportantẽ per cõpassionẽ. Tales columnæ fue-
runt, Petrus, Iacobus, & Ioannes. De quibus dr̃ Gal. 2. Ia-
cobus & Cæphas, & Ioannes qui videbanẽ colupnæ esse.
dexteras dederũt mihi, & Bernabæ societatis. Tales debẽt
esse oẽs ꝓlati, vt ẽt alijs cadẽtib⁹ ipsi stẽt. Secundũ qđ dr̃ in
Psal. Liquefacta est terra, et oẽs qui habitãt in ea, ego cõfir.
colũnas, eius. Olim fecit Salomõ in tẽplo columnas de ęre
firmas, & fortes, & pondus tẽpli fortiter substinentes, vt
dr̃. 3. Reg. 7. Nunc aũt fiunt colũnæ de festucis quæ statim
franguntur & magis indigent portari q̃ portare. Isa. 3. Ecce
dñator dñs exercituũ auferet à Ierusalẽ, & Iuda validũ, & F
forte, & oẽ robur panis, & oẽ robur aquæ, fortẽ, & virum
bellatorẽ, & dabo pueros principes eorũ, & effeminati do
minabũtur eis. Psal. Posuisti firmamentũ eius formidinẽ. i.
ecclesiæ. i. tales poni permittis, qui potius sunt formido ec
clesię quàm firmamentũ, & foras nõ egredietur amplius,
hoĩbus seculi se cõformando, vel secularibus negocijs se im
plicãdo. De primo dr̃. Ro. 12. Nolite conformari huic secu
lo: sed reformamini in nouitate sensus vestri. De secũdo dr̃
. 2. Thi. 2. nemo militans Deo implicat se negocijs seculari-
bus: vt ei placeat cui se probauit. Luc. 10. Nemo mittẽs ma-
nũ ad aratrũ, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Infra
vlt. Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, &
idolis seruiẽtes, & oĩs qui amat, & facit mẽdaciũ. Et scribã
super illũ nomẽ Dei mei. Vt dicaĩ ꝓlatus De⁹, Iuxta illud
Psal. Ego Dixi dĳ estis, & filij excelsi oẽs. Loco Dei in ter
ra est ꝓlatus, & vicarius eius, & in eo vices ei⁹ deberet gere
re, vt iuste & oĩa cũ trãqnillitate iudicaret Sicut dr̃. Sap. 14.
Et sine acceptione personę. Sicut dr̃ Act. 10. In veritate tũc G
cõperi ꝙ non est, acceptor personarũ Deus. Sed heu multi
habẽt nomẽ sine re, honorari volũt, vt Deus: sed nolunt ope
rari vt Deus. Deus semper est in cælo, ipsi semper in ceno,
De⁹ nunq̃ ociosus, ipsi sp̃ ociosi. De⁹ iustus et misericors,
ipsi iniusti, & immisericordes. De⁹ pater ẽ pauperũ, & libẽ
ter audit eos. Iuxta illud. Tibi derelict⁹ est pauꝑ, orphano
tu eris adiutor. Et iterũ Desideriũ pauperũ exaudiuit dñs.
Et iterũ. Propter miseriã inopũ, et genitũ pauperũ, &c. Ipsi
aũt pauperũ causas nolũt audire, eo ꝙ nõ hñt qđ dẽt. vñ cõ
querit dñs. Isa. 1. Q̃uo facta est meretrix ciuitas fidelis ple-
na iudicij. iustitia habitauit in ea, nũc aũt homicidę. argẽtũ
tuũ versũ est in scoriã, vinũ tuũ mixtũ est aqua, prĩcipes tui
infideles, socij furũ, oẽs diligũt munera, sequunĩ retributio
nes, pupillo nõ iudicãt, & causa viduę nõ ingrediĩ ad eos.
Iet. 6. Extẽdã manũ meã super habitãtes terrã. Dicit dñs A
minori quippe vsq; ad maiorẽ oẽs auaritiæ studẽt. a ꝓphe
ta vsq; ad sacerdotẽ cuncti faciunt dolũ, & curabãt contrit
tionẽ populi mei filiæ cũ ignominia dicẽtes, pax, pax, & H
non erit pax. Et nomẽ ciuitatis Dei mei nouę Ierusalẽ, quę
de cęlo descẽdit a Deo meo. i. Ipsum faciã pacificũ, & paca
tũ, qualis fuit Christus, & alij qui cũ eo sunt in superna Ie-
rusalẽ. Isa. 1. Restituã iudices tuos, vt fuerũt prius, & consi-
liarios tuos sicut antiquitus. post hæc vocaberis ciuitas
iusti vrbs fidelis. Itẽ Isa. 40. Ponam visitationẽ tuã pacẽ, &
ꝑpositos tuos iustitiã, non audietur vltra iniquitas in terra
tua. Matth. 5. Beati pacifici, quia filij Dei vocabũtur. *Et no-
men meum nouum*. Nomẽ Dei vet⁹ est, dñs. vñ Psal. Nomẽ dñs
illi, & in lege sæpe dicit. Ego dñs, Sed nouum nomen Dei
est Iesus. i. Saluator. vnde Matth. 1. Pariet autem filium, &
vocabis nomen eius Iesum, ipse. n. saluum faciet populum
suum à peccatis eorum. Heu istud nomen pauci habent,
quia pauci sunt qui curent de salute animarum. Primum
nomen omnes sibi vsurpãt, quia tanquam dño sibi volunt
seruiri. vnde. 1. Reg. 2. Dñi sunt cardines terræ, & posuit su
per eos orbem. Dñi solet esse genitiui casus, nũc autem est

E nominatiui pluralis, quia plures nominantur dñi, licet pau
ci sint in veritate, quia qui facit peccatum seruus est pecca-
ti. Io. 8. Nota septem nominibus vocatur filius Dei in nouo
testamento, quæ oĩa debent habere pręlati. vnde Infra. 14.
Vidi dominum, et ecce agnus stabat super montem Sion,
& cum eo centum quadraginta quatuor milia habentia
nomen eius, & nomen patris eius scriptũ in frontibus suis.
Primum est Christus. Matth. 1. De qua natus est Iesus, qui
vocatur Christus. vnctus, vel vnctio. vnctus fuit quia
rex. vnde Psal. Inueni Dauid seruum meũ oleo sancto meo
vnxi eum. Item vnctus fuit vt sacerdos Luc. 4. Spiritus do
mini super me eo ꝙ vnxerit me. Psal. Sicut vnguentum in
capite eius qđ descendit in barbã, barbã Aaron. i. Christi
de ijs duobus dicit. Act. 10. Vnxit eum dñs spiritu sancto,
& virtute, Hoc nomen debent habere prælati, quia debẽt
esse vncti. i. mansueti, & misericordes. Luc. 6. Estote mise-
ricordes sicut & pater vester misericors est. Si tales essent,
dñs defenderet eos sicut filios suos. Psal. Nolite tãgere Chri
F stos meos, &c. fecit nos regnum, & sacerdotes. 1. Pet. 2. Vos
estis genus electum, regale sacerdotium. Secundum no-
men est Nazareus. Matth. 2. Dictum est per prophetas,
quoniam Nazareus vocabitur. i. floridus, & reuera flori-
dus fuit dominus, quia habuit candorem lilij in natiuita-
te. Cant. Ego flos campi, & lilium conuallium. Item habuit
liuorem violæ, in flagellatione. Isa. 53. Liuore eius sanati su-
mus. Item habuit ruborem rosæ in passione. Eccl. 24. Ego
quasi plantatio rosæ in Ieryco. i. in defectum mortis. Tunc
tibi videtur cadere flos eius, sed iterum refloruit in resurre
ctione. vnde Psal. Et refloruit caro mea, &c. Similiter, &
prælati debent habere hunc triplicem florem, candorem
lilij per castitatem, liuorem violæ per humilitatem, rubo-
rem rosæ per caritatem. Eccle. 31. Obaudite me diuini fru-
ctus, & quasi rosæ plantatæ super riuos animarum fructi-
ficare, quasi lybanus odorẽ suauitatis habete: florete flo-
res quasi lilium, date odorem, & frondete in gratiam. Et si
aliquando de ijs floribus aliquis marcescerit, debent reflo
G rere per pœnitentiam. vnde Phil. 4. Gauisus sum vehemen
ter in domino qm̃ tandem aliquando refloruistis. Tertiũ
nomen est Emanuel. Matt. 1. Ecce Virgo concipiet, & pa-
riet filiũ, & vocabis nomen eius Emanuel ꝙ intepretaĩ no
biscum dñs. Et hoc nomen debent habere prælati, vt sem-
per sint cum subditis quasi pastores cum grege. Luc. 2. Pa-
stores erant in regione eadem, vigilantes, & custodientes
vigilias noctis super gregem suum. Moyses, vt acciperet le
gẽ pro populo quadraginta diebus fuit absens, & iterum
fornicauit cum Idolis populus eius, & tamen bonos vica-
rios dimiserat pro se Hur, & Aaron. Exo. 32. Quid ergo fiet
de populo, cui prælatus nunquam, aut raro pręsens est? Si
ipsi attenderent quam stricte requirit dñs rationem de po
pulo sibi cõmisso, aut nõ reciperent prælationem, aut sta-
rent cum grege. 3. Reg. 20. Custodi virum istum, qui si
lapsus fuerit de manu tua: erit anima tua pro anima sua.
Iere. 33. Adhuc transibunt greges ad manus numerantis.
Quartum nomen est filius altissimi. Luc. 1. Et vocabitur
H altissimi filius. Istud nomen debent habere prælati per
compassionem, & misericordiam. Vnde Eccle. Esto pu-
pillis misericors, vt pater, & eris velut filius altissimi.
Quintũ nomen est Magister. Sextum dominus, de quibus
dicitur. Ioan. 13. Vos vocatis me magister, et domine, & be
nedicitis, sum etenim. Hæc nomina debent habere prælati
docendo populum, vt magistri, & regendo, vt domini. De
primo Matth. vlti. Ite docete omnes gentes. De secundo
Psal. Dominus regit me, &c. Septimum nomen est Iesus
Matth. 1. Et vocabis nomen eius Iesum, & hoc nomen de-
bent habere prælati, vt suam populi salutem diligenter
operentur. 1. Thi. 4. Attende tibi, & doctrinæ, insta in illis
sic. n. te ipsum saluum facies, & qui te audiunt. Si hoc no-
men haberent prælati, omnes honorarent illos quasi Deũ.
Phili. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Hæc
septem nomina prælatorum sunt septem cornua, & septẽ
oculi agni. De quibus dicitur. Ioann. 5. Vidi in medio
agnum stantem tanquam occisum, habentẽ cornua septẽ,
& oculos

& oculos septem, qui sunt spirit⁹ Dei, missi in omnem terram, & Ezec. 4. Vidit septem oculos in lapide vno. Qui habet aures audiat quid spūs dicat ecclesiis. Generalis est ammonitio in fine cuiuslibet epistolæ. vbi suscitatur siue excitatur attentio auditorum. vt audiris pęnis quas minatur malis, & præmiis quæ promittit bonis, diligenter inuigilent ad fugiendum mala, & faciendum bona.

Et angelo Laodiciæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit. Amen testis fideles, & verus, qui est principium creaturæ Dei. Scio opera tua, quòd neq; frigidus es, neque calidus. Vtinā frigidus esses, aut calidus. sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, Diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quòd tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus

Hæc est tertia pars capituli huius, in qua scribit Io. angelo. i. episcopo Laodicię, et hunc ordinē seruat. Primo describit Christū per quatuor dictiones, quæ totā iudicii veritatē exprimunt, vt patet in expositione literæ. Secundo redarguit istū episcopū de hypocrisi. Ita. n. gerebat se episcopus iste: vt non posset perpendi quibus magis faueret, nec curabat qcquid fieret quasi nō ptineret ad eū. Ibi. *scio opera tua.* Tertio monet eum ad pœnitentiā promittens veniam, si velit poenitere. Ibi. *suadeo* tibi. Quarto ponit generalem promissionem quā facit oībus victoribus. i. in bono perseuerātibus. Ibi. Qui vicerit. Dicit ergo angelus ad Io. Angelo Laodicię ecclesię scribe. Sicut sex præcedētibus hęc quę sequunt dicit. Amē. s. Christus, qui dicit. Io. 14. Ego sum via veritas & vita, & dicitur Christus veritas, qa promissa oīa & cōminata cōplet. *Amen* hebraicū est, & quandoq; sumit aduerbialiter. i. vere. vt ibi Amen amen dico tibi. Quādoq; verbaliter. Psal. Fiat. Hebræus habet Amen amen. Quādo nominaliter vt hic, & est idē q͂ verax, vel veritas. *Testis fidelis* qui. s. fideliter audita a patre mundo retulit, & operum nostrorū testimoniū verū reddet corā patre, & angelis eius, & cui per oīa fides est adhibenda. Et verus in omnibus verbis suis, quæ mundo de patre narrauit, & quæ de mundo patri narrabit qui est principiū creaturę Dei. i. p quē Deus pater creauit & recreauit creaturā Dei. i. hominem & oēm aliam creaturam, quæ propter hominē quodā modo facta est, vel qua vniuersaliter participat hō. vnde noīe oīs creaturę intelligit hō. Matth. in fine vbi dr. Prędicate euāgeliū oī creaturę. Homo etiā creatura mundi appellat. Ro. 1. vbi dicit. Inuisibilia Dei per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciunt. Quatuor ergo dicit de Christo. *Amen, testis fidelis, verus, principium creaturæ.* Amen. i. veritas promissa soluendo. Testis fidelis, de operibus nostris testificando. Verus, docendo principiū, creando, & recreando. Hæc etiā quatuor conueniūt Christo, secundum aptationē quatuor personarū quæ sunt in perfecto iudicio. s. Actor. Aduocatus, Testis, Iudex. Est igitur *Amen.* l. veritas. i. auctor mouēs causam cōtra reprobos. *Testis fidelis*, quia testis erit cōtra reos. Verus, causa est electorū defensor, siue aduocatus, principiū inquantū iudex, qui est in causa principalior persona. *Scio opera tua.* s. qualia sunt hęc dicit, quia exterius videbant bona hominibus, sed interius p intentionē erāt mala. Erat. n. hypocrita eps iste, & ita callide se gerebat, vt non posset perpendi cuius sectę esset, vt dictum est supra. Sed Deus cor intuet, et ideo dicit. *Scio opera tua*, q. d. non me latent quæ intus video. Eccle. 23. Oculi dñi multo plus lucididres super solē, cōspiciētes oēs vias hoīum, in absconditas partes, & vere scio, quia neque frigidus es, &c. Nota, q͂ tripliciter corrumpitur iustitia sub spē veritatis. s. crudelitate, remissione, & simulatione. Sępe. n. sub specie seueritatis q̄ est spēs iustitiæ, quo ad malorū punitionē, crudelitas latet, & remissa segnicies māsuetudo credit, & sic dupliciter corrūpit iustitia. Tertio modo corrūpitur quo ad spēm liberalitatis, per simulationem quæ oīa facit, vt ab hoībus videatur, et laudetur. vnde Matt. 6. attendite ne iusticiam vestram faciatis corā hoībus, vt videamini ab eis. In caliditate simulatio designatur, quę ma-

A gis displicet Deo, et ideo illi comminatur q͂ euomet ab ore Dei. Gregorius. Frigidus est qui consumanda nō inchoat, Calidus qui bona inchoat, & non consumat. Dicit ergo *Quia neque.* q. d. Reuera, scio opera tua, quia neq; frigidus es; idest oīo remissus, vel oīo malus, nec oīo calidus. i. oīo crudelis, vel oīo bonus, vtinam frigidus esses. i. oīo remissus, vel oīo malus ita q͂ appareret malicia tua, quia aperta mala correctionem habent, & ideo de talibus habet spes emēdationis. Aut calidus. i. oīo crudelis, vel oīo bonus, *sed quia tepidus es.* i. torpens, & simulatus. *Et nec frigidus, nec calidus.* i. nec oīo crudelis, nec oīo remissus, vel nec oīo malus, nec oīo bonus, quia partim malus, & partim bonus, erat intus malus extra bonus. *Incipiam te euomere ex ore meo.* Glosa excōicando, & a consortio sanctorū remouendo, in deteriora præcipitari permittendo, in excōicare, vel a consortio fideliū separare, vel maliciā tuam exterius manifestare. *Ex ore meo.* i. vel prędicatores qui sunt os meū. Iere. 15. Si separaueris prętiosum à vili, quasi os meū eris. Vel sic. *incipiam te euomere*, i.

B expellere ex ore meo. i. ex cōsortio prædicatorū, vel epōrū, qui dicunt os dñi, quia in eis, et per eos loquit dñs. Mat. 10. Non. n. vos estis qui loquimini, sed spūs patris vestri, qui loquitur in vobis. Isa. 30. Vę qui ambulatis vt descendatis in Aegiptū, & os dñi non interrogastis. i. epm seu prædicatorē, vel os dñi est promissio euāgelii à quo hypocrita euomitur, quia à promissione euāgelii excluditur. Mat. 6. Quū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, amen dico vobis, receperūt mercedē suā. In vomitu est expulsio quædā, cū difficultate, & dolore vñ Isaię. 1. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Tren. 2. Nō enim ex corde suo abiecit, & humiliauit filios hoīum. Item vomitus fit causa medicinæ siue sanitatis corporis, & quodā modo inuite. Sic excōicatio debet fieri nō ad vindictā, sed ad medicinam, non libenter, sed quasi coacte. 1. Cor. 5. Item vomitus qñ nimius est & continuus, mortē non salutē inducit: sic exclusio qñ generalis est, & frequens. non salutem animarū, sed mortē inducit. Et ideo nunquā sine ma-

C gna, & euidēti necessitate debet excōicari vniuersitas. Vel persona magna. Quia dicis. q. d. Merito euomam te non solum quia tepidus, immo etiā quia iactas te, quia dicis, diues sum bonis tpalibus, et locupletatus, bonis spūalibus, et nullius egeo, cōsilii, vel auxilii, vel alicuius rei. Vel sic, diues sum sciētia, & locupletatus virtutibus, & nullius ęgeo, quo ad corpus. q. d. plenus et pfectus sum in corpore et aīa. nūquid talia dicebat eps iste? forte sic, quia iactātię spūs dñabatur ei. Sicut Eliud qui dicebat. Iob. 32. Rñdebo et ego partē meā, et oñdā scientiā meā; plen⁹ sum sermonib⁹, et coarctat me spūs vteri mei. Cōtra primū et alios similes dr̄ Prouer. Melior est qui operat & abundat in oībus, q̄ qui gloriat, & eget pane. vnde Iere. 9. Nō glorie: sapiens, &c. Vel forte hoc dicebat corde, qa talia affectabat videri, vel credi. Sed dñs qui videt corda; Rñdet ei oñdens aliter esse. vñ subdit. *Et nescis quia tu es miser & miserabilis.* p hæc tria verba oñdit angelus istū esse auersum a tota trinitate, dicēdo nescis, oñdit defectū scientię, siue ignorantiæ, p qđ patet ipsum alienū esse

D a filio. dicēdo miser, oñdit eius malitiā, p quā est alienus siue auersus a spū scō. dicēdo miserabilis, oñdit ipsius impotentiā siue infirmitatē, p quā auersus est siue alienus a pre, ergo à filio p ignorantiā, a spū scō p malitiā, à pre p impotentiā, erat iste eps sequestratus. Postea subdit alia tria verba, p quę oñdit falsitas iactantię cōtra tria q̄ iactauerat de se. *Et pauper* cōtra hoc qđ dixerat. diues sū, *Et cæcus* cōtra hoc qđ dixerat & locupletat⁹. *Et nudus*, cōtra hoc qđ dixerat, & nullius egeo. Dicit ergo. Et dicis falsò te iactādo, qa diues sum virtutibus, quæ sunt veræ diuitię. De quibus dicitur Prouerb. 13. Est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit redēptio animæ viri, propriæ diuitiæ. *Et locupletatus*, bonis operibus, *Et nullius egeo*, quia sum amicus, & familiaris domini à quo omnis abundantia. *Et nescis quia tu es miser*, miseria culpę, de qua Prouerb. 14. Miseros facit populos peccatum. *Et miserabilis* miseriis pęnæ, de quibus in Psal. In miseriis non subsistent, & *Pauper*, paupertate virtutum. De qua Psalmus. Infirmata est in paupertate virtus mea. Et *Cæcus*.

cęcitate ignorantiæ, de qua Isa. 56. Speculatores tui, omnes cęci sunt. *Et nudus* nuditate bonorum operum, de qua infra. 16. Beatus qui vigilat & custodit vestimēta sua, ne nudus ambulet.

Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, vt locuples fias: & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas. Ego quos amo, arguo et castigo. Aemulare ergo & pœnitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso. siquis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam: intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & consedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurē, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.

Hæc est tertia pars capituli, in qua monet eū angelus ad pęnitētiam. Ad hoc. n. venit ipse Christus in mundū, vt. s. vocaret peccatores ad pęnitentiam, vt dicitur Luc. 9. Dicit ergo, *Suadeo tibi.* q. d. Licet talis sis indignus misericordia, tamen *Suadeo tibi emere aurum ignitum* idest charitatem, quę sic ardet in Dei & proximi dilectione, vt omnino extingui nō possit, vt dicitur Zac. 8. Aquę multæ, non potuerunt extinguere charitatem, & dicitur charitas aurum, quia sicut aurum super omnia metalla est in valore, sic charitas est sup omnes virtutes. vnde. 1. Cor. 13. Manent autē fides, spes, charitas, tria hęc, horum autē maior est charitas. Vel per aurū, propter splendorem eius, & valorem, intelligitur sapiētia, quę inter omnia dona primū & pręcipuum locū tenet, per ignem charitatis, dicitur Luc. 12. Ignē veni mittere in terrā. Et Leu. 7. Ignis in altari. i. in corde semper ardebit, quē nutriet sacerdos subijciēs ligna mane per singulos dies. i. sanctorū testimonia, scripturarū exēpla, Dei beneficia. Istud aurum emitur duobus denarijs. s. iustitia & oratione. De prima dicit Eccl. 1. Fili, concupisce sapientiam, serua iustitiā, & Deus pbebit eā tibi. Psal. Lux orta est iusto. i. sapientia. De secunda dicitur. Iac. 1. Siquis indiget sapiētia, postulet eam a dño, qui dat omnibus affluenter, & nō improperat. Sic Salamō emit eā. 3. Reg. 2. Est prudētia carnis mors, prudentia vero spiritus, & vita, & pax. Ro. 8. De vtraq; dicitur. Ia. 3. Non est ista sapientia. i. mūdi & carnis de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Terrena siquidem in auaris, animalis in voluptuosis, diabolica in ambitiosis. Quę autē de sursum est sapientia, primū quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione, & hæc a solo Deo potest emi. vñ Eccle. 1. Omnis sapientia a dño Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ęuum. *Probatum* igne tribulationis. Eccl. 2. In igne probatur & aurū & argentum. 1. Pe. 1. In quo exultabitis modicum nunc si oportet cōtristari in varijs tētationibus, vt probatio fidei vestrę, multo preciosior sit auro, quod p ignem probatur. *Vt locuples fias*, sine sapientia, nullus est locuples, qui habet eam locuples est, & diues. Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in omnibus quoniā oīum bonorū mater est. Et infra. 8. Si diuitiæ appetūtur in vita, quid sapiētia locupletius? quæ oīa operatur. Si autem secus opatur quis horū, quæ sunt, magis q̄ illa artifex est; Itē Sap. 13. Vani sunt oēs homines in quibus nō subest sciētia Dei. Prouer. 3. Beatus hō qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudētia, melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti primi & purissimi, fructus eius pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderātur, huic non valent cōparari. *Et vestimentis albis induaris.* i. virtutibus & operibus virtutū. De quibus Eccl. 9. Oī tempore vestimenta tua sint candida, & dicūtur hęc vestimenta alba, quia dealbant & mundant aīam ab omni labe peccati. Psal. Lauabis me & super niuē dealbabor. Psal. Confessionē & decorē induisti amictus lumine sicut vestimēto. i. luminositate virtutū & operibus virtutū. De quibus ecclesia. 9. Isa. 3. Apprehendet

E vir fratrem suū domesticum patris sui & dicet. Vestimentum tibi est, princeps esto noster. Respōdebit, quia nō sum mendicus, & in domo mea nō est panis neq; vestimētum, nolite me constituere principē populi. Vestis bona cōuersatio iusti. Hæc debet esse alba per innocētiā. Eccl. 9. Omni tempore &c. Itē longa per perseuerantiā. Geñ. 32. Itē varia per virtutū varietatem. Psal. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Ezec. 16. Vestiui te discoloribus. Itē contexta per veritatem, non dissuta per simulationem. Io. 19. Erat tunica &c. Leu. 19. Non incideris carnes odoriferas per bonā opinionem. Gene. 27. Vt sensit vestimentorū fragrantiam. Itē calida per charitatē. Iob 37. Non ne vestimēta tua calida. Prouer. 7. Nunquid pōt homo abscondere. Itē duplex per cordis & corporis munditiam. Prouer. vltimo. Oēs domestici &c. Isa. 61. In terra sua ante q̄ hæc induatur, debet exui vetus. Colo. 3. Expoliātes vos veterem hoīem &c. Zac. 3. Auferte vestimēta sordida. Hæc debet frequenter lauari propter sudorē & puluerem.
F Isa. 1. Lauamini mundi estote. Sequitur. *Et non appareat in die iudicij*, qñ omnia manifesta erunt *Confusio nuditatis tuæ* idest nuditas virtutum & operum. vnde confundaris mala confusione, de qua dicitur. Iere. 20. Confundantur vehemēter, quia non intellexerunt opprobriū sempiternū, quod nunq̄ delebitur. Hæc confusio pōt vitari per modicā cōfessionē, quā haberet a sacerdote. vñ Glo. Melius est erubescere. Pro anima tua, ne cōfundaris dicere verū: Est. n. cōfusio adducens peccatū, & est confusio adducēs gratiam & gloriam, *Et collirio inunge oculos tuos vt videas.* Duo oculi animæ sunt intellectus & affectus, siue cognitio, & affectio. De quibus dicit sponsus ad sponsam. i. Christus ad aīam. Can. 4. Vulnerasti cor meum soror mea, vulnerasti cor meum in vno oculorum. Cognitio non vulnerat Deum sed affectio & dilectio quæ est oculus meus dexter, cui Diabolus magis insidiat, & quem potius nititur excęcare. vñ. 1. Reg. 12. Dicie Naas admonites, viris de Iabes Galaad. In hoc feriā vobis pactum, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponāq;
G vos opprobriū gentibus in vniuerso Israel. Collirium quo ibi oculi debēt inungi, est bona operatio siue pęnitentia, q̄ intellectum clarificat ad cognoscendum verū, & affectum ad amandū bonū. De primo dicitur in Psal. Intellectus bonus omnibus facientibus eū. Item a mādatis tuis, & ab obseruantia mandatorū tuorum intellexi. De secunda. Io. 14. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me Gregorius. Exhibitio operis probatio est dilectionis, quod supra dixerat, ipsum pauperē suadet emere aurū, vt locuplex fiat. Contra hoc q̄ dixerat nudus, suadet indui vestimentis albis, vt non appareat nuditas eius, contra hoc q̄d dixerat cęcum, suadet inungere oculos collirio, vt videat. *Ego quos amo arguo & castigo.* Arguo verbis, & castigo verberibus, hic ponit angelus consolationē, ne ex asperitate correctionis aliquatenus desperaret. q. d. nō desperes, quia pdicta redargutio non ex odio, sed amore prouenit, & hoc est. *Ego quos amo arguo* verbis, & castigo verberibus, Pro. 3. Disciplinā dñi fili mi ne abijcias. Siue sit verborū siue ver-
H berum, nec deficias cū ab eo corriperis, quē. n. diligit dñs corripit, & quasi pater in filio cōplacet sibi. Hebr. 12. Noli negligere disciplinam dñi, neq; fatigeris cū ab eo argueris, quē. n. diligit dñs castigat, flagellat autem oēm filium quē recipit. In disciplina aūt perseuerate: tanq̄ filijs offert se vobis Deus. Quis. n. filius quem non corripit pater, q̄ si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt oēs, ergo adulteri & nō filij estis. Et loquit de vtraq; disciplina. i. verborū & verberū. De qbus dicit Psal. Disciplina tua correxit me i finē, et disciplina tua ipsa me docebit. Et nota q̄ dñs qnq; causis flagellat hoīem in hac vita. Qñq; ad probationem, vt Tob. & Iob. Qñq; ad humilitatis cōseruationē, vt Paulum. 2. Cor. 12. Qñq; ad purgationem, vt sororem Moysi, Mariam. Numeri. 12. Qñq; ad glorificationē Dei, vt cęcum natum. Io. 9. Qñq; ad punitionis incoationē, vt Herodem. Act. 12. Vñ versus, Iob probat, inclinat Paulū, sese manifestat in cęco, purgat Mariā, punit Herodem. Qñq; etiā ferit dominus, sicut pungitur equus, ad cursus accelerationem,

Psal.

Psal. Multiplicatæ sunt.n.infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Item q̄n̄q; percutit domious ad castitatis conseruationem, vnde Glo. Castigo.i.castas reddo. Ecclesi.11. Malitia horę obliuionē facit luxuriæ magnæ. *Emulare ergo* idest imitare bonos, qui pro Christo patienter sustinēt mala. *Vel æmulare.* i.ęmulationem habe.i.zelum.1.Cor.12. Sectamini charitatem, æmulamini carismata meliora. *Et age pœnitentiam* de tepiditate, & hypocrisi. Mat.3. Agite pęnitētiam appropinquabit.n.regnū cœlorum. Eccle.2. Si pęnitentiam nō egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominū. Iere.18. Si pęnitentiā egerit gens illa a malo suo, qđ quasi locutus sum aduersus eā, agā & ego pęnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerē ei, & ne posset dubitare de venia subiungit. *Ego sto expectans ad pœnitentiam.* Isa.30. Expectat dominus vt misereatur. Cāt.2. En ipse stat post parietem nostrum. Luc.13. Stans Iesus iussit illū venire ad se. Ad ostium cordis, quod est liberū arbitriū, siue egrediatur ostium domus suæ vsq; mane. Illud ostium clausum tenetur, quādiu homo habet voluntatē peccādi, ita q̄ dn̄s intrare non potest. Sap̄.1. In maliuolam aīam non introibit sapientia, &c. *Et pulso* inspirando, verberando, p̄dicando, beneficia cōferēdo. Cant.5. Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, colūba mea, immaculata mea. *Si quis audierit* vna aure.s.cordis, q̄ est intelligētia, et alia q̄ est obediētia. *Vocem meam.* i. inspirationem, seu flagellationē, seu p̄dicationem, seu beneficiorū collationē, quæ dicuntur vox dn̄i, quia per hæc vocat nos dn̄s ad se, & tn̄ pauci audiunt. Prouer.1. Vocaui & renuistis, extendi manū meam & non fuit q̄ aspiceret: et increpationes meas neglexistis, & omne consilium meū contempsistis. *Et aperuerit mihi ianuam* cordis sui.i.volūtatē per quā intrat Christus ad animā, quę dicitur aperiri Christo, per consensum bonū, & Diabolo per consensum malū, De quo dicitur Exo.12. Nullus egrediatur ostium domus suæ vsq; mane, vt dictum est supra. *Introibo ad illum* infundēdo ei gratiā, sicut Sol intrat in domū per fenestrā apertam, radios intromittēdo, nec aliter intrat Sol nisi fenestra aperiat̄, & ea aperta statim intrat Sol *Cenabo cum illo.* i.in fide eius & operibus delectabor *Et ipse mecum* quia lætabitur de auxilio meo, *Vel cenabo cum ipso, et ipse mecum.* i.recōciliabor illi et ipse mihi. Nā mutua cęnatio signū est mutuæ reconciliationis, ac mutuæ dilectionis. Itē cęnat Deus cū homine gratiam infundēdo, qua cōfortatur homo, & homo cū Deo gratiæ cooperādo, & ita vterq; cū vtroq; cęnat, partē suam ponendo. Sed Deus primo cęnat cum hoīe, quia primo operatur gratiā infundēdo, vel liberum arbitriū excitando, et homo postea cęnat cū Deo gratiæ cooperando, vel inspirationi cōsentiendo. Ideo dicitur Heb.12. Cōtēplātes ne quid desit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediat. Item cęnat Deus cū hoīe in meritis quibus reficitur. Isa.28. Hęc requies mea, reficite lapsum, & hoc refrigeriū meum. Et homo, cū dn̄a in p̄mijs, quibus ipse perficit̄. Psal. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Itē cęnat Deus cū hoīe in via, homo cum Deo in patria. Melior est cęna quam facit Deus homini, q̄ illa quā facit homo Deo. Ro.8. Nō sunt condignæ passiones huius tēporis ad futurum gloriā &c. De cęna dn̄i dicitur Luc.16. Homo quidā fecit cęnā magnam &c. Apoc.19. Beati q̄ vocati sunt ad cœnam nuptiarum agni. De cęna hoīs dicitur. Luc.14. Cum facis prandium, aut cęnā, noli vocare amicos tuos, aut fratres tuos &c. q.d. Cū facis bona, noli quærere amicitiā hoīum vel fauorē parentum, vel remunerationē tēporalem, sed tantū diuinam, qui melius remunerat. Deinde ponit̄ cōclusio epistolæ. *Qui vicerit* sicut dictū est supra *Dabo ei.* Nō aliq̄ iniquā, non reddā, non vendā, non mutuabo sed dabo ei *Sedere in throno meo.* i.dabo ei potestatē iudicandi vicē in iudicio. Iuxta illud Matt.19. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim &c. Sicut ego vici mūdum per charitatē, carnē per virginitatē, Diabolum per humilitatem, & sedi cū patre meo in throno eius.i.accepi a patre potestatem iudicādi. vnde Io.5. Pater nō iudicat quenquā, sed oē iudicium dedit filio, vt oēs &c. Glo. Dicit hic, q̄ hęc de p̄latis intelligūtur. vn̄ patet q̄ nulli debet dari & sedere

A in throno p̄lationis, nisi prius vicerit, & mundū contēnendo ipsum, & carnē subijciendo ipsam, & Diabolo resistendo, & post hanc triplicē victoriam pōt fieri p̄latus. De primo. Io.16. Cōfidite quia ego vici mūdū. 1. Io.2. Scribo vobis adolescētes quia vicistis malignū. Et īfra. Scribo vobis iuuenes, quia fortes estis, & verbū dn̄i in vobis manet, & vicistis malignū. De secunda dicitur.1.Cor.9. Castigo corpus meū &c. Naū.3. Intra in lutū & calca, & subigens tene laterem. De tertia. Iac.4. Resistite Diabolo & fugiet a vobis. 1. Pet.5. Sobrij estote & vigilate, q̄a aduersarius vester Diabolus &c. De hoc pōt intelligi q̄ dicit̄.2.Thi.2. Nō coronabitur quis corona.s.p̄lationis: nisi qui legitime certauerit. Sed heu hodie paucis datur corona prælationis, nisi victis a mūdo per cupiditatē, a carne per voluptatē, a Diabolo per ambitionē. Sed vę illis, qui tales coronant, & qui taliter coronantur, cum solis victoribus debeatur corona. Psal. Similes fiant illis.i.simulachris, qui faciunt ea. Sap̄.14. Fit idolum maledictum.i.prælatus inutilis, & ipsemet, qui
B fecit illud. Quia ille q̄dem operatus est, illud autē cum esset fragile, Deus cognominatus est. *Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesijs* vt supra expositum est: per hanc enim clausulam excitatur semper intentio auditorum.

CAPVT IIII.

Post hæc vidi: & ecce ostium apertū in cœlo, & vox prima quam audiui tanquā tubæ loquentis mecum, dicēs, Ascēde huc, & ostēdam tibi, quæ oportet fieri cito. Post hæc, statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedēs. Et qui sedebat: similis erat aspectu lapidis iaspidis, et Sardinis, & iris erat in circuitu sedis, similis visioni Smaragdinæ. Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, et supra thronos viginti quatuor seniores sedētes, circūamicti vestimentis albis, & in capitibus suis coronæ aureæ.

C HVcusq; durat prima visio, quę fuit de correctione vniuersalis ecclesiæ, s̄m omne tempus & statum. Hic incipit secunda visio, quæ est de reuelatione ministeriorū, & est satis competēs ordo secretorum, & diuiditur hæc visio in tres partes: s̄m ea quę reuelant̄. Prima est de sedente in throno & ornatu eius, & durat per totum istud capitulum. Secunda est de libro signato & signaculis eius, & agno aperiente ipsum, & durat per totum quintū capitulū. Tertia est de consequentibus ad apertionem libri, & durat per sextum & septimum capitulum, & distinguitur secunda visio in tres partes. Prima, qua videtur sedens in throno, pertinet ad contemplationem potentiæ. Secunda, qua videntur cōsequentia, ad apertionem libri et solutionem sigillorum eius, pertinet ad statum vniuersalis ecclesiæ. Diuiditur autem istud capitulum in septem partes. In prima dicit Ioan. se vidisse ostiū cęli apertum, & audisse vocē inuitantem ad ascensum cęli. Secunda pars est de ascensu. Io. ibi. *Post hæc* Tertia de ijs,
D quæ vidit Ioānes. ibi. *Et ecce sedes.* Quarta determinat qualis erat sedens & sedes. ibi. *Et qui sedebat.* Quinta ostendit, quæ & qualia circuibāt sedem. ibi. *Et in circuitu.* Sexta determinat, quæ procedebant de throno, siue de sede. ibi. *De throno.* Septima agit de animalibus quatuor, quæ erant in medio in circuitu sedis. ibi. *Et in medio sedis &c.* Et notādum quod hæc visio respicit vniuersalem statū ecclesiæ a principio vsq; ad finem. vnde quædā dicit de vltimis fidelibus & passionibus eorum. Quædā de ijs, quæ passi sunt fideles ante Christi incarnationē, quæ omnia valēt ad exhortationem, & p̄munitionem præsentiū. & ideo quia nemo idoneus est pati tribulationes, nisi correxerit malefacta, bn̄ hęc visio, q̄ est de exhortatiōe, seq̄tur primā, q̄ est de correctione. Sic ergo post hęc non t̄pe sed ordine, *Vidi.* i.reuelationē seu visionē habui. *Et ecce* admirationē & euidentiam notat. *Ostium apertū* supple erat in cęlo. Noīe cęli itelligi pōt ecclesia militans, q̄ dicitur cęlū p̄p sublimitatē vitę quā habet: p̄p claritatē scientię qua fulget, p̄p stellarū.i.fideliū varietates

E quas continet. vnde Matth. 13. Simile est regnū cęlorū sagenę missę in mari, & ex omni genere pisciū congregāti, &c. Huius cęli ostium est Christus. vnde Ioan. 10. Ego sum ostium, hoc ostium nulli clauditur, neminem venientem ad se repellit. vnde quicunq; excluditur, vel nō ingreditur, nō ostij sed sui culpa est. vnde Ioan. 5. Omne quod dat mihi pater ad me venit, & eum qui venit ad me, nō ejciā foras. Item nomine cęli potest intelligi scriptura sacra, & dicitur cęlum a cœlando, quia sub litera cœlatur multiplex intelligētia, & eius ostium intelligitur Christus, quia per ipsum intelligentia soluitur scripturarum. vnde Eccl. 1. Omnis sapientia a domino Deo est, vel certe ostium scripturarū, est obscuritas figurarū, quæ vsq; ad Christum clausę fuerūt, ita vt pauci intellexerīt aliquid de scripturis. vnde Psal. Tenebrosa aqua ī nubibus aeris. i. obscura scriptura in lege et prophetis. Sed qn̄ venit Christus, qui est lux vera, recessit obscuritas figurarum, & patuit ostium scripturarū. vnde Prouer. 27. Aperta sunt prata, & apparuerunt herbę virētes. **F** Clauis qua apertum est ostium, est humilitas orantis Ia. 1. Siquis vestrum indiget sapientia &c. Eccl. 35. Oratio humiliantis se penetrabit nubes. i. scripturarum obscurationes. Matth. 18. Nisi cōuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli &c. Apoc. 3. Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutē idest humilitatem, quæ modicā facit animam, inquantum ad sui reputationem. *Et vox ista quam audiui.* i. vetus testamētum qd̄ præcedit nouū, fuit *Tanquam tuba loquentis mecum.* i. terribilis, & obscura, & inuitans ad prælium. vnde Isa. 40. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuam dicens. Ascēde huc. s. ad ostium. Totum. n. vetus testamētum ad Christum transmittit, nec aliud loquitur nisi Christū. vn̄ Matt. 17. Cum Petrus & Iacobus & Ioannes primo vidissent cū Iesu Moysen & Eliam, statim sequitur, & leuantes oculos neminem viderūt, nisi Iesum solum. Mich. 4. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini, in vertice montium, & fluēt ad eū omnes gentes. Mons iste Christus est, domus domini ecclesia, **G** hoc est Ioannē ad ostiū ascendere, q; omnes gentes ad montē fluere. Dicitur ergo Ioāni, & cum illo cuilibet fideli. *Ascende huc* Non corporis motu, sed mentis intuitu. *Et ostendam tibi, quæ oportet fieri cito* idest in pręsenti, qd̄ comparatur æternitati, breuissimum est illud. Sic ascende huc. s. ad sensum spiritualem. Quasi dicat Noli morari in superficie literæ, in quo arguit duritiam & pigritiam iudæorum, qui adhuc ad radicem mōtis expectāt cum asino. i. cum sensu stolido, vt dicitur Gene. 32. *Et ostendam tibi, quæ oportet fieri cito,* scilicet ante finem mundi, qui cito erit. 1. Ioan. 2. Filioli mei nouissima hora est. Ioel. 1. a a a quia prope est dies domini. Ter dicit a propter tria, q̄ fiēt. Tria erunt in iudicio, quæ timorem, & dolorem incutient. Primum erit vocatio ad iudicium, De qua dicitur. 1. Cor. 15. Canet. n. tuba & mortui &c. 1. Thess. 4. Ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cęlo, & mortui, qui in Christo sunt &c. Et Hieronymus de hac voce dicit. Siue bibam siue comedam, siue aliud quid faciam, semper videtur auribus meis insonare illa tuba ter**H**ribilis. O vos omnes qui iacetis in sepulchris, surgite & venite ad iudicium saluatoris. Secundum erit improperatio reproborum, qui non fecerūt, quod facere debuerūt. vnde Matth. 25. Esuriui &c. Tertium sententię erit promulgatio, De qua Matth. 25. Ite maledicti &c. Itē prima vox quā audiuit Ioannes fuit vox angeli, qui ista nuntiabat ei, quæ tubę comparabatur. Quia vocem angelicam seu inspirationem diuinam, humana fragilitas vix ferre potest. De qua voce dicit̄ Act. 2. Factus est repēte de cęlo sonus aduenientis spiritus vehemētis. vnde sensus est. Et vox prima, idest vox angelica, seu inspiratio diuina, quæ dicit̄ prima respectu vocis corporeę, quæ posterior est & tempore et dignitate, & causalitate. *Tanquam tuba* quia inuitabat ad p̄lium idest contra Diaboli tentamēta, cōtra mundi blandimēta, contra carnis oblectamenta, & ad conuiuium Christi, & ad festum cęli. *Loquentis mecum* idest in me. s. intus in mente illud Psal. Audiā quid loquatur in me dominus Deus. Sic differunt vox spiritualis, & vox corporalis. Quia spiritualis vox loquitur in homine, corporalis ad hominem. Spiritualis formatur intus in mente. Corporalis intus in aure, siue in aere, vel mecum. i. non mihi dissentienti, sed mihi cōcordanti. Quia mens eius loquenti rationabiliter cōsentiebat. Et ex hoc patet, q; idem desiderabat, quod angelus admonebat dicēs. *Ascende huc.* i. erige mētem, dilata visum, & quæ oculis carnis non potes cernere, mentis intuitu cōtemplare. *Et ostendam tibi* post ascensum, *Quæ oportet fieri cito* scilicet tribulationes & persecutiones, & postea consolationem & remunerationes maiores. 1. Pe. 1. Prænuncians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias. *Post hæc statim* idest hoc audito *Fui in spiritu* idest in spirituali contemplatione. Non. n. intelligēdum est q; spiritus eius fuerit a corpore separatus, sed virtus diuina subleuauit mētem ipsius ad contemplanda misteria ista, ita q; nihil vidit vel audiuit corporaliter, sed totus specialiter raptus ī extasi, ita tn̄ vt scribere possit. *statim.* Dicit contra pigros, qui semper procrastinant, quod eis præcipitur faciēdum voce coruorum dicentes cras. Sed vera obediētia statim parata inuenitur. vnde Bernardus. Verus obediens mandatū non procrastinat, sed statim parat auditui aures, linguam voci pedes itineri, & manus operi, & se totum intus recolligit vt mandatum peragat imperantis. Geñ. 18. Festinauit Abraā ad Sarrā, dixitq; ei. Accelera, tria sata simile cōmisce, &c. Dicit ibi Origenes. Accelerat Sarra, currit Abraam, festinat puer, nullus piger in domo iusti. *Et ecce sedes &c.* Sedes Christi est cętus prelatorum, & chorus angelorum, in quibus ipse sedet & iudicat, nec solum iſ, sed omnes boni, sed iſ maxime, per quos aliquos regit. vnde Psal. Regnabit dn̄s super gentes, Deus sedet super sedem sanctā suam. Isa. vltimo. Cęlum mihi sedes est &c. Sedēs super sedem Christus est, qui præsidet angelis & prælatis, & eleuatur super oēm creaturam angelicā & humanam. vnde Isa. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Determinans ergo Ioannes, quæ viderit dicit. *Et ecce sedes* idest cętus prælatorum, & chorus angelorum, *Posita* idest ordinata *Erat in cœlo* idest in ecclesia fide et miraculis coruscāte, sicut cęlū luminibus. Psal. Dominus in cęlo sedes eius. Item Parauit in iudicio thronū suum, & alibi, Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam, et Super sedem sedet Christus. s. omnes dignitate excedens, & potestate regens. Io. 3. Qui de cœlo venit super omnes est: supra primo. Christus inter candelabra dicitur ambulare, nunc vero super sedem sedere, & tn̄ idem significatur hic per sedem, quod ibi per candelabra. s. cętus doctorum, seu prælatorū. Sed Christus ibi ambulat discutiens, & inquirens merita singulorū, Hic sedet iudicans & reddens singulis s̄m merita eorū. Ibi ambulat quęrēs requiem, hic sedet inuēta requie. Ibi ambulat in medio vt socius, hic sedet supra sedē vt dominus. Nota q; dicitur sedes posita: nam p̄lati per positionem statuūtur in ecclesia, & ideo poni dicunt̄, quia deponi possunt. Quicquid est ponibile, est deponibile s̄m artem. Ioan. 15. Posui vos &c. Act. 20. Attendite vobis &c. Ecclesi. 32. Rectorem te posuerunt &c. Deinde ostendit Ioānes qualis est iste sedens *Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis.* Duplici lapidi assimilatur Christus, ad demonstrandū duplicem naturam in Christo, diuinam scilicet, & humanā, ex quarum contēplatione est vita æterna. Sicut dicitur. Io. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quē misisti Iesum Christum, diuina natura in lapide iaspidis designatur, humana vero in lapide Sardinis. Iaspis siquidē viridem habet colorem, viriditas autem inter omnes colores magis delectat & confortat visum, sic diuinitatis species super omnia intelligibilia magis delectat et confortat intellectum. Sardix vero rubeum habet colorem, & Christi humanitas rubricata fuit sanguine passionis. vn̄ Isa. 63. Quare ergo rubrum est vestimētum tuum. In hac ergo visione consistit totius hominis beatitudo. Vt siue intus ingrediatur homo, per intellectum ad conspiciendam diuinitatem, siue foras egrediatur per sensum, ad videndam humanitatem, in suo saluatore pascua inueniat. Intus in aspectu diui-

diuinitatis, foris in aſpectu humanitatis. vnde Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima. Ideo totum aſſumpſit hominē Deus, vt totum in ſe beatificaret. Poſita autē deſcriptione ſedētis, deſcribit ſedem dicens. *Et iris erat in circuitu ſedis* ſimilis viſioni Smaragdinis, Smaragdus viridis eſt et rubeus et ſignificat diuinitatem, & humanitatem Chriſti delectat, et confortat viſum, quia in eius viſione tota fęlicitas hominis conſiſtit. Iris ſignificat pacem. vnde Gene. 9. dicitur, Arcū meum ponam in nubibus, & erit ſignum fęderis inter me & terram. Vnde Iris propriе ſignificat propitiationē Dei ad fideles per gratiā baptiſmi, qui ſignatur in iride per colorem ceruleum, ſiue per rubeum, quo ſignificatur virtus baptiſmi per ſanguinem, & per hæc duo ad nos trāſit protectio diuinę propitiationis. Sequitur, *Et in circuitu ſedis ſedilia vigintiquatuor & cætera.* Hic deſcribitur eccleſia per ſedem deſignata, & dicit. *In circuitu ſedis*. i. ad protectionem eccleſiæ poſita ſunt ſedilia. i. libri veteris ac noui teſtamenti, in quibus debet anima ſedere, & quieſcere & paſci. Pſal. In loco paſcuę ibi me collocauit. Et ſuper thronos vigintiquatuor idest ſuper illa ſedilia. ſ. in intelligētia ſpirituali ſedent ſeniores. i. rectores, & paſtores aliorum qui dicūtur vigintiquatuor propter dignitatem duodecim patriarcharū, & propter dignitatem duodecim apoſtolorum, licet lōge maior ſit numerus doctorum vtriuſq; teſtamenti, dicūtur etiam ſeniores propter prudentiam. Iob. 12. in antiquis eſt ſapiētia, Dicuntur etiam ſedētes propter iuſtitiam, quia ſic meditari debent, & quieſcere in ſcriptura, vt ſeipſos diſtricte iudicent, & etiam alijs iuſtitiā exhibeant. vnde Gregorius, Dignum eſt vt cum aliena corrigimus, prius noſtra metiamur. Sequitur. *Circumamicti veſtimentis albis* ideſt per temperantiam cęteraſq; virtutes ſint vndecūq; veſtiti indumentis temperantiæ, miſericordiæ, fortitudinis, & cæterarum virtutum, *Et in capitibus eorum* ideſt in mentibus eorum *Coronæ aureæ* ideſt ſigna victoriæ ex virtute fortitudinis acquiſitæ, & dicit in capitibus quia ſicut caput, eſt ſuperior pars corporis, ita mens eſt dignior pars animæ. Quæ regit vires inferiores, Dicuntur iſtę coronę aureę propter eorum pręcioſitatē, quia ſicut aurum pręcioſiſsimū eſt, inter oīa metalla, ita pręcioſiſsimum eſt vincere bella peccati, Sequitur.

Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, et ſeptem lampades ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptem ſpiritus dei. Et in conſpectu ſedis, tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio ſedis & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum, ſimile leoni: & ſecundum animal, ſimile vitulo: & tertium animal, habens faciem velut hominis: & quartum animal, ſimile aquilæ uolanti. Et quatuor animalia ſingula eorum habebant alas ſenas in circuitu: & intus plena ſunt oculis. & requiem non habent die ac nocte, dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum: procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes, Dignus es domine deus noſter accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt.

Hic agit de his, quæ procedebant a ſede, quæ ſunt tria. ſ. fulgura, voces, & tonitrua, vnde dicit *Et de throno* ideſt de eccleſia procedebant fulgura. ſ. miraculorum, quæ terrent & illuminant. Pſal. Fulgura, coruſcationes & cōturbabis eos, *Et voces* ideſt admonitiones de vitandis malis, augendis bonis, & deſiderādis pmijs. Can. 2. Vox tua dulcis &c. *Et tonitrua* ideſt arguitiones, & comminationes. Pſal. Vox

A tonitrui tui in rota. *Et ſeptem lampades ardentes* ideſt ſeptē dona ſpiritus ſancti, quæ illuminant ad inſtar lampadis, quæ dicuntur ardentes, quia per effectum accēdunt. vnde Iudicum. 7. Legitur q; Gedeon lumine lampadarū adiutus fuit in nocte vt hoſtes vinceret. Hæ lampades erant, *Ante thronum* ideſt ante eccleſiam, quia gratia donorū omnibus parata eſt, qui ſunt ſedes Dei. 1. Pet. 1. Sperate in eam, quæ vobis offertur gratiā, & in cōſpectu ſedis. i. in euidētia, eccleſiæ *Tanquā mare vitreo ſimile chriſtallo*, Mare triplex eſt effectus baptiſmi videlicet ſinceritas a culpa, claritas innocentiæ, et firmitas contra vitia, De prima dicit Act. 3. Baptizet vnuſquiſq; veſtrum, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ī remiſsionem peccatorū &c. De ſecundo dicitur Sap. primo. Clara eſt quæ &c. De tertio dicitur in Pſal. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt nō peccem tibi. Per hoc mare etiā poteſt intelligi ſcriptura, quæ habet triplicem prædictum effectum. Verbum. n. domini mūdat, clarificat, & firmat, hoc mare in conſpectu ſedis dicitur, quia frequenter medi-
B tandum eſt in ſcriptura, & comparatur vitro, quia ſicut vitrum oſtendit rē, ſed non plene, ita ſcriptura oſtendit Deū, ſed non perfecte, Sequitur. *Et in medio ſedis &c.* Hic deſcribit ea, q̄ erant in medio ſedis. i. eccleſiæ, erant quatuor animalia. i. quatuor euangeliſtæ, qui ſunt in medio & in circuitu eccleſiæ ad diſponendum, & regendum, & ad protegendum, quia per doctrinam ſcriptam ab apoſtolis diſponitur, regitur, & protegitur eccleſia, Regitur enim, vt recte, viuat, diſponitur vt bene ſit ordinata, protegitur ne ſuccūbat. De iſtis quatuor animalibꝰ legitur Ezechielis primo, & dicuntur eſſe plena oculis. i. cœleſti cognitione, & ſalubri conſideratione, *Ante*, quantum ad bona tenenda, *Et retro*, quantum ad vitia contemnenda. Phili. 3. Quæ quidē retro ſunt &c. *Et animal primum ſimile leoni*, quaſi dicat. Primum animal habebat figuram leonis & per illud intelligitur Matthæus, quia in eius euangelio apparuit fortitudo Chriſti clarius quàm in cæteris. Per vitulū intelligitur Lucas, qui Chriſti ſacerdotium deſcripſit, per hominem vero
C Matthæus intelligitur, qui naſcētem dominum pleniſsimæ deſcribit, per aquilam vero Ioānes, qui de diuinitate Chriſti altius cæteris locutus eſt. Per hæc animalia, item prędicatores deſignari poſſunt, qui quatuor prædicare debēt. ſ. credenda, agenda, vitanda, & deſideranda. Quilibet prędicator igitur debet eſſe, leo per fortitudinem, vitulus per mortificationem, homo per diſcretionem, aquila per contemplationem. De primo dicitur Prouerb. 30. Leo fortiſsimus beſtiarum &c. De ſecundo legitur. 1. Cor. 9. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo. De tertio dicitur, Prouerb. 4. Oculi tui recte &c. De quarto Iob. 38. Aquila de longe contemplatur eſcam, &c. *Et quatuor animalia &c.* Quilibet enim Euangeliſta ſex dotes ſpirituales habuit in ſex alis deſignatus, quibus & ſe ipſos & alios prouehant ad ſublimia, hę alæ ſunt, Fides certa, operatio perfecta, intelligentia ſcripturarum, zelus animarum, caritas ad deū, & deſiderium ſupernorum. Et quia vigilantia maxime neceſſaria eſt ideo multa dicit de oculorum multiplicitate,
D ideo ſubiungitur. *Et in circuitu* q; intelligitur quo ad exemplum exterioris conuerſationis, reſpectu proximi., *Et intus*, quo ad munditiam internæ conſcientiæ. De primo dicitur Malach. 2. Vos autem receſsiſtis &c. De ſecundo vero legitur in pſalmis, Omnis gloria eius ab intus. Hæc animalia deſcribuntur eſſe plena oculis propter vigilantiam magnam. Vnde Gregorius ſuper hunc locum dicit. Quiſquis exteriora ſua honeſte diſponit, ſed interiora negligit, in circuitu oculos habet ſed intus non habet. At ſancti viri exteriora ſua circunſpiciunt, vt ſint bonorum exemplo. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videāt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et interiora ſua vigilanter attendunt, dum ſe interni iudicis oculis irreprehenſibiles parant, quia omnia nuda et aperta ſunt oculis Dei. Prędicatores item, qui vt dictū eſt, per quatuor intelliguntur animalia, ſex alas habere debent. ſ. legem naturæ, legē Moyſi, prophetarum doctrinā, Euangelium, documenta apoſtolorum, & eruditiones ſanctorum

ctorum, & ex his fundamentum medicationis à quolibet predicatore sumi debet. Quilibet item fidelis habere sex alas debet, quæ sunt, fides, operatio, iniuriarum remissio, bonorum largitio, abstinentia, & labor. Fides & operatio, respiciunt Deum, iniuriarum remissio, & bonorum largitio considerantur quo ad proximum, abstinentia & labor diriguntur ad se ipsum. *Et requiem non habebant* quantum ad vocem laudãtium, quia laus eorum continua erat. *Die ac nocte.* i. in prosperis, & aduersis non cessabant laudare Deum. Vnde sancti, siue tribulentur, siue prosperis afficiantur, semper Deum laudant, & ipsi gratias agunt. Iob. 1. Si bona suscepimus, de manu domini, mala autẽ quare non sustineamus? dominus dedit, dominus abstulit, sit nomen domini benedictum. Psal. In lege eius meditabitur die, ac nocte, Et apostolus Paulus dixit, Petẽdam esse salutem per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris: per infamiam, & bonam famam. Quidam tãtum laudant Deum in prosperis. Iac. 2. Benedictus dominus diuites facti sumus &c. Psal. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Quidam vero laudant Deum in aduersis tantum. Psal. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur &c. At sancti viri omni tempore Deum laudant, iuxta illud Psal. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Vel die ac nocte, idest continue, *Et dicebant Sanctus, sanctus, sanctus.* Hic Apostolus ostendit formam laudis, et tangit multiplicem laudem, sed in repetitione trina ostẽditur trinitas personarum & vnitas essentiæ, ibi *Dominus*, & in dominando eternitas, ibi *Qui erat*, & in essendo immutabilitas, ibi. *Et qui venturus est*, Ergo *sanctus, sanctus, sanctus* ter dicitur propter trinitatem personarum, & dicitur sanctus vt inuitet nos ad vitæ sanctitatem, iuxta illud, Sancti estote quia ego sanctus sum, & Paulus. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius &c. Hæc enim sanctitas est tantæ virtutis, vt sine ea nihil sit acceptum Deo, qui dicitur omnis sanctitatis principium. Hæc fides de Deo vno & trino non solum est nouorum fidelium, sed etiam antiquorum hominũ, qui quodam lumine illustrati, licet à lõge, cognouerunt Deum sub vnitate essentiæ, & personarum trinitate. Per hæc animalia, possunt intelligi predicatores, qui fuerunt in vtroque testamento. Hic namque presidens subditis in duobus. s. in predicando & vigilando, hoc enim est predicatorum officium, Euntes (inquit dominus) in vniuersum mundum: prędicate euangelium, & Paulus tantum se (inquit) missum ad euangelizãdum & nõ baptizandum. Debẽt etiam vigilare per pastorale officium, quia pastoris est super gregem suum vigilias facere. Pastores (inquit Lucas) erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis &c. Diuus Gregorius loquens de fide nouorum ac veterum patrumque inquit, Vna fuit fides veterum & nouorum patrum, & omnipotentem Deum trinum crediderunt. Ecce namque Iohannes in sua reuelatione dicit, quod animalia quatuor, in celo clamabant *sanctus sanctus sanctus* dominus Deus omnipotens. In domino enim notatur vnitas essentiæ dum dicitur dominus, & non domini siue Dñi. Dicitur etiam dominus quasi dominans, omnibus enim dominatur. Hester. 12. Dominus omnium tu es. In Deo item notatur naturæ vnitas, iuxta illud Psalm. Vacate, & videte quoniam ego sum Deus. Hoc enim nomen, excelsum est, amabile, reuerendum, & magnificandum, vnde infra. 15. Magna & mirabilia tua, domine Deus omnipotens, quis non timebit te, & magnificabit nomen tuum? *Omnipotens.* Hic ostenditur infinita potentia Dei, quę nisi esset vna, non esset infinita, licet autem diuinitas prius cõsideranda esset, premittitur tamen dominatio diuinitati, quia per notitiam vniuersalis dominationis, deuenimus in cognitionem omnipotentiæ, ac diuinitatis. Præterea adduntur hæc nomina, *Dominus & omnipotens*, ad manifestandam virtutem nominis Dei. *Qui erat* q. d. Mundus non erat, & iste dominus erat. Vnde Io. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum &c. Et in libro Sapien. dicitur, Quando legem ponebat aquis, quando circundabat mari terminũ

E suum, quando appendebat fundamenta terrę, quãdo certa lege & giro vallabat abyssos, qñ æthera firmabat sursum, cum eo eram cuncta componens &c. Aug. In principio. i. in verbo creauit Deus cęlum, & terrã. Psal. Ex vtero ante luciferum genui te. Vnde notatur esse sine principio. 2. Machabæorum primo. Domine Deus omnium creator omnipotens, & æternus, & qui, es immutabiliter & cætera. Vel, *Qui erat*, sigularis per omnia in esse diuino respectu cuius, omnia quasi non sunt. *Et qui venturus est*, quasi dicat tota trinitas veniet ad iudicandum, licet solus filius visibiliter, & corporaliter appareat, quamuis autem Deus vbique sit, & nullibi venire possit de nouo, venire tamen secundũ locum est proprium Christo, & secundum effectum iustitiæ venire est proprium trinitatis, quæ per effectum iustitiæ manifestatur. Et venturus est omnino, & si plurimi fuerint, qui hoc non crediderint, dicẽtes hoc esse impossibile, cum Deus ab initio omnia creauerit, vt perpetuo durẽt, & temporum vicissitudo nunquam sit terminanda, & quod est,
F futurum sit, & quod futurum est, iam sit pluries factum, contra istos loquunt̃ prophetę, loquuntur Apostoli, loquitur etiã ipse Christus, qui & si diem sui aduẽtus non manifestauerit, tamen se venturum prædicit. Huc respicit virginum fatuarum parabola, huc ficulneę, & arborum similitudo, in quibus nos vigilantes, & præparatos esse studeamus, docet, Vnde inqt, media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, Et alibi, Videte ficulneam & omnes arbores cum producunt iam ex se fructum &c. Conemur igitur vigilare, & inueniri parati, ne repentinus super nos veniat interitus, quia dies domini sicut fur ita in nocte veniet. De his qui diẽ aduẽtus dñi negauerunt loquit̃ Petrus. 2. Pet. 3. Venient in nouissimis diebus in deceptionẽ illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes & dicentes, vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo igitur patres dormierunt, omnia perseuerant ab initio creaturæ. *Et cum darent.* i. attribuerent & danda esse profiterentur, & prædicarẽt illa quatuor euãgelistæ & vniuersi prædicatores. *Gloriam* fi-
G dei suæ *Et honorem* operationis bonę *Et benedictionem* remunerationis futuræ. Item gloriam pro resurrectione: honorẽ pro ascẽsione. Benedictionem pro sancti spiritus missione. Item gloriam conscientię, honorem vitę. Benedictionẽ doctrinæ. Hæc. n. omnia attribuẽda sunt Deo, a quo est omne bonum. Ia. 1. Omne datum optimum &c. Item gloria patri pro creatione. Honorem filio pro recreatione. Benedictionẽ. s. pro promissa glorificatiõe. Ro. 11. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria. *Sedenti super thronum*, idest Christo iudici. Io. 5. Pater non iudicat quenquam, sed oẽ iudicium dedit filio, vt omnes honorificẽt filium, sicut honorificant patrem. Viuenti in secula seculorum. i. æternaliter, licet mortuus fuerit temporaliter. Supra. 1. *Fui mortuus & ecce sum viuens in secula seculorũ. Procidebant quatuor animalia* idest vniuersi prædicatores dicerent, & ostenderent solũ Christum glorificandum, honorandum, & benedicendum, qui solus dat sanctis suis gloriam & honorem, & benedictionem. Tunc *Procidebant* idest humiliabant se *Vigintiquatuor*
H *Seniores* idest vniuersi noui, & veteris testamenti fideles. *Ante sedentem in throno*, se in eius reputatione nil reputãtes: nil sibi, sed ei totum attribuẽtes, Quasi dicat illud Isa. 26. Oĩa opera nostra operatus es in nobis domine. Ideo dicit Psal. Non nobis domine nõ nobis: sed nomini tuo da gloriam. Item in fine psalmorum cum dicitur Gloria patri, inclinant religiosi quasi dicat. Ipso facto cum multitudine angelorum Luc. 2. Gloria in altissimis Deo &c. *Et adorabant viuentem in secula seculorum* idest diuinum honorem ei exhibebant. licet esset homo iuxta illud Psal. Venite adoremus dominum & procidamus ante Deum, *Et mittebant coronas suas ante thronum* idest Christo iudici victorias suas ascribebant. i. cum tentationes & tribulationes, & peccata, & cæteros hostes vicerant, nõ sibi sed Christo attribuebant, *Dicentes* ore & corde credentes. *Dignus es* dignitate, cõgruitate, & cõdignitate *Domine*, mala puniens, *Deus* bona faciẽs, *Noster* te & tua tribuens. *Accipere* ab omnibus creaturis *Gloriam* laudem cordis, & *Honorẽ* laudem oris, *Et virtutem* laudẽ operis

quasi

quasi dicat. Laudādus, glorificandus, et honorādus es, ore, corde, opere, & subdit causam. Quia tu creasti omnia: & ideo sunt ad te referenda, Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Eccle. 1. Iudith. 9. Deus totius creaturę tu es, & ne crederet aliquis, q̄ subito & ex improuiso creasset omnia Deus, ideo subditur. Et propter. i. iuxta voluntatē tuam, erant in arce. i. in sapientia Dei, sicut arca vel domus ante est in mēte artificis, q̄ fiat actu. Io. 1. Quod factum est, in ipso vita erat, & creata sunt. i. existentia, quæ tamen prius erant in Dei sapientia.

CAPVT V.

ET vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus et foris, signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem, & prædicantem voce magna, Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et nemo poterat neq; in cœlo, neq; in terra, neque subtus terram aperire librum, neq; respicere illum. Et ego flebam multum, quoniā nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum. Et vnus de senioribus dixit mihi. Ne fleueris: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & soluere septem signacula eius.

HAec est secunda pars huius secundæ visionis, q̄ continet hoc totum quintum capitulum, in qua ostenditur Ioanni sacramentum redemptionis humanæ: & diuiditur hoc capitulū in octo partes. In prima ostenditur Ioanni dispositio diuina, de redēptione generis humani. In secūda ponitur desiderium antiquorum, de impletione illius dispositiōis, Infra. Et vidi angelum. In tertia ostēditur afflictio antiquorū de dilatione. Et ego flebam. In quarta ponitur consolatio flentium. ibi. Et vnus de senioribus. In quinta ponitur adimpletio prędictæ dispositionis. *Et vidi, & ecce in medio.* In sexta ostenditur q̄ sancti reddūt Deo de apertione libri idest pro adimpletione dispositionis. ibi. Et cum aperuisset. In septima ponitur congratulatio angelorum de redemptione & liberatione hominum. ibi. *Et audiui.* In octaua ponitur cōsensus sanctorum in congratulationem angelorū. ibi. Et quatuor animalia. Dicit ergo *Et vidi* copulatiua coniunctio ostendit, q̄ hoc q̄ dicitur in hoc capitulo, non est alia visio a pręcedenti, ideo bene dicit. sed illi sicut pars toti coniungitur. Sed in præcedenti capitulo, quod incipit. Post hæc vidi, propter dictionem ordinariā ostenditur q̄ visio illa erat alia a præcedenti, ideo dicit. Et vidi cum aliīs, quæ dicta sunt, in quarto capitulo. *In dextera sedentis supra thronum* idest Christi, qui constitutus est a Deo patre, iudex viuorū, & mortuorum, *Librum,* idest scripturam sacram, *Scriptum intus & foris.* *Intus* quo ad vetus testamentū, in quo erat abscondita sub figuris redemptio nostra. *Foris* quo ad nouum testamentum, vbi est manifesta redemptio nostra. Item *scriptum intus* per sensum misticum *Et foras* per sensum hystoricum. Itē *Scriptum intus* ad perfectorum exercitium, *Et foris* ad minorum documentum. Item *Scriptum intus,* vt secreta sapientię indignis claudantur. *Foris* vt dignis occasio exercendi in studio detur, & sic meritum augeatur. Item *Scriptum intus,* ne manifesta veritas contemnatur, *Et foris* ne ignota penitus dimittatur. Item *scriptum intus,* quo ad mysterium diuinitatis. *Et foris,* quo ad mysteria humanitatis. Et debet iste liber esse in dextera, non in sinistra, quia promittit ęterna, nō temporalia: & quia ducit ad dextram: vbi agni collocandi dicuntur. Matt. 25. Venite benedicti patris mei. *Signatum sigillis septem* idest multis obscuritatibus clausum. Psal. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. i. obscura intelligētia in scripturis. Isa. 29. Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cū dederint scienti literas, dicent ei; Lege istum & respondebit, non possum, signatus est enim. Item, liber iste est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Vt dicitur Col. 2. Cuius si-

A gnacula, sunt septem sacramenta nostrę redemptionis in lege figurata & a prophetis prædicta. Primum est conceptio siue incarnatio, quæ fuit figurata in cōceptione Isaac. Gen. 22. Et approbata. Isa. 9. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis. Et de vtroq; istorū duorū dicitur Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, vtrunq; etiā figuratum fuit Num. 16. In virga Aaron, quæ vna nocte floruit, & fronduit, & fructum fecit. Tertium est passio, quæ fuit figurata in morte Abel. Geñ. 4. Et de immolatione vitulæ rufę. Numeri. 19. & agni. Exo. 2. Et prophetata Isa. 53. Tanquam ouis ad occisionē ducetur. Iere. 11. Ego quasi agnus, mansuetus, qui portatur ad victimam. Quartum est descensus ad inferos, qui fuit figuratus in Sansone, qui tulit portas Gaze. Iudic. 16. Et approbatus. Zac. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos de lacu, in quo nō erat aqua. Quintum est resurrectio, quæ fuit figurata ī suscitatione filiī mulieris Sareptenę. 3. Reg. 16. Et prophetata Osee. 6. Viuificabit nos post duos dies: & tertia die suscita-
B bit nos. Sextum est ascensio, quæ fuit figurata in translatione Enoch. Geñ. 5. Et in raptu Eliæ. 4. Reg. 2. Et prophetata. Isa. 63. Quis est iste, qui venit de Edon, & Psal. Ascēdit Deus in iubilo. Septimum est aduētus eius ad iudicium, qui fuit figuratus in arcu cœli, post diluuium, & per calorē igneum. Geñ. 9. Et prophetatus. Isa. 3. Dñs ad iudicium veniet cum senibus populi sui. His sigillis clausus & signatus fuit liber, donec ipsemet aperuit ea, vt postea dicetur. *Liber iste scriptus fuit intus & foris. Intus,* sapientia increata. *Foris,* sapientia creata, qua sciuit omnia, sicut alia. Item, *scriptum intus,* in anima literis virtutum, *Et foris* in corpore, vulneribus lateris, & pedum, & manuum. Psal. Foderūt manus meas, & pedes meos &c. Item *scriptum intus* in anima septē donis spiritus sancti. Isa. 11. Requieuit super eū spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cōsiliī & fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis: & repleuit eum spiritus timoris domini. *Et foris* in corpore, septem infirmitatibus. Isa. 4. In die illa apprehendent septem mulieres virum
C vnum: Septem mulieres. i. vniuersæ infirmitates humanæ præter ignorantiam & peccatum. De quibus Iob. In septimo tribulationis liberabit te dominus: & in septimo non tanget te malum. Item scriptura interior potest dici sciētia vniuersorum. Scriptura vero exterior septem verba, quæ protulit ī cruce, quibus nos docuit septem bona. liber iste, est diuina dispositio. *Intus,* idest in veteri testamento, obscure, sub litera clausus, & paucis admodum reuelatus. *Et foris* nouo testamento, vbi manifestata est, & adimpleta dispositio eius. vnde iudæis dictum est. Exod. 12. Ad vesperū immolabitis agnum. i. vltima ætate, reparatione generis humani, sciatis futura per Christi passionē, septem signacula libri sunt figuratiua facta patriarcharum, & ænigmata dicta prophetica, sub quibus diuina dispositio de reparatione hominū clausa latebat. Ab æterno, hic liber scriptus fuit, quia ab æterno fuit ostensus, vel sigillatus liber, sed qñ ceperunt esse figuræ & prophetiæ, tunc cępit liber ostēdi, & sigillari. Sigillum vero libro appositum, & si librū clau-
D dit ne videatur, tamen significat, q̄ aliquod secretum in eo latet, quod nondum videtur. Isa. 24. Clamat, secretum meū mihi, quando fuit Adę de terra virgine plasmatio: qñ eius dormitio quādo mulieris de costa dormiētis formatio, qñ Abel occisio, quādo diluuiī inundatio, quādo Abrahę circumcisio, qñ Rubi visio, quādo virgę floritio, quādo agni immolatio, quādo serpētis eleuatio, et multa signacula huius libri fuerunt, quę omnia per Christum aperta fuerunt. Vnde. 1. Cor. 10. Omnia contingebāt illis in figura. Eccl. 24. Hæc omnia liber vitæ. Item liber iste potest dici corpus Christi in sacramento altaris *scriptum* intus consolationibus & suauitatibus plenus, *Et foris* speciebus visibilibus tectus, & signatus sigillis septem. i. mirabilibus, q̄ sunt ibi. Primum est, q̄ fit de pane non mutato, manens idem, quod prius: sicut cognitio mea, mediante voce fit tua, manens in ea. Secundum est, q̄ tanta magnitudo, sub tā parua specie tota latet, sicut in pupilla oculi, totus mons recipitur. Tertium est, q̄ tantū corpus per os hominis intrat,

non

non diminutum eadem potentia, qua clauso vtero intrauit, & exiuit de beatissima Virgine, & de sepulchro, vt vere possit dici. Sic potuit clauso Christus prodire sepulchro.

Quartū est quod comeditꝰ nō cōsumptum, vel diuisum: sicut viror herbę ab oculo videntis comeditur, nec tamen minuitꝰ, vel diuiditꝰ, vt iterū possit dici. Sic editur Iesus: manet integer tamen esus. Quintum est quod ab immundis tangitur, & sumitur: nec tamen polluitur, sicut radius solis lutum tangit, sine cōtaminatione sui. Sextum est, quod a pluribus sumitur, & in pluribus locis cōficitur: nec tamē augetur, vel minuitur: sicut ignis candelę, non minuitur, & si multæ candelæ inde accendantur. Septimum est, quod ibi quantitas sine quanto, & dulcedo sine dulci, & multa huiusmodi, quæ non est reperire aliquatenus in natura. Ideo dicitꝰ Isa. 29. Erit vobis visio omnium, sicut verba signati libri, quem cum dederint scienti literas: dicent ei, lege istum, & respondebit, non possum: signatus est enim, eo ꝙ nullus mortalis est, qui possit hunc ad aliquid explicare. Item liber iste potest dici ecclesia. *Scriptus intus* diuinis consolationibus, & *foris* mundanis tribulationibus. Septem sigilla sunt septē virtutes, sub quibus latent, septē beatitudines. Primum sigillum est paupertas, sub quo latet regni adeptio. Secundum mansuetudo, sub quo latet terræ possessio. Tertium est luctus, sub quo latet consolatio. Quartum sitis, & esuries, sub quo latet saturitas. Quintū est misericordia, sub quo latet non miseria, sed misericordia. Sextū est munditia, sub quo latet visio diuina. Septimum est pacificatio, sub quo latet diuina filiatio. Hęc sigilla clausa fuerunt, quousque dn̄s ipse aperiēs os suum dixit. Beati pauperes, &c. Mat. 5. Sequitur. *Et vidi angelum fortem.* Secunda pars est, in qua ostenditur desiderium antiquorum de impletione diuinæ dispositionis super reparatione generis humani, quæ in libro signata erat. vnde glo. Sancti patres intellexerunt aliquando a deo dispositam reparationem hominū, & quod fieret exoptabant: sed quomodo fieret, ignorabant. Dicit ergo. Et vidi. i. mente intellexi. Angelum. i. patres veteres qui dicuntꝰ angeli, propter vitæ puritatem. Et dicuntur singulariter angelus propter concordiæ, & fidei vnitatem. *Fortem* propter expectationis longanimitatem, & tribulationum tolerantiā. *Predicantem.* i. inquirentem, & aliis nuntiantem, vnde. 1. Pet. 1. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spūs Christi. Voce magna. i. desiderio, & studio magno. Luc. 10. Beati oculi qui vident, &c. Dico. n. vobis quod multi Prophetę, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ vos auditis, &c. Hęc autem desiderabant antiqui propter multa. Primo vt deo reconciliarentur. Iob. 9. Non est qui vtrāque valeat arguere, & ponere manum suā in ambobus. Ibi glo. Christo in ambobus manum posuit, quia homini operandi exemplum prębuit: ideo in se opera quibus placaretur ostendit, quod nullus alius vnquā facere potuit. Secundo vt dei familiaritatem quam amiserant assequerentur. Cant. 8. Quis mihi det te fratrē meū sugentem vbera matris, vt inueniā te foris, & deosculer te, & iā me nemo despiciet? Vnde Bern. Iam promissiones, & visiones non recipio, figuras, & enigmata volo, ipsas quoq; angelicas species, fastidio, oēs quippe superat specie & pulchritudine Iesus meus. Tertio vt legis austeritas, & onus mitigaretur. Act. 15. hoc est onus, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus. Isa. 11. Computrescet iugū a facie olei. Quarto vt scripturæ clausæ prius aperirētur. Iob. 38. Nunquid post ortum suum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum? est scriptura, quę post ortū Christi suis aperta. Quinto vt captiui de limbo liberarentur, vbi multi erant. Iob. 17. In profondissimum inferni descendet anima mea: Sed Christus liberauit. Zac. 9. Tu vero in sanguine testamēti, &c. Sexto vt ab eo opprobriū diaboli tolleretꝰ. Psal. Aufer a me opprobrium, & contemptū. Psal. Vsquequo exaltabis me super me? Septimo vt natura humana exaltaretur. Psal. Tenuisti manum dexteram

E meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Can. Osculetur me osculo, oris sui, & his desideriis vehementia antiquorum exprimitur, per septem antiphonas, quæ cantantur in aduentu, ante natale. De quo dicit Bernar. Desiderium patrum suspirantium in carne presentiā Christi frequēter cogitans, Cōpungor, & confudor in me ipso, & vix cōtineo lacrimas, qui nāq; tantū nostrū gaudium luxerat his, gratiæ exhibitio, quantum antiquis intulit sola promissio: quis est dignus aperire librum. Sic Christus patris dispositionem suam, & apostolorum impleta dispositione manifestauit, ꝙ est soluere signacula libri. vnde Act. 1. Cœpit Iesus facere, et docere. *Et nemo potest.* i. nullus *Neque in cælo*, vt angelus. *Neque in terra*, vt homo purus. *Neque subtus terram.* i. spūs iam corpore exutus. *Aperire librum.* i. dei dispositionem: impossibile, hoc est redimere genus humanum. Quicquid enim habet boni quęlibet creatura, totū Deo debet. vnde alias, et vbi vnigenitus Dei filius moreretur, genus humanum non redimeretur, & non redemptū

F periret. *Neque respicere* illum. i. perfecte intelligere librum, vel libri apertionem. i. modum nostræ redemptionis. Nā si antiquorum aliqui cognouerunt futuram incarnationem, & passionem, &c. præludia nostræ redemptionis, tamen modum plene nunquam scire potuerunt. vnde & beata virgo de modo dubitās, dixit angelo. Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Ioannes etiam Baptista dicit. Io. 1. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius non sum dignus, vt soluam eius corrigiā calciamenti, quasi dicat: non sufficio sensu capere vel verbis explicare vnionē naturarū in Christo. Isa. 53. generationē eius quis enarrabit? & de humana generatione Christi nō solum de diuina intelligitꝰ, vt innuit glo. *Et ego flebam multum.* Sed quare flebat Iohannes? quia aut intelligebat, aut non. Si non, ergo non debuit flere, quia nesciebat qui erat in libro. Si intelligebat, ergo non debuit flere: sed potius gaudere, quia sciebat iam esse impletum. Solutio est in glo. Quod hoc dicit. Io. in persona antiquorum, non in sua, qui flebāt,

G & dolebant propter dilationem. Nam sicut dicitur Prou. 13. Spes quæ differtur affligit animā. vnde hic incipit tertia pars in qua ostenditur afflictio antiquorum, propter dilectionem redemptionis, quam expectabant. Dicit ergo Io. in persona antiquorum. *Et ego flebam multum, quia nemo dignus inuentus est aperire librum.* i. redimere genus humanū. Quia oēs inquinati erant. Vt dicit glo. Iob. 13 secundum aliam literā. Nemo mundus a sordibus, etiam infans cuius vita vnius diei est super terram. Ephe. 2. Eramus natura filii iræ. *Nec videre illum.* i. perfecte intelligere: vt dictū est: sed adhuc quare non dicit. Io. Quod angelus fortis predicans voce magna flebat, cū gerat typum antiquorū? Respondeo. Ad innuendū, quod vna est ecclesia ex patribus veteris, & noui testamenti. Cant. 6. Vna est columba mea. *Et vnus de senioribus.* Hęc est quarta pars, in qua ponitur consolatio. Vnde dicit. Et vnus de senioribus dixit mihi. i. cœtus prophetarum, qui dicuntꝰ vnus propter fidei & rei prophetatę vnitatē. Vnū enim & vno spiritu prophetabant. Vnde. Iob. 38. Nunquid

H coniungere poteris micantes stellas pleiadas? idest. Nū quid prophetas in vnum cōcordare, vt. s. vnum sentiant, & vnū prędicent. Et nota, quod non dicit; ne fleas, quia naturale est hominibus de dilatione rei desideratæ, dolere, & quanto desiderū maius est, tāto est de dilatione dolor. Vnde nō prohibentur flere patres, sed fletum continuare: vnde sensus est. *Ne fleueris.* i. fletū ne continuaueris, sed intercipe continuationem. *Ecce.* i. in proximo *vicit.* i. vincet: præteritum est pro futuro, prophetica certitudine positum. Quia cū futurū erat in re existēns, viderunt prophetę iam factum, in Dei sapientia. Sicut. 1. Reg. 2. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. *Leo.* i. Christus, qui fuit leo in natiuitate. Leo siquidem cauda sua, vestigia delet, ne cōprehendatur. Sic Christus cauda humanitatis, uestigia diuinitatis abscondit, ne diabolus eum inueniret. Vnde Isaię. 45. vere tu es deus absconditus. Isa. 11. Leo quasi bos, paleas comedet. Item, leo fuit in predicatione, quia audacter sine humano timore, arguebat maiores. Mat. 23. Væ vobis Scribæ & Pharisæi,

Pharisæi. Oseæ.11. Quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & for
midabunt filij maris. Item leo fuit in passione. Quia tunc
proprie diabolum vicit, et prędam de manu eius tulit. Num.
23. Ecce populus, vt leena consurget, & quasi leo erigetur.
Non accubabit donec deuoret prædam. Gen.49. Catulus
leonis Iudas ad prædam ascendisti, fili mi, requiescens ac-
cubuisti, vt leo. Deut.33. Dan, Catulus leonis flens largiter
ex Basan. Dan, interpretatur iudicium, Basan, confusio, &
in passione fleuit dñs largiter, quia peccatores adiudicati
sunt cõfusioni. Item, leo fuit in resurrectione, quia mortu⁹,
tertia die, virtute patris quasi vocis eius suscitatus fuit. Nu
me.24. Accubans dormiuit, vt leo, & sicut leena quam su-
scitare nullus audebit. Isa.31. Quõ si rugiat leo, & catulus
leonis supra prædam suam, occurrit ei multitudo pastorũ,
à voce eorũ non formidabit. Hoc fuit post resurrectionem
et sancti spiritus missionem, quia ita fortes fecit apostolos,
vt multitudinem Pharisæorum, & scribarum, aliquo mo-
do non timerent. Item leo erit in iudicio: quando emittet ru
gitum terribilem. Amos.3. leo rugiet, quis non timebit? Itẽ
leo dormit apertis oculis, & Christus viuẽte diuinitate ex
pirauit. Et nota quod dicit, *Ecce*, quod est aduerbium demostran-
di. Quia visibile erit ille qui vicet. Isa.25. Dicetur in illa die,
ecce dñs noster iste: expectauimus eum, & saluabit nos.
Luc.1. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. q.d. Visibilẽ
pariet. de Tribu Iuda procedens inuulneratus. Micheas.5.
Et tu Bethlęem effraym paruulus es in milibus Iuda, ex te
mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Matt.2. dr̃. Et
tu Bethlęem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus
Iuda: ex te.n. exiet dux, qui regat populum meũ Israel. Et
per hoc excluditur error illorum, qui dicunt quod Christus
non assumpsit carnem de Virgine, sed de ęthere, fecit sibi
corpus, & transfudit se in vterum Virginis. vnde dicunt quod
Christus natus est de Virgine, sed non factus de Virgine,
Contra quos dicit Apostolus. Gala.4. Vbi venit plenitudo
temporis misit Deus filium suum, natum de muliere, factũ
sub lege, &c. Radix Dauid. i. procedens a Dauid, vel funda
mentum Dauid, immo vtrunque procedens a Dauid quo ad
humanitatem. Isa.11. Egredietur virga de radice Iesse, &
fundamentum Dauid, quo ad diuinitatem, quæ est radix,
& principium omnium. Io.1. Omnia per ipsum facta sunt.
Ro.11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. *Aperire
librum, & soluere septem signacula eius*. q.d. In hoc quod vicit, librum
aperuit. i. diuinam dispositionem impleuit, hoc est genus
humanum redemit, & septẽ signacula soluit: occulta prius
mysteria declarauit.

*Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor anima-
lium, & in medio seniorum agnum stantem tanquam oc
cisum, habentem cornua septem & oculos septem, qui sunt
septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et venit, &
accepit de dextera sedentis in throno, librum.*

Et vidi quinta pars est in qua ostenditur impletio dispo-
sitionis. Et bene continuatur hęc pars pręcedenti. Ibi enim
ponitur consolatio flentium ex promissione, & hic imple-
tio promissionis. Vnde dicit. *Et vidi*. Sicut vnus de seniorib⁹
dixerat mihi, & exequitur Ioannes, quõ vicit leo. *Et ecce in
medio throni*. i. in medio prælatorum, per quatuor mundi cli-
mata currentium. *Et in medio seniorum*. i. in medio doctorum.
In antiquis.n. est sapiẽtia, & in multo tẽpore prudẽtia. Iob.
12. *Agnum*. i. Christũ humilẽ, & mansuetũ. *Stantem*. i. certan-
tes adiuuantem. vnde Act. 7. Stephanus inter lapides vi-
dit Iesum stantem exemplum omnibus dantem. Matt.20.
Ego sum in medio vestrum tanquam, qui ministrat. Io.13.
Exemplum dedi vobis, &c. Item in medio omnium stat
Christus, quia pro omnibus mortu⁹ est. 2.Cor.5. Christus
pro omnibus mortuus est. De hoc agno prędixerat. Isa.16.
Emitte agnum domine dominatorem terrę, de petra de-
serti. i. beata Virgine ad montem filię Sion. i. in ecclesiam.
Vel de Gentilitate ad Iudęam. Sed quid est quod supra eodem
vidit Ioannes dominum sedentem super thronũ, & nunc
videt stantem, & tamen eadem est visio, supra etiam capi-

A tulo primo vidit Io. dominum ambulantem, significat quod
dñs excitat suos, & disquirit merita singulorum. Itẽ quod vi-
dit stantem, significat, quod iudicat merita singulorum. Item
ambulat Iesus, vt socius. Psal. Si ambulauero in medio vm
bræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. *Sedet*,
Vt dñs. Psal. Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Stat,
vt deus. Matth.20. stetit Iesus, & vocauit eum ad se. Ibi di-
cit. Glo. Stat, vt deus: comparitur, vt homo. Item quid iu-
uerit sibi hoc, quod supra vnus de senioribus in consolatione
Iohannis flentis, vocauit Iesum leonem, & nunc Iohannes
in exhibitione, vidit eum agnum? Solutio. In hoc notatur
Duplex natura Christi. In leone, significatur fortitudo di-
uinitatis, per quàm vicit mũdum. In agno significatur mã-
suetudo humanitatis, in qua fuit occisus. Iere.11. Ego quasi
agnus mansuetus qui portatur ad victimã. Itẽ leo est dñs
malos puniẽdo. Agnus bonos redimendo. Item leo fuit in
promissione, vt infirmos roboraret. Agnus in exhibitione
ne mens prouida formidaret. Itẽ fuit leo resergendu. Agn⁹
B moriendo, & præponitur leo, vt spes resurrectionis con-
fortet, & erigat timorem passionis, tanquam occisum. Hic
insurgunt, & insultant Manichæi, qui dicunt Iesum non ve
rum corpus habuisse: sed phantasticum, nec vere mortuũ,
sed phantastice. Sed dicimus quod tanquam est expressiuum
veritatis. Sicut Io.1. Quasi vnigeniti à patre. Sed si stãs erat
quõ occisus? Solutio. Stans in diuinitate, occisus in humani
tate. Ideo dr̃ tanquã occisum, quia in altera natura tãtũ. Simi
le in Psal. Si nõ Moyses electus eius stetisset in cõfractione
in cõspectu ei⁹. quõ confractus si stetit? Sed dicitur quod stetit
in diuinitate, confractus in humanitate, hoc significatur.
Le.16. per duos Hyrcos quorũ vn⁹ immolabatur, alter por
tans peccata populi dimittebatur. Itẽ *Tanquã occisum*. Quia in
se vere fuit occisus semel, sed in membris tanquam occisus
est, in quib⁹ quotidie occiditur. Mat.25. Quod vni ex mini-
mis fecistis, &c. Et Petro dixit dñs. Vado Romã iterũ cru-
cifigi. Et Act.9. dixit Paulo. Saule, Saule, quid me persequę
ris? Item. *Tanquam occisum* dicit. Quia ad hũc habet dñs cica-
C trices vulnerum in testimonium contra reprobos, qui nil
pro eo volunt pati, quos ostendet in iudicio. Ezec.13. Quid
plagæ istæ in medio manuum tuarum sunt? & dicet. In
plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant. Item *Tan
quam occisum*. Quia cito resurrexit, vt non de morte, sed quasi
de somno resurrexisse videatur. vnde Psal. Ego dormiui, et
soporatus sum, &c. 2. Cor. vlt. Et si crucifixus ex infirmi-
tate, sed viuit ex virtute. Docet etiã hic pręlatus vt sit leo, per
audaciam: Prouer.18. Fugit impius nemine persequẽte. Iu-
stus quasi leo confidens absque terrore erit. Item in eodem.
xxx. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occur-
sum. Talis fuit Elias de quo dicitur. Eccle. In diebus suis
non pertimuit principem, & in persona nemo vicit illum,
nec superauit illum verbis aliquis. Ideo dicitur Eccl.7. No
li fieri iudex, nisi tempore, nisi virtute valeas, irrumpere in ini-
quitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scã
dalum in agilitate tua. Item debet esse agnus per mansue-
tudinem, & humilitatem. Matth.11. Discite a me, &c. Mat.
D 5. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. i. regent ecclesiã
Ideo fuit electus Moyses in principem, & ducem populi,
quia erat mansuetus. Num. 12. Erat Moyses mitissimus su
per omnes homines, qui morabantur in terra. Psal. Super-
uenit mãsuetudo. i. insuperiore venit, & corripiemur, quia
vtilius corripit mansuetus prælatus, quàm durus. Debet
igitur fieri quædam mixtura in prælato, ex iusticia leonis,
& misericordia agni, vt sit iustus, & misericors. Sicut.n. le-
gitur de dño, iustus, & multũ misericors. Augustinus. Cũ
vtrunque sit necessariũ plus à vobis amari appetat quàm ti-
meri. Iaco.2. Iudicium sine misericordia illi qui non facit
misericordiã: superexaltat autem misericordiã iudicium.
Eccl.7. Noli esse iustus multum, neque plus sapias quàm ne
cesse est. Isa.15. Lupus & agnus pascentur, & leo quasi bos
paleas comedet. Hoc fit quando in prælato fit mixtum iu-
sticiæ, & misericordiæ, ita vt nec iusticia misericordiã ex-
pellat, nec misericordia iustitiam nimis emolliat. vnde pre
lato dicitur, verba patris habes, verbera matris habe.

Sed

Sed heu hodie ad literã leo vicit, et agnus occiditur. Quia multi prælati per violentiam opprimunt subditos, & deuorant mansuetos. Eccle.13. Venatio leonis onager in eremo, sic pascua diuitum pauperes. Ezec.19. est leo, & didicit prædam facere.i.exactores, & homines deuorare, & tamen dicitur Eccl.4. Noli esse, vt leo in domo tua: subuertẽs domesticos tuos. Bene ergo dicit Ioan. ꝙ vidit leonem vincentem, & agnum, quasi occisum, quia in prælatis viuit, & vincit rapacitas, & crudelitas: & mansuetudo, & pietas: fere cum omnibus occisa est. Infra.13. Agnus, qui occisus est ab origine mũdi. Bene dicit ab origine mundi. Quia statim vt orit͂ prelatus in mundo, occiditur in eo mansuetudo, & pietas. Sequitur. *Habentem cornua septem*.i. regię potestatis perpetuitatẽ. Per cornua.n. designatur regia potestas. Baruc.1. Erexit cornu salutis nobis. Per septem vero cornua perpetuitas tẽporis. Quia oia tpe septẽnario dierũ agimus. Dan. 7. potesta s eius, potestas eterna, quæ noo auferet͂. Et regnũ eius ꝙ non corrumpetur. Luc.1. Regni eius oon erit finis. Et oculos septem.i. cognitionis vniuersitatem, per oculos nãqꝫ cognitio designatur, & per septem vniuersitas. Eccle. 24. Domino Deo antequam creareotur omnia sunt agnita, sic, & post perfectum respicit omnia. Item per septem cornua signantur prælati cornuti, qui etiam debẽt esse cornei, carnem excedentes per cootinentiam, & parentum suorũ ignorantiam, et capiti Christo adhęrentes, per iugem meditationem, & per fidem, & amorem, quæ sunt radices cordis. De primo dicitur Deut.24. Qui dixerit patri suo, et matri suæ oescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, et oescierũt filios, ħ custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Psal. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus.i. de consanguineis, nec memor ero, nominũ eorum per labia mea. Ecclesię etiam sub oomine dicit dñs. Psal. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Item dicitur Abrahę, qui typum tenet prælatorum. Geñ.12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quàm monstrauero tibi, faciamqꝫ te in gentem magnam.i. prælatũ tunc demum quando egressus fueris. Moysen etiam in itinere voluit occidere angelus, quia ducebat secum filios, & vxorem. Exo.4. Huic io commendatione oouí sacerdotĳ, dicitur Heb.6. Melchisedech Rex Salem, sacerdos Dei summi, primũ quidem in tẽpore rex iusticię: deinde autem, et rex Salem, ꝙ est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, & ita manifestum est, si secundum legem mandati carnalis factus est; sed secundum virtutem vitæ insolubilis, reprobatio quidem fit pręcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem, sed audi quid dicatur Iob.21. de prelatis modernis. Egredient͂, quasi greges paruuli eorũ, et infantes eorũ exultãt lusibus, & supra parũ. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Beatus Bernardus. Vno episcopante tota progenies episcopatur. Hodie est aliquis, qui nullos habet parentes: cum fit episcopus, ipsa die multos habet oepotes, & consanguineos. Ideo miratur ecclesia de tã subita generatione multorũ. Isa.46. Nunquid parturiet terra in die illa vna, a [illegible]percutiet gens, qm̃ parturiuit, & peperit Sion filios suos. Item in eodẽ.49. dicit͂ ad Ierusalẽ. Dices ĩ corde tuo, quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens transmigrata, & captiua, & istos quis enutriuit? ego destituta, & sola, & isti vbi erant? Ad hoc respondet Isa. vlti. Adducent, inquit omoes fratres nostros de cunctis gentibus ad domũ dñi, io equis, & quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Ierusalem, & assument ex eis sacerdotes, & leuitas.i. de illis fient decani, archidiacones, & episcopi, de illis episcopis carnalibus, qui oepotes, et sauguineos, qui intuitu sanguinis promouent in ecclesĳs conqueritur dñs. Eze.43. sufficiant nobis oĩa scelera nostra domus Israel, eo ꝙ induatis filios alienos, incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluãt domũ meã. Abacuc.2. Væ qui ædificat ciuitatem io sanguinib9, & pręparat vrbem in iniquitate, Naum.3. Vę ciuitas sanguinum

E vniuersa mendacĳ, dilaceratione plena. Soph.3. Væ ciuitas prooocatrix, & redẽpta ciuitas columba. Non audiuit vocem, & nunc suscepit disciplinam: in dño est confusa, ad dominum suum non appropinquauit, princeps eius in medio eius, leones rugientes. Iudices eius, lupi vespere non relinquẽtes in mane: prophetæ eius vesani: viri infideles. Sacerdotes eius polluerunt sanctũ: iniuste egerũt contra legẽ. De secundo dicitur.1. Cor.7. Qui adhæret Deo vnus spiritus est. Psal. Innocentes, & recti adhæserunt mihi, dicit Christus de prælatis. De ĳs cornibus dicit͂ in Psal. Omnia cornua peccatorũ confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Item per septem oculos significantur idem prelati, qui debent esse semper in capite, & videre toti corpori, ecclesię. De primo dicitur Eccl.2. sapiẽtis oculi in capite eius. Psal. Oculi mei, ad fideles terræ, vt sedeant mecum. De secundo dicitur Prouer.4. Oculi tui videant recta, & palpebrę tuę præcedant gressus tuos. Qui sunt septem spiritus Dei.i. per
F fecte spirituales effecti. Psal. Qui facit angelos suos spiritus idest spirituales. Missi in omoem terram, ad prædicandum verbum Dei. Heb.1. Omnes sunt administratorĳ spiritus in mynisterium missi, propter eos qui hæreditatem capiũt salutis. Item per septem cornua, possunt intelligi septẽ dotes beatorum: per septem oculos septem dona spiritus sancti, quæ omnia habet Christus pro se, & pro suis. vnde ꝙ dicitur, qui sunt septẽ spiritus Dei, potest respicere vtrũqꝫ *Missi in omnem terram*.i. in omni terra existentibus, promissi. Iohel.3. Effundam spiritum meum super omnem carnem. Sap.1. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarum. *Et venit agnus*.s. in mundum. *Et accepit*, ioquantum homo. *De dextera sedentis in throno*.i.a seipso Deo, & Dei filio. *Librum*.i. legem ad sciendũ, & alĳs aperiendum, & licet Christus homo gratiam iotelligendi scripturas alĳs a filio propter vnionem, & quia filio appropiatur sapiẽtia, & quia filius dicitur magister hominum. Mat.23. Ne vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus.

Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti-
G *tiquatuor seniores ceciderunt coràm agno, habentes singuli cytharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, et cantabant canticum nouum, dicentes. Dignus es domine accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni Tribu & lingua & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnũ & sacerdotes, et regnabimus super terram.*

Hæc est sexta pars capituli in qua ostenditur quid sancti reddunt Deo pro redemptiooe generis humani. s. imitationem, & laudem. Imitatio vero in quatuor attenditur. Primum est humiliatio. Quia Christus se humiliauit formam serui accipiẽs, sicut se humiliauerunt, propter ipsum. Quod notatur ibi. Ceciderunt. Secundũ est carnis mortificatio, pro eis.n. Christus mortuus est, et ipsi propter se mor
H tificantur. Quod notatur cum dicitur *Habentes singuli citharas*. Tertium est latitudo amoris. Christus enim ex magno amore mortuus est pro sanctis, & sancti similiter propter amorem ipsius se morti exponuot. Quod notatur cum dicitur. *Et phialas* Quartum est oratio pro se inuicem. Christus .n. orauit pro inimicis, et sancti similiter. Quod notatur ibi, *Plenas odoramentorum*, per animalia vero, & seniores intelligitur vniuersitas sanctorum. Nam per animalia intelliguntur illi, qui seminant verba, per vigintiquatuor seniores illi qui se exercent in sex operibus misericordiæ, secundum regulam, & doctrinam quatuor euangeliorum. Dicit ergo. Et cum aperuisset librum, agnus scilicet cum legis mysteria prius occulta manifestasset, & diuinam dispositiooem de redimendo genere humano implesset, quatuor animalia.i. vniuersi p̃dicatores, & vigintiquatuor seniores.i. omoes fideles opera misericordiæ iuxta doctrinã euangelicam implentes. *Ceciderunt coram agno*, de se humilia sentientes, Deum magnificantes, ab ipso iustificati humi-

liter

liter postulantes. Ceciderunt dicit nõ descẽderunt. Quia humilitas nescit descẽsum: quia semper est in imo. Imple illud consilium dñi. Luc. 14. Si inuitatus fueris ad nuptias vade, & recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi: amice ascende superius, & tũc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. In hoc autem ꝙ dicit *Coram agno* nota differentiã inter casum humilitatis, et casum peccati, qui est retrorsũ Heli. 1. Re. 3. Qui aũt coram agno cadit, videt agnũ, & videtur ab eo. Et ita in hoc notaĩ rectitudo intentionis. *Habentes singuli cytharas* .i. carnis mortificationes. Vbi tot sunt cordę, quot in homine membra. Et omnes debent tangi, quia omnia membra, quæ peccauerunt dñt puniri. Ro. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditię, et iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete membra vestra seruire iusticię in sanctificationem. Isa. 23. sume cytharam circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum, vt memoria sit tui. Et dicit. *singuli*, quia non omnes vnam, sed vnusquisque sibi congruam debet agere poenitentiã. Luc. 9. Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucẽ suam. *Et phialas aureas*. i. corda lata, & lucida. Lata quidem per caritatem, Lucida per castitatem, Et aurea per sapientiam cęlestem. De primo dicitur. 2. Cor. 6. Os nostrum patet ad vos o Corinthij cor nostrũ dilatatũ ẽ, dilatamini, et vos. De secũdo. Isa. Lauamini, mũdi estote, auferte malũ cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Prouer. 22. Qui amat cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicũ regem. De tertio. Qui sapiens est corde appellabitur prudens. Prou. 16. *Plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum*. i. plenas deuotis orationibus, & pijs desiderijs, quales orationes sanctorum. Et comparantur omnia odori. Odor. n. circumquaq; se effundit, & omnibus se cõicat, sic sanctorum oratio se extendit ad omnes. Et quãto odor intensior est, tã eo diffusior, vt dicit glo. Vnde Paulus pro omnibus docet orare. 1. Thi. 2. Obsecro primũ omnium fieri orationes, obsecrationes, & postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, pro omnibus, qui in sublimitate sunt constituti. Item sicut odor ascendit, sic & deuota oratio. Eccl. 35. Oratio humiliantis se penetrabit nubes, et donec appropinquet nõ consolabiĩ. Cant. 3. Quę est ista, quæ ascendit per desertum. i. per cęlum, sicut virgula fumi: ex aromatibus mirrę, et thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij? *Et cantabant* laudando, & exultando in domino. *Canticum nouum*. De humani generis innouatione. De qua diciĩ Isa. 14. Noua quoq; annuntio, & statim subdit. Cantate domino canticum nouum laus eius ab extremis terrę. Vel nouum, de noua natiuitate, quæ fuit de matre sine patre. Prima quidem fuit sine patre, & matre: sicut Adam. Secunda de patre sine matre sicut Eua. Tertia de patre, & matre, vt Caim, & Abel, & omnium aliorum, hæc fuit quarta, & noua quia de matre, & sine patre. Iere. 30. Nouum faciet dñs super terram, fęmina circundabit virum. Ibi fuerunt tres mirę nouitates. s. Deus homo, mater virgo: cor fidele, PP ꝙ illa die cantat ecclesia. Cantate domino canticũ nouum quia mirabilia fecit. Dicentes: corde, ore, opere. *Dignus es domine Deus noster*. Quia immunis a peccato, & plenus virtutibus. *Accipere librum*. i. implere dispositionem diuinam. *Et soluere signacula eius*. i. legis ministeria sub figuris tecta manifestare. *Quoniam occisus es*. i. occidi præuisus. *Et redemisti nos*, qui sub peccato detinebamur conclusi. Ro. 11. Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur. Deo. i. vt essemus serui Dei, qui prius eramus serui diaboli. Isa. 50. Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis. *In sanguine tuo*. 1. Pe. 1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis de vestra vana conuersatione, traditionis paternæ, sed præcioso sanguine quasi agni incõtaminati, et immaculati Iesu Christi. Quia sine originali immaculati. Quia sine actuali peccato fuit. 1. Pe. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sed quia nõ dicit per sanguinẽ tuũ redemit totũ genus humanum per sufficientiã, sed in sanguine tuo .i. in fide, et in vnitate passionis suę redemit tantum bonos, per efficientiam. *Ex omni Tribu, & lingua, & populo, & natione*. i.

A ex trina generatione trium filiorum Noe. Dicuntur, tres tribus, & in qualibet Tribu sunt plures linguę. Et in qualibet aliqui fuerunt redempti. q. d. Ex omni natione, quę sub coelo est congregasti electos. Vnde. Matth. 8. Multi ab Oriẽte, et Occidente venient, et recumbẽt cum Abraham Isaac, & Iacob in regno cælorum, & fecisti nos. i. omnes redẽptos. *Deo nostro regnum*, & sacerdotes. i. regnantes spiritualiter, & nos ipsos humiliter offerentes, & pro alijs orantes. *Et regnabimus* per hoc *super terram*. i. super carnem eam spiritui subiciẽtes. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Item ex ea fures, & latrones. i. motus carnales penitus effugantes. Eccl. 10. Beata terra cuius nobilis est rex. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, intuitu suo dissipat omne malum, & eodem infra. Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem. i. arcum triumphalem.

Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum, & erat numerus eorum millia millium dicẽtium voce magna. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, et gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cælo est, & super terram, et sub terra, et quæ sunt in mari, et quæ in eo, omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, & agno, benedictio, et honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant. Amen. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem in secula seculorum.

(The letter B stands in the gutter beside the line "rus eorum millia millium dicẽtium voce magna. Dignus".)

Hæc est septima pars, vbi ostenditur Iohanni, quia sancti angeli congratulantur de reparatione generis humani, inde laudantes Deum, Sed quare in præcedenti parte egit Iohannes de cõgratulatione hominum: quia ibi ostẽdit, ꝙ ex illa congratulatione homines imitantur Deum, secun-
C dum ꝙ ipsum laudant, hic ostendit ꝙ angeli non dicuntur imitari Deum, quia non sunt eiusdem nostræ naturæ, sed homines sunt eiusdem naturæ, & ideo possunt eum imitari. Vnde Heb. 2. Nusquam angelos apprehẽndit, sed semen Abrahæ apprehẽndit. Vñ debuit per omnia fratribꝰ similari. Dicit ergo. *Et vidi, & audiui*. i. intellexi, ac si vidissem, & audissem. *Vocem*. i. congratulationem. *Angelorum multorum* existentium. *In circuitu throni*. s. prælatorũ. *Et aurr aliũ* Prædicatorum. *Et seniorum*. i. doctorum, vel omnium electorũ, qui in septem operibus misericordiæ secundum regulam quatuor euangeliorum se exercent: ex quo patet quòd angeli, & maiores, & minores, & medias personas ecclesiæ muniunt, & custodiunt. 1. Pet. 5. Probabile est quòd boni circuibãt ecclesiam ad defendendũ. Psal. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Isa. Heu super muros tuos Ierusalem, &c. Psal. Immittit Angelus domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos. Immittit dicit. i. missus venit, & erat numerus eorũ millia millium,
D hoc dicit, vt ostendat, quia quanto maior attestatio, tanto maius erit gaudium. Sicut nato domino nõ vnus angelus, sed multitudo angelorum canerei. Gloria in excelsis Deo. Lu. 1. Per hoc quòd dicit. *Millia millium*, nota ꝙ numerus angelorũ finitus est, & infinitus. Mille. n. numerus finitus est, sed propter pluralem numerum infinitus. Quia non diciĩ ꝙ sint duo, vel tria millia, sed millia milliũ. Deo igitur, qui videt omnia finitus est numerus angelorum, nobis autem infinitus. Vnde Iob. 25. Nunquid est numerus militũ eius? Danie. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia, assistebant ei. *Voce magna dicentium*. i. magna aggratulatione. Nam si gaudium est in cælo angelis Dei super vno peccatore pęnitentiam agente, vt dicitur Luc. 15. Quãtũ maius est gaudiũ eis de totius humani generis saluatione? *Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem*. Glo. i. Immunitatẽ a peccato. Sed nunquid in ipso instanti incarnationis habuit Christus immunitatẽ ab omni peccato? constat ꝙ sic. Qũo ergo dicit. Quia *Dignus est accipere*, quia occisus est?

Non.n.ex merito passionis habuit Christus immunitatem
peccati, sed ex vnione animę ipsius ad verbū. vnde ita im-
munis fuit á peccato in primo instanti concepoonis suæ
Christus, sicut post possionem, aut sicut modo est. Sic ipse
quo ad se, semper habet immunitatē peccati, sed oobis ac-
cepit merito passionis, quia ex passione inest baptismo ius
regeneratiua, & omnia sacramenta, inde habent virtutem
suam. Vel sic. Merito passionis accepit immunitatē pecca-
ti, quo ad euidentiā simile. Phi.2. Propter q̄d exaltauit illū
& dedit illi nomen, quod est super omne nomē. Glo. Quod
est Deus, ꝙ reuera non tunc donauit illi Deus, nisi quo ad
notitiam homioum, & diuinitatem.i.fidem, & notitiā ꝙ
sit Deus, licet visus fuerit ignorantiā habuisse, qn̄ fuit par-
uulus, *Et fortitudinem* qua diabolū vicit, licet victus in mor-
te fuerit visus. *Et honorem*, qnia fuit inhoooratus. *Et gloriam*,
impassibilitatis, quia fuit passus. *Et benedictionem*, quia
fuit conuiciatus. Item *Virtutem* contra nostram pusillani-
mitatem. *Et diuinitatem* contra nostram corruptibilitatem.
Sapientiam contra nostram ignorantiam. *Fortitudinem* contra
nostram imbecillitatem. *Et honorem* contra nostram con-
fusionem. *Et gloriam* contra nostram miseriam. *Et benedictio
nem* contra nostram maledictionē. Item dignus est agnus
accipere virtutem, in secundo aduentu quam in primo oc-
cultauit. Mat.24. Tunç videbunt filium hominis venientē
in oubibus cęli, cum virtute magna, & maiestate, & diuini
tatem in ipso iudicio: quā occultauit in patibulo, ibi.n.ab-
scondita est fortitudo eius.i.diuinitas, vt dicitur, Abacuc.3.
Et Psal. Cognoscetur dn̄s iudicia faciens. Io.5. Pater non iu
dicat quēquam, sed omne iudiciū dedit filio, vt omnes ho-
norificent filium, sicut homo, patrem.i. cognoscaot ipsum
Deum, sicut patrē, & sapientia in sententiæ dictatione qua
iustissime illos reprobauit, & istos elegit, fortitudinem, io
diaboli damnatione, & honorē, in resurrectione, & gloriā
in ascensiooe, & benedictionem, in fidelium multiplicatio
ne. *Et omnem creaturam*, idest domini non omois creatura, quę
in cælo est, vt angeli. *Et quæ super terram*, vt homines. *Et quæ
subtus terram*, vt dæmones, & mare, & quæ in eo sunt.i.om-
nes creaturæ. Matth. vlti. Data est mihi omnis potestas in
cælo, & in terra. Phili.2. Factus est obediens patri, vsq; ad
mortem, propter quod, & Deus exaltauit illlum, & de-
dit illi oomen quod est super omne nomen, vt in nomioe Ie
su omne genu flectatur, cęlestiū, terrestrium, & infernorū
q.d. omois creatura erit ei subdita, vt de ea faciat quicquid
voluerit. Matth.11. Omoia mihi tradita sunt á patre meo.
Item sic. *Dignus est agnus, qui occisus est* .i. præuisus occidi. *Acci-
pere virtutem, & diuinitatem, & sapientiā* .i. vniri diuioę virtuti, &
diuinę sapientiæ.i. verbo ꝙ est virtus Dei, & Dei sapiētia.
1.Cor.1. Et dicitur dignus dignitate congrui, & meriti, &
fortitudine impugnandi fortem, & diripiendi spolia eius.
Luc.11. Cum fortis armatus custodit atrium dn̄i sui, in pa-
ce sunt omnia, quæ possidet. Si autem fortior illo superue-
niēs vicerit illum, vniuersa arma eius auferet in quibus cō-
fidebat, sicut Christus in mundo quē diabolus possidebat
in pace vicit ipsum, & arma eius.i. peccatores quib9 ar-
matus erat abstulit. vnde Isa. 49. Nunquid tolletur a forti
pręda, aut quod captū fuerit á robusto saluum esse poterit?
Equidē q̄d ablatum fuerit, á robusto saluabitur. Et honorē
hominum, & angelorum, ad orationem, & totius mundi
subiectionem. Psal. adorate dominum omnes Angeli eius.
Et gloriam .i. corporis, & animæ stolam. Isa.43. Iste formo-
sus in stola gradiens in multitudine virtutis suæ. Psal. Glo-
riam, & magnū decorem imposuisti super caput eius, et be
nedictionē in oatiuitate. Lu.1. Benedict9 fructus ventris tui.
Psal. Benedictus, qui venit io nomioe domini. Deus dn̄s, &
illuxit nobis, & omnem creaturam, ad obediendum, & ser
uiendum ei. Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Io.17.
Omnia mea tua sunt, quæ in cęlo sunt, & quę super terram
.i. angelos, & homines. Ephe.1. Suscitās illum à mortuis, &
constituens ad dexteram suam io cęlestibus super omnem
principatum, & virtutem, & dominationem, & omne no
men ꝙ nominatur, non solum in hoc seculo, sed in futuro,
& oīa subiecit sub pedibus eius, & quæ subtus terrā .i. in

E inferno, Colo,2. Expolians principatus, & potestates trans
duxit cōfidenter. Supra.i. Habeo claues mortis, & inferni.
Et mare, & quæ in eo sunt .i. omoem mundum, omnes audiui
dicentes, omnes angelos.s. vel omnes creaturas, sedenti su-
per throno, et agno,i. Christo sedenti secundum diuinitatē,
& agno secundum humanitatē. Lucet sedenti super thro-
no, & agno.i. patri, et filio. Benedictio, & honor: potestas et
gloria. Hæc quatuor, quæ acceperunt à dn̄o angeli attri-
buunt ei à quo recognoscent se habere omnia. Benedictio
pro dono creationis, quia tam nobiles, & in tam nobili sta
tu sunt creati. Hæc fuit benedictio de rore cęli desuper.i. so
la gratia dei. Gen̄.27. Honor pro reuerentia, & honor quē
exhibet eis tota ecclesia humana. Glosa pro dono visionis
dictę, & coofirmationis. Potestas pro dono potentiæ, quia
potentes sunt super dæmones, refrenandos in secula secu-
lorum semper, & continue dicāt hæc oēs angeli, sedenti su-
per throno, & agno, sed cum hoc habuerint à principio an
tequā Christus incarnaretur, qn̄o hæc attribuūtur agno?
F Sic agno attribuunt, quia per ipsum eorum ruina reparata
est, & per ipsum hæc quatuor habuerunt, et omnia quę ha
bent, quia per ipsum omnia facta sunt. Io.1. hæc quatuor ta
men secundum vnam. Glo. exponuntur de ipso agno, hoc
modo. *Benedictio* .i. exaltatio sit ei.s. *Et honor* .i. impassibi-
litas. *Et gloria* .i. immortalitas in resurrectione. *Et potestas*,
quo ad omnium subiectionem. *In secula seculorum*, idest in
æternum. Item secundum aliam. Glo, Benedictio.i. augmē
tatio quam habemus in bonis operibus, & honor, qui inde
sequitur apud Deum, et homines. & gloria de virtute quas
io baptismo accepimus, & potestas, & qui concupiscentijs
restitimus, non uobis, sed ipsi attribuimus in secula secu-
lorum vnde. Psal. Non nobis domine, non nobis, sed nomi
ni tuo da gloriā. Item Benedictio.i. laus sit ei pro donis for
tunę, quæ dat quotidie nobis, quæ benedictio est de pin-
guedine terræ, & honor pro donis, quę dat, & conseruat in
nobis, & gloria pro donis grāæ, quę dat, & cōseruat, & aug
mentat in nobis, & potestas gloriæ, quæ pręparat nobis,
G immo iam præparauit. Io.14. Vado vobis parare locum.
In secula seculorum. *Et quatuor animalia*. Nona pars in qua
ostenditur qn̄o sancti consentiunt congratulationi angelo-
rum super hominum redēptione. Vnde dicit. *Et quatuor ani-
malia*.i. vniuersi prædicatores. *Dicebant. Amen* testimonio, &
cōgratulationi angelorū, sup hoīum redēptiōe, p̄bentes as
sensum, et confirmationē. *Amen*.n. nota est cōsensus, & cōfir
mationis. vnde glo. ad pręd icatores ex officio suo cōuenit,
alios confirmare. vnde Petro dictū est. Lu.22. Et tu aliquā
do conuersus confirma fratres tuos. Supra, tertio confirma
cætera, quæ moritura erant. Sed qn̄o possunt pręd icatores
confirmare dicta angelorum, qui sunt maiores, & dignio-
res eis? Solutio. Duplex est confirmatio, vna est per ratifica
tionem, & hæc est auctoritatis, & pertinet ad maiores, si-
cut Metropolitanus confirmat electiooes episcoporum.
Alia est per approbationem, & assensum, & hæc pertinet
ad mioores, & de ista agunt hic. Amen.n. hic est responsio
minorum, & finis ordinis. vnde.1. Cor.14. Si benedixerit
H spiritu, quis supplet locum idiotę, qn̄o dicet Amen super
tuam benedictionem, quoniam quid dicat nescit. vnde in
hoc ꝙ pręd icatores dicunt ad benedictiooem angelorum.
Amen, notaē ꝙ sunt minores, illis. Vnde Matth.11. Qui mi
nor est in regno cęlorum maior est illo.i. Iohanne Bapti-
sta. In hoc etiam quod homines dicuot Amen, & non ipsi
angeli, notaē concordia hominum, & angelorum in laude
diuina. Vnde Psal. Præuenerunt principes coniuncti psal-
lentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.i. lau-
dantium animarum. *Et viginti quatuor seniores* .i. vniuersi do-
ctores, vel vniuersi fideles sex operib9 misericordiæ, iuxta
regulam, quatuor euangeliorum inteudentes. *Ceciderunt in
facies suas* .i. se humiliauerunt suas considerantes conscien-
tias, & non alios iudicantes. Qui.n. caderet frequenter in
faciē suam.i. freqoenter consideraret conscientiam suā iu-
dicaret se, & noo alios. Iob.5. Visitans speciem tuam, non
peccabis. Gala.6. Considerans te ipsum, ne & tu tenteris.
Et adorauerunt, corde, ore, opere, Quod seq̄tur, nō debet esse
in litera

in litera. Sed quia plures libri habent, ideo exposui. *Viuentem in secula seculorum* .i. Christum, qui viuit in se in æternum, & dat alijs vitam. Io. 14. Quia ego viuo, & vos viuetis. Item Io. 5. Sicut pater suscitat mortuos, & viuificat. Sic & filius viuificat, &c. Infra Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso.

CAPVT VI.

ET vidi quòd aperuisset agnus vnum de septẽ sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens tanquam vocem tonitrui. Veni, et vide. Et vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, et exiuit vincens, vt vinceret.

HIC incipit tertia pars huius secundę visionis, in qua ostenditur septuplex status ecclesiæ, et continet duo capitula, sextũ.s. & septimũ. Diuiditur autem hæc tota pars in septem partes secundum numerum sigillorum, & statuum ecclesiæ. Sigillorum.n. apertio nihil aliud est quam statuũ ecclesiæ manifestatio. In hoc autẽ sexto capitulo cõtinetur apertio, quinque sigillorum, & in parte apertio sexti, & secundum hoc istud capitulũ diuiditur in sex partes. Prima pars est de primo statu ecclesiæ, qui fuit tempore Apostolorum, qui significatur per equum album, cuius sessor est Christus, qui primum sigillũ aperuit ecclesiæ primitiuę.i. resurrectionem mortuorum, quæ latebat in scriptura, quæ significatur per Aaron, & ob hoc necesse fuit, vt primo prędicaretur resurrectio, vt credita resurrectione minus timeretur passio, & postea videant Christum viuentem, & morientem. Vnde certi erant de eius humanitate, de diuinitate autem ipsius, certificati fuerunt in resurrectione: & ideo primo debuit prædicari, ne inanis, & vacua esset fides eorũ: dicit ergo, & vidi oculo interiori. *Quod aperuisset agnus*, qui solus hoc potuit, quia ipse est solus Dei virtus, & Dei sapiẽtia. 1. Cor. 1. Vnde Sap. 7. Ipse sapientię dux est, & sapientiũ emendator. Item in eodem. 8. Doctrix est disciplinę, & electrix operum illius. *Vnum de septem sigillis*, idest quod complesset quicquid de ipso vsq; ad ascensionem in veteri lege sigillatum fuerat .i. obscure prædicatum, & audiui auditu interiori. *Vnum de quatuor animalibus*. s. Marcum, qui primus est in hac visione, et specialius agit de resurrectione Christi, Vnde glo. dicit. Vnũ.i. Iohãnẽ. Sed hic dicit glo. quia Iohãnes diuinitatẽ Christi apertius, & altius intonuit q̃ ceteri, virtute cuius Christus à morte resurrexit: de qua resurrectione, Marcus apertius scripsit, & per hunc primus ordo prædicatorum, significatur, qui corporalem Christi resurrectionem, & ecclesiæ spiritualem prædicauit dicens. *Tanquam vocem tonitrui* .i. euidenter, & terribiliter, & mirabiliter. Multa enim mirabilia, & terribilia prædicauerunt, & fecerunt Apostoli. Vel Magnus dñs qñ ipsi prædicabant. Vnde stupebant aũt omnes, & mirabantur adinuicẽ dicentes. Nonnè ecce omnes, qui loquuntur Galilæi sunt? & quomodo nos audiuimus vnusquisq; linguã nostrã, in qua nati sumus, sicut omnes audiunt tonitruũ. Vnde Psal. Vox tonitrui tui in rota.i. in orbem terrarum. Deinde qñd dixerit primum animal ostendit. *Veni* ostendendo. *Et vide* intelligendo. Vel veni à figuris vmbras abiiciẽdo, & vide rei completæ veritatem intelligendo. Heb. 10. Vmbram habens lex bonorum futurorum, non ipsam imaginem rerũ. Item *veni* fide. *Et vide* spe.i. clare intellige. Isa. 7. Secundum aliam literam. Nisi credideritis non intelligetis. *Et vidi* hoc audito. *Et ecce equus albus* .i. primorum prædicatorum cętus, qui dicitur equus propter securitatis audaciam contra tentationum, et tribulationum insultus. Et propter fortitudinem qua fortius sustinebant aduersa propter audaciam prędicationis, qua audacter prædicabant vera. vnde Iob. 29. Nunquid præbebit equo fortitudinem, aut circundabit in collo hymnitũ? gloria narium eius terror terrę, vngula findet, exultat audacter in occursum pergit ar-

A matis, contemnit pauorem, nec cędit gladio. Item propter velocitatem currendi. Isa. 60. Qui sunt isti qui, vt nubes volant? Abacuc. 1. Velociores Pardis equi eius.i. prędicatores hæreticis. Item propter patientiam. Psal. Bene patientes erunt, vt annuncient Prouer. 19. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sella huius equi est iustitia, quę parat locum sessori.i. Christo. Psal. Iustitia, & iudiciũ prępararatio sedis tuę. Hester. 6. Homo quẽ rex honorare cupit, debet indui vestibus regis, & imponi super equum, qui de sella regis est. Frenum quo ducitur equus huc, & illuc, est obediẽtia. Psal. In chamo, & freno maxillas eorũ constringe. Ia. 3. E quis frenum in ore mittimus, ad consentiendum nobis. Equi sunt exempla sanctorum, quibus debent esse pedes muniti. Cant. 7. Quã pulchri sunt gressus tui, in calciamentis filia principis. Eph. 6. Calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Calcaria quibus stimulatur equus timor, et amor. 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Albus aũt dicitur equus propter baptismum quem prædicabant B .i. quo dealbata erant, & quã albedinem innocenter viuendo seruabant. De qua dealbatione dicit. Psal. Asperges me domine hissopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Item Isa. 1. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabũtur, et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. Item dicitur albus propter maiorẽ claritatem cognitionis. Albedo.n. inter omnes colores magis participat de lumine, et Apostoli plus habuerunt de vera cognitione. Vnde eis dictum est spiritualiter. Mat. 5. Vos estis lux mundi. Sequitur. *Et qui sedebat supra illum* Christus rector, & dux illorum. Isa. 33. Dñs rex noster, dñs legifer noster. *Habebat arcum* .i. sacram scripturã, quæ dicitur arcus, quia castrum domini .i. ecclesiam defendit, & inimicos eius vulnerat, & occidit: si tamẽ manu teneat. Iob. 29. Arcus meus in manu mea instaurabitur. Arcus fit ex duobus ex duro ligno, & corda molli, & licet corda sit mollis tamen durum lignum inflectit. Lignum ergo est duritia veteris testamenti. Corda est gratia noui. Vel corda est G misericordia. Lignum duritia. s. iustitia quã flectit misericordia. Iac. 2. Misericordia superexaltat iudicium. De hoc arcu dicitur. Geñ. 9. Quales debeãt ipsum portare. Ponam inquit dñs arcum meum in nubibus cęli.i. ijs, qui à terra sunt leuati: per contemptum terrenorum, & desideriũ æternorum: à quo sunt per compunctionẽ lucidi, per cognitionem clari, alti per contemplationem, placidi per prædicationem, agiles per obedientiam, molles per compassionẽ, coruscantes per bonam operationem, tonantes per comminationem, qui talis nõ est, nõ debet portare arcum.i. habere prædicationis officium. Ex hoc arcu emittuntur sagittę, quæ quosdam vulnerant ad mortem, & alios ad salutẽ. De quibus dicitur in Psal. Sagittę potentis acutę. Itẽ sagittę paruulorum factę sunt plagę eorum. Isa. 13. Suscitabo super vos Medos, qui argentum non quęrant, nec aurum velint. Sed sagittis paruulos interficient, & lactentibus vteri non miserebuntur. Deut. 32. Congregabo super eos mala, & furorem meum complebo in eis. Item in eodem. Ine- D briabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. 4. Re. 13. Sagitta salutis super Syriam. 1. Re. 21. Dixit Ionathas ad puerum suũ.i. Christus studentibus, vade, & affer mihi sagittas, quas ego iacio. Non quas iacit Aristoteles, vel Plato, vel inanis quælibet prophetia. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum. Quia studendum est ad honorem Dei, non ad lucrum mundi, vel laudem hominum. Quales aũt sint istę sagittę dicitur. 2. Re. 1. Sagitta Ionathę nunquam redijt retrorsum .i. nunquã respicit temporalia. *Et data est ei* .i. sessori tenenti arcum. *Corona*.i. caro qua diuinitas induta fuit, vt caput coronetur. Caput.n. coronam portat, & corona caput vestit, sic diuinitas humanitatem, & humanitas diuinitatem vestit. Cant. 3. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem, in dyademate quo coronauit eum mater sua, beatissima. s. Maria in die despõsationis eius.i. in die incarnationis quando humanitas diuinitati sociata est. *Et exiuit* à patre in ventre, & de vtero in mundum. Math. 2. & Mich. 5.

Et tu Bethlem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda, ex te.n.exier dux, qui regat populum meum Israel, & egressus eius à principio: in diebus æternitatis. Vtrunq; exitum tangit, sed qualiter, & qualis et ad quid exierit determinat. *Vincens, vt vinceret: vincens* naturam. Exiuit, quia non de vtero aperto, sed de clauso exiuit sicut in vterum clausum, & non apertum intrauit. Isa.7. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Ezec.44. Porta hęc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eã, eritq; clausa principi. Isa.62. Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splẽdor iustus eius, & saluator eius, vt lampas accendatur. Sion interpretatũ speculum, & significat beatissimã Virginem Mariam, quæ est speculum totius ecclesiæ, & sicut speculum imaginem hominis cũ maioris se recipit totam: sine fractione, vel læsione suæ integritatis, sic beata Virgo filium Dei in vtero suo verũ hominẽ multo maiorẽ se recepit sine læsione suæ virginitatis, & integritatis. Vñ elegantissime dicit. Donec egrediatur, vt splẽdor iustus ei⁹. Splendor egredit̃ à sole, sine solis læsione ac diminutione. Sic Christ⁹ Virginẽ. vnde cantat ecclesia, Sicut sydus radium profert virgo filium: pari forma, neq; sidus radio, neq; mater filio sit corrupta. Sic ergo vincens exiuit, quia exiens naturam vicit. Et exiuit vt vinceret diabolum, carnem, mundum. Diabolum per humilitatem, carnem per virginitatẽ, mundũ per paupertatẽ. Lu.10. Vade, & tu fac similiter, si vis esse victor. De hoc.n. proprie dicit Io.13. Exemplũ.n. dedi vobis, &c. Item. Data est ei corona spinea, & exiuit de Ierusalem. Vincens Iudæos, & Pilatum. Vt vinceret mortem, & diabolũ. De hac corona dicitur Matth.27. Plectentes coronam de spinis posuerũt super caput eius. De exitu dicitur Ioã.19. Et baiulãs sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locũ. Item. Data est corona.i. vniuersitas fidelium, qui ei adhæserunt, vt corona capiti. Psal. Exurge dñe Deus me⁹ in pręcepto quod mandasti, & Sinagoga populorũ circundabit te. Psal. Circundederũt me sicut apes, quæ in omni flore dulcedinẽ inueniũt. Et exiuit de angustia Iudææ, Vincens paucos de Iudæis quos conuertit ad fidem. Vt vinceret in gentibus per prædicationem Apostolorum: conuertendo eos ad fidem. Act.13. Vobis oportebat primũ loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitę æternæ: ecce conuertimur ad gentes. Item data est ei corona.i. corporis stola, & exiuit de hoc mundo p ianuas mortis: vincens ipsam mortem, vt vinceret infernũ spoliando ipsum. Osee.13. Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne. *Vincens, vt vinceret.* Exiuit inquam de mundo per contemptum ipsius, vt vinceret ipsum per prædicationem. Aliter.o.non potest vinci mundus: nisi per exitum ab eo: sed qui exit, debet exire totaliter, vt nihil de mundo secum ferat, nec de suo aliquid ferat, nec de suo aliquid in mundo relinquat. Quidam exeunt de mundo corpore, sed dimittunt in eo corpus.i. affectum suum in mundo, qui licet corpore sint in claustro, tamẽ corde, & cogitatione sunt in mundo. Sicut solet dici corpus in coro, cor in foro, & tales significantur per vxorem Loth, quæ post exitum de Sodomis, retro respiciẽs, mutata est in statuam salis. Gen.19. Statua figurã hominis habet, & non veritatem, sicut claustralis cuius cor est in mundo, figuram habet monachi, sed non veritatem: vnde.1.Re.19. Nuncij Saul credentes inueni re Dauid, in lecto suo.i. monachum in claustro: non inuenerũt nisi statuam, & pellem capræ.i. habitum monachalẽ sine monacho. Similiter Petrus, & Iohannes credentes inuenire Iesum in sepulchro, non inuenerunt nisi sudarium. Io.20. Ideo Abrahæ: iam egresso de Caldęa: dixit dñs Gñ. 12. Egredere de terra tua: et dicit Augustinus. Egressus erat iam corpore, sed ad huc illuc tenebatur mente. Aliq exeunt de mundo, sed non totaliter, quia non toto mundo. Quia licet corde, & corpore exierint de mundo quo ad diuitias, tamen cor eorum occupatur delicijs mundi, & sæpe cogitando de diuitijs quas habebãt in mundo, pœnitent exiuisse de mundo. Et tales significantur per Iudæos, qui io deserto suspirabant ad ollas carnium Aegypti. Vnde Nume. 11.

E Quis dabit nobis carnes ad vescendum? recordamur piscium quos cõedebamus in Aegypto gratis.i. sine labore. In nobis mentem veniunt cucumeres, pepones, porrique, & cępe, & allia. Et supra parum. Vulgus promiscuũ quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio carnium, iunctis sibi pariter filijs Israel. Alij exeuntes de mundo, portant secum multa de mundo. Quidam honores ipsius quos ad huc ambiunt in religione. Alij diuitias, alij delitias, alij mores mundanos, verbi gratia, modum eundi seculariter, modum loquendi, modum comedendi, & alios gestus seculares. Et tales significãtur per Rachel, quę furata est idola Laban, & abscondit subter stramenta cameli, vt dicitur Gñ. 31. Quæ sunt idola Laban? nisi honores mundi, & diuitiæ, et delitię, quas multi abscondunt subter stramẽta cameli.i. pannis claustri. Sed timeodum est, q; dicit ibi Iacob. Apud quẽcũq; inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris. De hoc dicitur Isa.33. Quis habitauit ex vobis cum ardoribus sempiternis? idest cum illis fratribus, qui habitãt

F cum ardore sempiterno, i. charitate in Deum. Et respõdet, qui ambulat in iustitijs.i. extra obedientiã, & loquitur veritatem, non vanitatem. Qui proijcit auaritiam ex calumnia.i. amorem rei temporalis calumniosum, & excutit manus suas ab omni munere, recipiendo, & etiam dãdo. Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem .i. detractionem vbi sanguis effundit̃, et claudit oculos suos ne mala videat, hic habitabit in excelsis.q.d. Qui mundum, & mores mũdi, omnia dimiserit, hic poterit habitare in claustro. Item Isa.14. Perdam Babylonis nomen.i. verba secularia, & reliquias.i. gestus seculares, & progeniem.i. opera secularia, & germen.i. secularia desideria. Hoc est quod dicit̃ ad Tytum secundo. Abnegantes impietatem.i. cupiditatem, & secularia desideria: sobrie, & pie, & iuste, viuamus in hoc seculo. Sobrie nobis, pie Deo, iuste proximo, & hoc est quòd dicitur Abrahæ. Gñ.12. Egredere de terra.i. de carne tua, & de cognatione, idest de parentela tua, & de domo patris, idest de amore mundi, & sic veni in terram quam

G monstrauero tibi.

Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundũ animal, dicens, Veni & vide. Et exiuit alius equus rufus & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.

Et cum aperuisset. Hæc est secunda pars huius capituli, in qua agitur de secundo statu ecclesię, qui fuit tempore martyrum. Apertio huius secundi sigilli, idest signaculi, est prędicatio passionis Christi, quæ in lege sigillata erat. Et recte sequitur hoc sigillũ ad præcedens, idest apertio huius sigilli ad apertionem pręcedentis. Quia prædicata resurrectione Christi per quã innotuit esse Deus, multi de Iudęis crediderunt. Quibus inuidens diabolus, quia homines afficẽ debant illuc. vnde ipse eeciderat, mouit contra eos graues

H persecutiones, quæ a morte Stephani inceperunt. Vt dicitur Act.7. vnde oportuit dispergi credentes inter gentes, vbi graues substinuerunt molestias, propter quod necesse fuit prædicare domini passionem, vt exemplo eius nullus timeret mori pro dño, quia pro ipsis mortuus est. *Equus* iste fuit Tyrannorum cętus. vnde dicitur *Rufus* propter crudelitatem, Sessor eius diabolus, Magnus gladius est potestas nocendi, & occidendi sanctos. Dicit ergo. *Et cum aperuisset* ille: idem qui præcedens aperuerat. Magnus sigillum secundũ: idest consummasset passione, et ipsa rei euidentia ostẽdisset, quòd sub lege clausum erat. *Audiui secundũ animal.*i. ordinem prædicatorum, qui tempore Martyrum passionẽ Christi prædicauerunt. vnde significatur per Lucã. Qui specialiter scribit de passione dñi, dicens. *Veni & vide* vt prius, vel *veni* credendo, quid dicitur, & *vide*.i. & prouide tibi, & ecclesiæ, & *Exiuit* ab amicitia Dei, in odium, & persecutionem, vel *Exiuit* ab occulta malitia cordis, in apertã seuitiam operis. Iuxta illud Psal. Concepit dolorem, & pe-

perit

perit iniquitatem. Alius equus superiori contrarius. Superior quidem erat bonus .s. cætus prædicatorum, hic malus .s. cętus tyrannorum. *Rufus*, idest crudelis, & sanguinolentus, sanguine sanctorum cruentatus. De quo Zac. 1. Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equũ rusum, & qui sedebat super eum, scilicet diabolum, qui tyrannos regit, & ducit in mortem, et oppressiooem sanctorum. Datum est ei: idest à Deo permissum, vt sumeret pacem de terra, idest quietem meotis tolleret à terrenis. Glo. Israel sabbatum recipit à munere. Aegyptus vero percuitur muscarum multitudine. Isa. 48. Non est pax impijs dicit dñs. Io. 17. In mundo pressuram, in me autẽ pacem habebitis: vel sic, vt sumeret pacem de terra, idest illatis persecutionibus mentes bonorum ab amore terrenorum auelleret. Gregorius. Cum mundus tot calamitates ingeminat, quid aliud nisi, vt fugiatur clamat? Luc. 11. Putatis ꝙ pacẽ veni mittere io terram? non dico vobis, sed separare, Deo permittente, & diabolo suggerente. Mat. 10. Tradet autẽ frater fratrẽ in mortem, & pater filium, & exurgent filij in pareotes, & morte afficient eos. Ioã. 16. Venit hora, vt oĩs qui ioterficit vos, arbitretur obsequium se pręstare Deo, & vt inuicem se interficerẽt, gladio prauę persuasionis, quo mutuo se occidunt multi. Iudith. 7. Mutua se cæde truncabunt. Iosuę. 8. Vociferantes pariter, & mutuo se occursitantes, persecuti sunt eos mali, scilicet bonos. Et datum est illi gladius magnus, idest potestas magna persequendi, & occidendi sanctos, & dicitur gladius magnus pro multitudine occisorum, quia multos occideruot tyranni, & pro magnitudine, quia non solum minores, imo maiores sicut Apostolos occiderunt. vnde Treno. 2. dicit ecclesia ad dominum. Iacuerunt in terra foris pueri, & senes, virgines meæ, & iuuenes ooftri ceciderunt in gladio, in die furoris tui, idest tempore quo permisisti tyrannos furere contra sanctos, ꝙ tempore recte dicitur dies, quia tunc exibant sancti de tenebris, præsentis vitæ, io lucem vitę æternæ, & etiam quia tribulatio illuminat bonos. Isa. 28. Sola vexatio dabit intellectũ auditui. Primus equus fuit figuratus io innocentia Abel, Isaac, & Iacob, Dauid. Secũd⁹ in crudelitate Caim, Ismael, Esau, Saul, & cęteris binarijs, quæ ponit Petrus in itinerario suo. Primus Abel, Caim. Secund⁹ Noe, & gigantes. Terti⁹ Abrahã. Quart⁹ Ismael. Quint⁹ Iacob, Esau. Sext⁹ Moyses, & Magi. Septimus Dauid, & Saul. Octau⁹ filius Dei, & Iudęi. Non⁹ Simõ Magus, Petr⁹, Christ⁹, Petrus, et Antichristus. Et de hoc equo, & equite suo dicitur Exo. 15. Equum, & ascensorem proiecit in mare. Vt patet in Nerone, & Valeriano, & Maxentio, qui plusquam Paulus. Laurentius, Viocentius, auxiliabantur, etiam dum torquebant eos.

Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens, veni, & vide, Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentẽ. Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, & vinum, & oleum, ne læseris.

Et cum aperuisset sigillum tertium, hæc est tertia pars huius capituli, in qua agitur de tertio statu ecclesiæ, & tertij sigilli apertione. Videns enim diabolus se nihil proficere in occisione Martyrum, sed magis eorum patientia, & virtute ecclesiam roborari, suscitauit hæreticos, qui peruerse exponentes scripturam, hæreses induxerunt, & quia fere omnis hæresis circa natiuitatem Dei versatur, ideo oecessarius fuit Tertius ordo prædicatorum, qui incarnationem domini prædicarent, & ideo per tertium animal signatur Matthęus, qui expressius cęteris scripsit de incarnatione dñi, & natiuitate eius. Et dicuntur in hac parte quatuor. Primo, quis sit equus tertius .s. cætus hæreticorum. Secũdo, quis sessor .s. diabolus. Tertio quid teneat: quia stateram quæ est peruersę scripturæ expositio. Quarto ponitur consolatio fidelium. Ibi. *Et audiui*, Dicit ergo. *Et cũ*

A *aperuisset* agnus, qui alia aperuit sigillum tertium, idest ea, quæ in tertio statu ecclesiæ, hoc est tempore hęreticorum facta sunt ostendisset, vel ostendere præuidisset. Audiui tertium animal, idest tertium ordinem prædicatorũ, Per tertium animal designatum, qui scilicet tempore hęreticorũ prædicauit, & instruxit homines de incarnatione, & natiuitate eliminans errores contrarios, & astruens veram fidem, dicens. *Veni* credendo eis, quæ audis. *Et vide*, idest tibi prouide, & quare sit tibi prouidendũ subiungit. Et ecce *Equus niger*, idest cætus hæreticorum sordibus peccatorum denigratus. Sed rigore patientiæ exterioris, ne possit perpendi eius malitia, palliatus. vnde bene dicitur equus niger, quia nigredo prouenit ex labore exteriori, & carnis mortificatione, per quód calor naturalis extinguit̃, & ipsi modis omnibus nituntur extinguere fidem in alijs, qui est specialiter calor naturalis viuificans hominem interiorẽ. Abacuc. 2. Iustus in fide sua viuit: & iste equus proprie contrarius est primo: nam iste niger ille albus est. Ille
B astruit fidem: iste destruit. Sessor illius Christus est. Sessor istius diabol⁹. Fręnũ illius obediẽtia, vel laus diuioa. Iuxta illud Isaię. 4. Infrenabo te laude mea, ne intereas: fręnum istius inobediẽtia, et Dei blasphemia. Sella illius iustitia, sella istius iniustitia. Ille ferratus est ferro patientię, iste deferratus sine patientia. Ille albus per ionocentiam, iste niger per malitiam, & qui sedebat super eum, scilicet diabolus, qui regit, & ducit alios quo vult: habebat stateram in manu sua, idest peruersam scripturæ expositionẽ, quę staterę comparatur. Quia sicut statera sine pondere de facili mouetur, huc atq; illuc. sic scriptura: si non habeat pondus catholicæ expositionis fluctuat huc, & illuc, & sicut statera per astutiã falsi mercatoris potest male inchoari, sic scriptura per astutiã falsi expositoris potest male exponi. Sed bonus doctor sentit sanctorum expositionem. vnde Geñ. 49. Isachar asinus fortis accubãs inter fortes terminos. Isachar interpretatur dominum cõmemorans, & significat doctorem catholicum, qui semper accubat inter terminos, quos
C patres posuerunt, idest sequit̃ sanctorũ expositiones. Iuxta illud Prou. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Iob. 23. Constituisti terminos eius, qui præteriri oon poterunt. Et signanter dicit. *Habebat stateram*, quia hęretici scripturam habent, & oon habentur ab ea. Nam superbe ei dominãtes, suo sensui, eã coaptant, econtrario catholici doctores noo habent, sed habentur à scriptura. Quia habiliter subijciunt se illi captiuantes intellectum suum in obsequium Christi. Sicut dicitur. 2. Cor. Item dicit. *In manu sua*. Quia se ipsos mactando, & iuxta literę superficiem operando affligunt. Sed totum hoc faciunt, vt videant̃ huiusmodi, & sic facilius decipiunt credentes sibi, & de talibus dicitur Oseę. 12. Canaan io manu eius statera dolosa. De qua statera dicitur Prouerb. 21. Statera dolosa abhominatio est apud Deum, pondus ęquum voluotas eius. Item statera quam diabolus habet in manu sua, est tribullatio quam Deo permittente, bonos, et malos affligendo põderat. Ibi cognoscitur cito, qui siot grauioris
D ac leuioris ponderis, qui ex tribulatione mouent̃ murmurando, vel peccando, leues sunt, nec sunt iusti ponderis, & tales proijcit dñs. Qui autem oon mouentur iusti ponderis sunt, & tales ponit dñs io thesauros suos. Act. 14. Per multas tribulationes, &c. Sequitur. *Et audiui tanquam vocem* .s. angeli existentis in medio quatuor animalium, idest vocem Christi, qui io medio prædicatorum est, vt doctor eorum dicentium idem quod angelus. Quia angelus loquitur in animalib⁹, & promittitur hic auxilium, sicut dicit Glo. Quia in pugna hæreticorum maius immioet periculum, & ex promissione auxilij datur consolatio, ꝙ diximus fieri in tertia parte capituli. Hæc autẽ vox nihil aliud est quám concors doctrina prædicatorũ, quasi animali illa vox dicat, subiungit, bilibris tritici denario. Bilibris ad literã est mẽsura capiens duas libras, & significat sacrã scripturam habentem duplicẽ intelligẽtiam .s. Historicam, & misticam, siue literalẽ, & spiritualem. Igitur vna libra est sensus spiritualis. Triticum vero, quia est cib⁹ nobilium ho-

minum, nouum significat testamentum. *Bilibris* ergo *Triti-
ci* est intelligentia noui testamenti, duo sensus continens
quasi duas literas.s.naturale, & spirituale. Ordeum ꝙ est ci
bus rusticorum, & iumentorum, & duritiam habet in cor
tice: sed medullam interius dulcem: significat ueteris testa
menti scripturam, quæ data est rudibus Iudæis, & exteriꝰ
in litera prætendit duritiam: sed interius continet, suauem
intelligentiam. Et quia vetus testamentum duos sensus ha
bet sicut & nouum.s.literalem, & spiritualem: & dicitur si
militer bilibris ordei. Sed quia conueoientia veteris testa-
menti tripartita est apud Hæbreos.s.in legem, & Prophe-
tas, & Agiographa: ideo sunt tres bilibres ordei.i. tres par
tes veteris testamenti. Quarum quęlibet est bilibris.i.ha-
bens duas libras.i.duos sensus, literalem.s. intellectum, &
spiritualem: per denarium significatur vnitas fidei. Dena-
rius.o.regis habet imaginem, & superscriptionem. Ima-
go vero ad humanitatem, superscriptio refertur ad diuini-
tatē: de quibus duobus est fides. Vnde denarius est vnitas
perfectę fidei, continua recte dicitur vendi, vel emi dena-
rio. Et bilibris tritici, & tres bilibres: de quibus agitur hic
sub specie oigri equi, quasi sic diceret. Vox audita īter qua
tuor animalia. Nolite timere vos fideles: si hæretici male
expoount scripturam. *Quia bilibris tritici*: idest iotelligentia
totius noui testamenti: tam sm sensum literalem, quàm
sm spiritualem, denario emitur, vel venditur, idest vnita-
te perfectę fidei, datur intelligentia noui testamenti. Iac.1.
Siquis vestrum indiget sapientia: petat à Deo, qui dat om
nibus afluenter, & non improperat, & dabitur ei: postulet
in fide nihil hęsitās. Ecce habes expresse, ꝙ merito fidei da
tur intelligentia scripturę. Vere ergo dicitur hic *Bilibris tri-
tici denario, & tres bilibres ordei*: idest sana intelligentia veteris
eestamenti: sm vtrunque sensum emitur, & venditur *De-
nario*: idest vnitate perfectę fidei, sicut & nouum: & meri-
to idem præcium est vtrobiꝗ: quia eadem intelligentia
est in vtroque testamento. Quia rota est in medio rotę.
Eze.1. In vanum ergo laborant hæretici, quia nunquàm
peruenient ad rectam intelligentiā scripturarum: nisi per
vnitatem perfectę fidei. Quia in maleuolam animam non
introibit sapientia. Item bilibris dicitur nouum testa-
mentū, propter duo, quę cootinet: precepta.s. & consilia.
Vnde iuueni, qui dixit, Domine, hæc omnia seruaui à iu-
uentute mea, Respondet Deus, vnum tibi deest. Si vis per-
fectus esse, vade & vende omnia, &c. Mat.19. *Et tres bilibres*
sunt vetus testamentum propter tres partes.s.legem, &
Prophetas, & Agiographa, quarum habet duas libras, ce-
rimonias exteriores, & veritatem latentem interius, quæ
vsꝗ hodie occultatur Iudæis. Vnde.2.Cor.4. Vsꝗ hodie
cum legitur Moyses velamen est positum, super corda Iu-
dæorum, &c. Quia ipsi tenacissime adhęrent paleę: me-
dullam interiorem non percipientes. Vnde Iob 30. Mande
bant herbas, & arborum cortices. *Et vinum, & oleum, ne læseris.*
Tu.s.qui sessor es equi rufi, idest bonos prædicatores, qui
male viuentes mordaciter increpant, & pusillos suauiter
consolantur, & sicut Samaritanus, qui vinum, & oleum
imposuit vulneribus sauciati. Luc.x. Et ꝙ dicitur. *Ne læseris*
intelligitur de lęsione animę: cui reuera nullus potest no-
cere si ipse vult: corpus autem lędi potest, & occidi. Iuxta
permissionem Dei. Vnde Iob.2. Dixit Domious ad Sathā.
Ecce in manu tua est, veruntamen animam eius serua. Itē
Mat.10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt: aoimam
autem non possunt occidere. Item per vinum, & oleum
intelligitur nouum, & vetus testamentum, quæ præcepit
Deus non lędi. Quia licet hæretici praue exponant, tamen
veritas remanet incorrupta. Item *Bilibris tritici*: est vetus, &
nouum testamentum, ꝙ *Denario* comparatur: idest vita
æterna. Vnde quicunque ad habendas has duas libras tri-
tici, accedunt, propter vnum Deum habendum accedere
debent, vt non aliud præcium siue mercedem quęrāt, nisi
vitam æternam. Matt.20. Conuentione facta ex denario
diurno misit eos in vineam suam: idest in sacrā scripturā.
Tres vero *Bilibres*, quæ eodem denario comparātur, est fides
Trinitatis operās per dilectionē Dei, & proximi, ad cuius
E fidei medullam, quia nemo in hac vita recte attingere pōt
plene iam recte non tritico: sed ordeo comparantur. Vnde
pauci sunt, qui non solum disputare: imo cogitare de ea
formident, pro ea tamen denariū recipient, si crediderint,
quamuis non intelligant: hoc est ergo ꝙ vox illa dicitur
Bilibris tritici denario vno intelligentia veteris, & noui testamē
ti emitur a Discipulis, & vendit' à Magistris pro vita ęter-
na. Nec enim aliud pręmium debet quęrere doctor sacræ
paginę, vel auditor, nisi vitam æternam. Vnde Iob 28. Di-
citur de Sapientia. Nescit homo præcium eius, & Infra.
Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur ar-
gentum in commutatione eius. Prouer.3. Præciosior cun-
ctis opibus, & omnia, quæ desiderātur huic non valent cō
parari. Miserabiliter ergo decipiuntur, qui sacram paginā
docent, vel audiunt, pro mercede temporali. Ideo dicitur
Prouerb.23. Noli vendere sapientiam, & doctrinam, &
intelligentiam. Sequitur. *Et vinum, & oleum ne læseris*: vinum
est legis austeritas, oleū, est euāgeliꝫ suauitas. Illud inebriat.
F istud sanat. Illud pungit, istud vngit. Illud mentes euertit,
istud dementes conuertit. Litera enim occidit, spiritus
autem viuificat, hæc lęduntur quando praue intelligun-
tur. Vinum igitur, & oleum lædit, qui vetus, & nouum te
stamentum male exponit. Ideo hæreticis, qui significātur
per equum, est vir iustus, in quo est duplex libra, idest ve-
ritas, & sapientia Christi, qui est triticum. de quo dicitur
ad beatam Virginem. Cant.7. Venter tuus sicut aceruus
tritici, vallatus liliꝫs. Mirum est, quod dicit, ꝙ virgo vnum
solum granum tritici habuit in ventre, & tamen dicit ven-
ter tuus sicut aceruus tritici. Sed hoc est, ꝙ ex illo grano
infinita grana oriuntur, & in illo erant omnia per virtutē.
Vnde. Ioan.12. Nisi granum frumenti cadens in terrā mor
tuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fue-
rit multum fructum affert, *Tres bilibres ordei*, sunt fideles im-
perfecti, qui habent paleam tenacem.i.temporaliū amo-
rem. Vnde hi significātur. Io.2. Per Hydrias capientes mē
suras binas, vel ternas, vtriꝗ denario empti sunt: idest san-
G guine Christi. Vnde, 1.Pet.2. Non corruptibilibus auro, &
argento, &c. Cor.6. Empti enim estis præcio magno, &
quia imperfecti scandalizantur, perfecti vero non de faci-
li, ideo dicitur Exo.9. ꝙ ordeum lęsum est, eo ꝙ virens es-
set. *Triticum autem, & farrum non sunt* lęsa, quia serotina erant.
Vinum: idest penitentes, & *Oleum*: idest misericordes ne læ-
seris. Tu Princeps, qui noces, quicunque sis, & istos pręci-
pue pręcepit non lędi Deus, quia vicerunt. Vnde. Supra.2.
Qui vicerit non lædetur à morte, secunda, licet tangantur
tribulatione præsenti, quę dicitur mors propria. Sap.3. Iu-
storum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormē
tum mortis.i.pœna inferni: pœna autem mundi sæpe tan
git eos, & vult Deus, vt hic tangantur. Greg. Sancti pœnā
præsentem lucrum putant, quia per hanc ęternam euade-
re non ignorant: Sequitur.

*Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem
quarti animalis dicentem. Veni, & vide. Et ecce equus
H pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, &
infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super
quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte,
& bestiꝫs terræ.*

Et cum aperuisset. Quarta pars huius capituli, vbi agitur
de quarto statu Ecclesiæ. In quo fuit persecutio siue pestis
falsorum fratrum.i.hypocritarū, quos Diabolus, tandem
in Ecclesiam introduxit, per quos secretius, & familiarius
domesticos impugnant. Videns enim Diabolus, ꝙ neꝗ
per paupertatē, & per violentas tribulationes, nec per astu
cias, & fraudulentas hæreses proficere potuit, immo per
hęc Ecclesiam robustiorem, & cautiorē fieri vidit, hypo-
critas introduxit, vulpes subdolas, quæ latenter vineam
domini demoliri, nituntur. Vnde Cant.2. Capite nobis
vulpes, quæ demoliūtur vineas. Dicit ergo. *Et cum aperuisset*
Agnus, scilicet *sigillum quartum*: idest secreta status, quia ma-
nifestasset. *Audiui vocem quarti animalis dicentis, veni, & vide.* Quar-

tum

tum animal fuit Aquila altius cæteris volans, & clarius videns, & significat Iohannem quasi verbum apud patrem æternaliter existens, & in mundo carne factum temporaliter. Omnibus clarius Deo reuelāte prospexit, et designat ordinem prædicatorum, contra hæreticos verbi diuinitatē simul, & humanitatem fideliter prædicantium. Per equū autem pallidum designantur hypocritę, qui vt de religione laudentur, ieiuniis, & vigiliis, & aliis corporalibus exercitiis, coram hominibus se affligūt. Vnde vigore subtracto et sanguine minorato, quasi iam moribundi pallescunt: vnde Matth. 6. De ipsis dicitur. Exterminant enim facies suas vt videantur hominibus ieiunantes, amen dico receperūt mercedem suam. Vnde Sequitur. *Et ecce equus pallidus* hypocritarum cœtus falsa religione palliatus. De qua Iob 15. Congregatio hypocritarum sterilis. *Et qui sedebat super eum*: quasi ductor, & rector eius. *Nomen illi mors*: idest Diabolus, qui fuit primus auctor mortis. Sapien. 2. Inuidia Diaboli introiuit mors in orbem terrarum. *Et infernus*: idest hypocritæ. *Et cæteri* inferno deputati. i. *sequebantur eum*, idest imitabantur eum in culpam, & in pœnam. Vnde Sap. 2. Cum dixisset Salomon, inuidia Diaboli, intrauit mors in orbē terrarū, statim adiunxit. Imitabātur autē illum, qui sunt ex parte illius. Infra. 20. *infernus, & mors*. i. peccatores, et Diabolus missi sunt in stagnum ignis, vel infernus dicitur sequi Diabolus, quia quos ille decipit, iste recipit. Isa. 5. Dilatauit infernus animā suam, & aperuit os suum, absq; vllo termino. *Et data est illi potestas*, sed non voluntas mala, super quatuor partes terræ. i. super homines, qui in quatuor mundi partibus. s. Oriente, & Occidente, Meridie, & Septētrione morant̄, vel sup quatuor gn̄a hoīum, qui sunt in terra: Iudæi, Gentiles, Hæretici, & mali Christiani. Vel sup quatuor partes terræ. i. super illos oēs, qui quatuor cordis affectiones. s. timorem, amorem, gaudium, & dolorē in terrenis ponunt. De quibus dicit Beatus Bernardus. Timent, quæ non oportet: amant, quæ non decet: gaudēt vane: dolentq; vanius. Vnde Iob 9. Terra data est in manus impii. i. data ei, in potestate Diaboli. Interficere gladio peccati. De quo Eccle. 21. Quasi romphea bis acuta: omnis iniquitas, & plagę eius, non est sanitas, fame. i. defectu verbi diuini. De qua Amos 8. Mittam famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. *Et morte*. i. doctrina mortifera. De qua Psal. Venenum aspidum sub labiis. Et bestiis terræ. i. crudelibus mundi Principibus, qui omnes deuorant. De quibus Psal. Ne tradas bestiis aīas confitentes tibi. Itē interficere gladio, peruersę persuasionis. De quib⁹ Psal. Gladius eorum intret in corda ipsorū. *Et fame*. s. terrena cupiditate. De qua dicitur Gen̄. 41. In cuncta terra Aegypti erat fames, & morte peccati, quo à Deo separantur animæ. De qua dicitur in Psal. Non est in morte, qui memor sit tui. *Et bestiis terræ*. i. bestialibus, prælatis. De qua Baruch. 3. Vbi sunt Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?

Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimonium, quod habebant, et clamabant voce magna, dicentes. Vsquequo domine, sanctus & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi.

Et cum aperuisset. Quinta pars capituli, in qua graues, & magnas prędicit tribulationes: ne terrerentur electi, qui erāt illis tribulationibus affligendi, propterea hic consolatur eos Iohannes tripliciter. Primo, quia eas animas interfectorum *vidit sub altare*. i. sub protectione Christi, qui eas defendebat. Secundo, quia singulos eorum singulis stolis vidit decoratos. Tertio, quia promissionem de implendo eorum desiderio audiuit. Hoc ergo quintū sigillum, & cō-

A solatio animarum in ætate septima quiescentium, quæ prius occulta erat. Sed fuit Iohanni ostensa, & per eum Ecclesiæ reuelata, & sic fuit apertum sigillum. Dicit ergo. *Et cum aperuisset* Agnus, qui alia aperuit *sigillum quintum*. i. secreta quinti status. *Vidi sub altare*. i. Dei protectione, & Christi societate. *Animas interfectorum, propter verbum*. i. propter præceptū Dei, quod implebant, vel pp Dei verbū. i. filiū Dei, quem asserebant esse Deum, & hominem. Vel propter Euangelium, quod prædicabant, & propter testimoniū. i. Christianitatis titulum, quod habebant in corde, & testabantur voce, & opere Rom. 10. hoc est verbum fidei, quòd prædicamus, q; si confitearis in ore tuo dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, sm' quod Dn̄s excitauit illum à mortuis, saluus eris, vel propter testimonium natiuitatis, passionis, & ascensionis Christi, quod habebāt & aliis testificabantur in prædicatione. De quo dicit̄ Act. 4. Virtute magna reddebant testimoniū resurrectionis Iesu Christi domini nostri. *Altare* ergo dicitur Christus, su-
B per quod oblationes, & sacrificia nostra Deo patri offerimus. Vnde ferè omnes orationes nostræ per ipsum terminantur. Vnde Infra. 8. Dicit̄. Alius Angelus venit, & stetit ante altare: habens thuribulum aureum. Vnde bene dicūtur esse animæ Martyrum. *Sub altare*, quasi membra sub capite, per humilitatem idest sub, per charitatem adhærentes Deo. *Et clamabant voce magna*: idest affectu, & desiderio magno. De quo clamore dicitur in Psal. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos. Item & clamor meus in cōspectu eius introiuit in aures eius: sic clamabat Moyses. Exo. 14. sic Susanna. Dan. 13. *Dicentes*. i. desiderantes. Quia desiderium est dictio hominis interioris, quàm Deus audiuit. Psal. Desideriū pauperū exaudiuit dominus, præparationē cordis eorum audiuit auris tua. *Vsquequo*. i. vsque ad quod tempus expectas *Domine*, qui potes omnia. *Sanctus* in operibus tuis. *Et verus* in promissis. *Vsquequo non vindicas, sanguinem nostrum*. i. effusionem omnē sanguinis nostri pœnas debitas inter fectoribus, interserendo, & hoc debent sancti
C in operibus tuis, & verus in promissis. *Vsquequo non vindicas sanguinem nostrum*. i. effusionem sanguinis nostri, & hoc dicunt sancti non pœnam male optando, vel in ea delectando: sed iustitiæ Dei aggratulando, & voluntati diuinæ se cōformādo. De cuius impletione gaudēt. Ita. n. sunt sancti iuncti Deo, vt de omni voluntate Dei gaudeant, etiam de pœnis parentum inquātū sunt volitæ à Deo. Vnde Psal. Lętabitur iustus cum viderit vindictam. Ad maiorem autem expressionem desiderii eorum repetit idem verbum dicens. *Et non vindicas*, & debet subintelligi. *Vsquequo*, quasi, & vsquequo *Non vindicas* nos scilicet de his, qui habitant in terra, non solū corporis habitatione, sed mētis affectione. De quibus dicitur. 4. Re. Ecce habitatio ciuitatis. s. Hierico. i. mundi, optima est. Ita videtur mundi amatoribus, q; sit bona propter diuitias. Melior propter delitias, optima propter honores. Sed econuerso mala est propter diuitias, quia cito pereunt. Peior propter delitias, quia cito trāseunt, pessima propter honores, quia nimis affligunt, pro-
D pter quòd dicitur. Infra 8. Væ, væ, væ habitantibus in terra. De his autem conqueruntur sancti, quia propter amorem terrenorum capti non festinant ad cœlum, vt sic impleret̄ numerus electorū, & sic sancti, consummarentur in gloria, vtraque stola recepta. Non enim consummabūtur sine nobis. Vnde Hebr. 12. Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non consummarētur sine nobis. *Vel vsquequo nō vindicas de his, qui habitāt in terra* separādo. s. bonos à malis, vt vtrique vadant ad loca sua. s. boni in cœlis, vbi est eis paratus locus. Ioan. 14. Vado parare vobis locū. Et mali in infernum, vbi est eis paratus locus, secundū merita eorum. Act. 1. De quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Similē quæstionem facit Abacuc. 1. Vsquequo domine clamabo, & non exaudies? vociferabor vim patiēs, & non saluabis: quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiorem se? *Et datæ sunt*. Ecce post clamorem sanctorum: datur consolatio de premii collatione, & spei confirmatione, de malorum punitione, & bonorū saluatione,

salutatione, & patet hic admirabilis largitas pietatis diuinæ, quę petentibus vnum.s.liberari se à consortio malorũ, dat quatuor.s.consolationem de premij adeptione, de spei confirmatione, de malorum punitione, de bonorum saluatione: & in his omnibus est sanctorum consolatio. Dicit ergo. *Et data sunt illis* .s. sanctis clamantibus, *singulæ stolæ albæ*.i. vnicuique beatitudo animæ. *Et dictum est illis* .i. à Deo inspiratum, *Vt requiescerent tempus adhuc modicum* .i. diem generalis resurrectionis patienter, & dicit *Modicum*. Quia breuis est cursus totius temporis, respectu futuri. Ioan. 16. Modicum, & iam non videbitis me, &c. Et promittitur hic eis adimpletio sui desiderij de sua saluatione, & hostium suorum vindicatione, quia differtur non aufertur: quãtum autem.i. vsque ad quod tempus debeant expectare determinat. *Donec impleatur numerus conseruorum illorum*, qui Deo sicut ipsi seruiunt. Et fratrum eorum, qui ad eandem hæreditatem vocati sunt, qui interficiendi sunt sicut & illi .s. eadẽ causa qua illi.s.propter verbum Dei, & testimonium Christi. Et confirmatur hic spes eorum de saluatione fratrũ suorum, **F** & receptione corporum propriorum in generali resurrectione. De quo dicit Isa. 26. Viuent mortui tui interfectiq; mei resurgent, & de vindicta malorum statim post subiungit. Egredietur; dñs de loco sancto suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ, contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos suos.

Et vidi, cum aperuisset sigillum sextum, et ecce terræmotus, et magnus factus est, et sol factus est niger tanquã saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis, et stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus ammittit grossos suos, cum à vento magno mouetur, & cælum recessit sicut liber inuolutus, & omnis mons, et insulæ de locis suis motæ sunt, & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium, et dicunt mõ- **G** *tibus, & petris. Cadite super nos, et abscondite nos à facie sedentis super thronum, et ab ira agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et quis poterit stare?*

Et vidi cum aperuisset. Sexta pars in qua agitur de sexto statu Ecclesię, & de apertione sexti sigilli, quę nihil aliud est quàm persecutionis futuræ ostensio, tempore Antichristi, hæc autem erit duplex. Vna corporalis, quę in tantum deseuiet in sanctos, quòd multi timore cadent, & si fieri posset mouerẽtur electi, vt dicit Matth. 24. & de hac primo agitur hic. Alia erit spiritualis, quæ scilicet erit impedimentum prædicationis verbi Dei, quia sancti non permittentur prædicare, & de hac agetur in principio septimi capituli, in qua agetur de sexto statu Ecclesię, hæc autem prædicũtur a Iohanne duplici ex causa: primo, vt moderni ex contemplatione futurorum sanctorum animentur ad tolerantiam præsentium tribulationum. Quia istæ tribulationes, quas modo substinent, quasi nihil sunt respectu futurarum. Secundo, **H** vt cum venerint minus grauent, quia iacula, quæ præuidẽtur minus feriũt.i. feriendo minus lędunt, sicut dicit Gregorius. Dicit ergo. *Et vidi* oculis mentis. *Cum aperuisset agnus*, scilicet *sigillum sextum* .i. sextum statum Ecclesiæ futurum tempore Antichristi, ostendit.s. & ecce: nota est admirationis. Terræmotus factus est magnus. Ad literam, quia terra mouebitur. Sicut dr̃ Mat. 24. & Aggeus. Adhuc modicum, et mouebo cœlum, & terram, mare, & aridam. Vel terręmotus magnus.i. terrenorum commotio magna contra sanctos, & dicit magnus, quia si semper deseuiant mali contra bonos, tunc apertius, & crudelius insurgent in eos. Vnde Matt. 23. Consurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnũ, & erunt pestes, & fames, & terræmotus per loca, hæc omnia initia sunt dolorum, & nota quòd dicit Terræmotus non aeris, vel aquę, vel ignis. Quia propter amorem terrenorum spernunt persecutiones bonorum, qui terrena despiciunt, & despicienda ostendunt, *Et sol factus est*

E *niger tanquam saccus cilicinus.* Ad literam tunc obscurabitur sol, & luna, & cætera luminaria cœli. Vnde Iohel. 2. cõtremuit terra: à facie eius moti sunt cœli: sol, et luna obtenebrati sunt, & stellę retraxerunt splendorem suum: præteritum ponit pro futuro, prophetica certitudine, vel mistice, & soli, idest Christo. De quo Psal. Ortus est sol, & congregati sunt, dispersi sunt, & Malachię vlti. Vobis timentibus nomẽ meũ orietur sol iusticię, & sanitas sub pedibus eorum. *Factus est niger tanquam saccus cilicinus* .i. nõ lucebit miraculis, immo ecõtra Antichristus, & sui, multa miracula faciẽt, & ideo multi mouebuntur. Matth. 24. Surgent pseudo Christi, & pseudo Prophetę, & dabũt signa maxima, & prodigia, ita vt in errorẽ inducantur, si fieri potest etiam electi: sacco cilicino comparat eũ Iohannes, quia mali tunc reputabunt Christum fuisse indutum solo sacco nostræ immortalitatis, & peccati cilicio obuolutum.i. reputabunt eum hominẽ peccatorem. Ipse autem homo fuit non peccator: sed similis peccatori in pœnalitatibus. Saccum enim nostrum induit, **F** sed non meritum sacci habuit. Vnde ipse dicit per Psal. Cõcidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia, in resurrectione. Sed, quia non erat licitum indutum sacco in palatium regis intrare, vt dicitur Hest. 3. Vnde Ezech. 3. dicitur de Iesu sacerdote magno. Iesus indutus erat vestibus sordidis & stabat ante faciem Angeli. Qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se dicens. Auferte vestimenta sordida ab eo, & dicit ad eum. *Ecce abstuli a te iniquitatem tuam* .i. mortalitatem, & pœnalitatem assumptam pro nostra iniquitate toleranda, & indui te mutatorijs. & luna.i. Ecclesia à sole Christo illuminata. Facta est reputatione malorum, tota.i. totaliter secundum omnem statum sui. Vt sanguis vilis, & peccatrix. Quia sublato fundamento, necesse est, vt ædificium corruat. Nomine *sanguinis* accipitur peccatum propter horrorem. Oseæ. 4. Sanguis, sanguinẽ tetigit.i. peccatum, peccato additum est. Vel sanguis, sanguinem tãgit, quia pœna peccato redditur statim. Item, & sol.i. cœtus maior ardens, & lucens igne charitatis, luce fidei. Factus **G** est niger.i. vilis reputabitur, & afflictus multis tribulationibus, exterius niger erit, sed candorem animę, nõ amittet. Cant. 1. Nigra sum: sed formosa. *Tanquam saccus cilicinus*, qui vilis, & asper à cilicio, vel à cilicia dictus, vbi primo inuentum fuit cilicium, quo vtuntur pœnitentes, & per hoc notatur, quod sancti in magna asperitate, & vilitate erunt, & luna tota.i. totus cœtus mediocrium. Facta est, vt sanguis.i. quasi homicidæ occidentur, & suo sanguine respergentur. *Et stellæ cœli*.i. maiores aliquid luminis in illa tenebrosa persecutione habentes. *De cœlo* .i. à fide ceciderunt.i. cadent. Super terram.i. adhęrentes terrenis promissionibus Antichristi. Eusebius, & multos hodie auertit à Christo amor terrenorum. Infra Thi. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, à fide errauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Ibi dicit Glosa. Qui verã fidẽ hñt de Chr̃o, nõ cupiunt in his miserijs diuites fieri. Modũ aũt cadẽdi determinat dicẽs. *Sicut ficus emittit grossos suos, inutiles fructus, qui non firmiter adhærent ramis arboris*. Cũ à vento magno **H** mouetur, per hoc ostendit, quod magnę erunt persecutiones Antichristi, & quod minores, quàm plurimi cadent à fide faciliter. Sicut grossi in magno vẽto de facili cadũt: sed sicut dicit Glosa. Illos, qui Christo vero amore seruiũt non permittet cadere Christus, sicut bonę ficus nõ cadunt impulsu ventorum. Sequitur. *Et cælum* .i. Ecclesia stellata virtutibus, lucens sapientia, rotunda fide, alta conuersatione: mobilis obediẽtia, firma patientia, & cęlum recessit.i. domus Christi recessit.i. recedet, à malis fide, & opere eis dissimilis. Vel cęlum.i. Euangelica doctrina. Recessit.i. recedet tunc à sanctis. Quia præ nimietate persecutionum non audebunt, nec poterunt prædicare. Sicut liber inuolutus, in quo literæ sunt clausæ, sed non apparent: ita tunc in sanctis erit sapientia, & sancti legis: sed non apparebit. Erit etiam in sanctis fides, & sanctitas, sicut, & modo: sed non apparebit, quia non facient mirabilia. Isa. 30. Erit visio omnium sicut verba libri signati, vbi literæ non apparent licet sint ibi, Vel ad literam; tunc recedent boni, et abscondent se

latentes

latentes in cauernis, & speluncis. Sicut de primitiuis sanctis dicitur. Hæbr. 11. In solitudinibus errantes, in montibus, & cauernis terræ. Isa. 26. Vade populus meus intra in cubicula tua, & claude hostia super te: abscondere modicum donec pertranseat indignatio mea, scilicet in morte Antichristi. *Et omnis mons* .i. maiores de ecclesiastica vita, & scientia eminentes. *Et insulæ* .i. sancti vndique tribulationum fluctibus transibunt. *De locis suis motæ sunt* .i. mouebuntur ad literam: quia separabunt se à malis corporaliter, & spiritualiter. Vel montes dicit, superbos, & elatos. Insulas vocat diuites mundi negocijs agitatos, qui tempore persecutionis illius mouebuntur de locis suis .i. à fide, & charitate, licet de se modo magna præsumant contra illud Eccle. 10. Si spiritus potestatem habentis ascenderit supra te, locum tuum ne dimiseris. *Et reges terræ*, idest sancti se ipsos regentes: motus carnales, quasi latrunculos trucidantes, & de se ipsis iusticiam facientes, quasi boni reges, & principes: idest illis, qui suis sensibus, & membris, & moribus principātur. Et tribuni illi, qui tres vires animæ in suis actibus ordinare nouerunt. *Et diuites* diuitijs virtutum, & bonorū operum. Et fortes contra hostium tentationes. Et omnis seruus .i. coniugatus, & liber .i. solutus, vel omnis seruus Dei, Et liber à seruiture. *Absconderunt se* .i. abscondere se. *in speluncis, & petris montium* .i. sanctorum Angelorum suffragia postulabāt, vt eorum præcibus mereantur euadere pœnas, et misericordiam iudicis consequentur, & dicunt orando. *Montibus, & petris* .i. Angelis, & alijs sanctis. *Cadite super nos* .i. præcibus vestris protegite nos, & abscondite nos, sub velamento orationum vestrarum. A facie .i. ab animaduersione. Sedentis super thronum .i. Christi sm diuinitatē. *Et ab ira agni*: idest Christi secundum humanitatem. Causam autē, quare sic rogabunt sanctos, subiungit dicens. *Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum* .i. dies iuditij, quando Christus ostēdet irā suam malis. De qua ira dicit Psal. Dñe ne in furore tuo, &c. Et quis poterit stare nisi sit adiutus præcibus vestris? Non quòd tunc valeant præces sanctorum, sed modo valent, vt tunc possint homines stare securi. Hoc dicitur Malach. 3. Ecce dies veniet dicit dominus, nomen dñi venit de longinquo, ardens furor eius, et grauis ad portandum, &c. Psal. Quis nouit potestatem iræ tue, et pre timore tuo, irā tuam dinumerare? Moraliter ab illo loco. Sol .i. prælatorū cœtus: qui de bonis splendore suo, alios illuminare ad cognitionē Dei, & calore suo inflammare in amore Dei, & proximi. De quo Isa. 30. Lux solis septempliciter erit sicut lux septē dierum. In lucem omnium superabit lux prælatorum, vt sicut præsunt dignitate, sic præsint sapientia, & sanctitate. Vel lucebūt prelati per septem opera misericordiæ, quę cōtinentur in hoc Versu. Visito, poto, cibo, soluo, tego, colligo, condo. Item per dispensationem septem sacramentorum, quæ continentur in hoc Versiculo. Cingo, firmo, ligo, cibo, vngo. Clericus vngitur, factus est niger negociorū terrenorum solicitudine. Tren. 4. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Facies est dignior, & sublimior pars hominis, & ideo significat prælatos. Tanquam saccus, qui est totus pilosus, & per hoc innuitur magna cupiditas prælatorum. Isa. 14. Replebuntur domus eorum draconibus .i. detractoribus, & habitabunt ibi structiones .i. hypocritæ, & pilosæ saltabunt ibi .i. cupidi, & auari officiales, & respondebunt ululæ in edibus suis .i. ioculatores, & saltatrices, & Sirenę in edibus voluptatis, i. adulatores. Item Isa. 34. in edibus eius spinę .i. diuitiæ, & vrticæ .i. deliciæ, quæ generant carnis pinguedinē, & paliurus in munitionibus eius, idest auarus prælatus, & cubile draconum, & pascua structionum, & occurrent demonia, onocentaurus, & pilosus clamabūt alter ad alterū, nobilitas ad auaritiam. *Et luna tota facta est, vt sanguis* .i. Ecclesia tota facta est: vt carnalis fundata in sanguine: non Apostolorum: sed nepotulorū, & cōsanguineorum procedens, & per successionem sanguinis, quia ferè, vbique nepos, auūculus, & consanguineus consanguineo succedit in beneficio. Vnde vere potest dicere Ecclesia, qđ dixit Moysi vxor sua. Sponsus sanguinis tu mihi es. Oseæ. 4. Sanguis sanguinem tetigit .i. nepos nepoti succedit. Iere. 2. In menstruis inueniet eam. Iohel. 3. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies dñi magnus, & horribilis, abundantia .i. sanguis Ecclesiæ signum est appropinquantis iudicij. *Et stellæ cœli* .i. claustrales viri. De quibus Eccle. 43. Gloria stellarum species cœli. *De cœlo ceciderunt super terram* .i. de cœlesti vita ad terrenā. Vel de claustrali ad mundanā. Psal. Cōmixti sunt inter gentes, & didicerūt opera eorum. Matth. 24. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellę cadent de cœlo .i. monachi exibunt de claustro discurrentes per mundum, propter diuitias terrenas. Exo. 5. Dispersus est populus per omnem terram Aegypti ad colligiendas paleas. Sicut ficus emittit grossos suos, ita emittit claustrum inutiles Monachos ad peragendum negocia terrena, vel ad causas tractandas. Cū à vēto magno mouetur: cum aliqua tribulatio oritur. 1. Corryn. 6. Iudicia secularia si habueritis, contemptibiles, qui in Ecclesia sunt illos constituite ad iudicandum. De his dicit Iudas

B in Canonica sua. Hi sunt sydera errantia, quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum. Sed stellæ manentes in ortu, & cursu suo pugnauerunt aduersus Sysaram. *Et cœlum* .i. clericorum cętus, Recessit à promissione sua, in ordinum susceptione, quando dixit. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei tu es, qui restitues hæreditatem meā mihi. Quare ergo non sunt contenti Clerici hac partitione, quia recesserūt ab ista promissione. Sicut liber inuolutus, vbi nulla eruditio, vel doctrina pōt haberi, nec litera videri, nec verbū eruditionis audiri. Isa. 34. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est oīs domus nullo introeunte. Nullus hæretic9, nullus Iudæus, nullus Gētilis modo in Ecclesia intrat: quare? nisi quia inuolutus est liber .i. clerici, qui sunt libri laycorū. Isa. 23. Cōplicabunt sicut libri cęli, & *Omnis mōs* .i. prelatus superbus. *Et insulæ* .i. temporalibus curis agitati. *De locis suis* .i. de fide Ecclesiæ motæ sunt. Quia hæc duo .s. superbia, & auaritia inducunt principaliter in heresim. De superbia habetur Eccle. 10. Initiū superbię hominis apostatare

C à Deo. De auaritia. 1. Thi. 6. Radix omnium malorum cupiditas, quàm quædā appetentes errauerunt à fide. Reges terræ .i. Archiepiscopi, et principes .i. Episcopi. Et tribuni .i. Archidiaconi, & diuites .i. Præsbyteri, & fortes .i. Diaconi, & omnis seruus .i. Laicus, & liber .i. Clericus. *Absconderunt se in speluncis* .i. fugerunt ad claustra, petentes orationes claustralium. *Et petris montium* .i. ad duram vitam sanctorū. Psal. Petra refugium erinacijs. Iob. 39. In petris manent; & dicent montibus, & petris ad literam. *Cadite super nos*, & abscondite nos a facie sedentis super thronū, & ab ira agni, quoniam veniet dies magnus iræ ipsorum .i. reproborum, idest ad animaduersionis Dei contra eos, quasi dicat. Libētius vellent mali a montibus opprimi, quàm iudicem iratum videre, & sententiam eius audire. vnde immanitatem terroris illius diei exprimere volens Iohannes, exclamat dicens. Et quis poterit stare? quasi dicat nullus per se. Iob. 25. Luna non splendet, & stellæ non sunt mundę in conspectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis ver-

D mis? Item in eodem. 26. Cum vix paruā stillam sermonis ei9 audiuerimus, quis poterit tonitruū magnitudinis ei9 intueri? Hoc totum malum prouenit a malitia prælatorum, qui si essent boni, tota Ecclesia esset bona, sed quia mali sunt pro maiori parte, ideo infiniti sunt mali. Isa. 13. Stellæ cœli, & splendor eorum non expandent lumen suū, obtenebrat9 est sol in ortu suo, & luna nō splendebit in lumine suo.

CAPVT. VII.

Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem.

Post hæc vidi. Septimū capitulum est, in quo adhuc agitur de apertione sexti sigilli ferè vsque ad finem capituli de ostensione persecutionis futuræ, tempore Antichristi, quæ est duplex, vt dictum est.

est. Corporalis de qua iam dictum est, & spiritualis, de qua agitur hic, qui nihil aliud est quàm impedimentum diuini verbi prædicationis. Diuiditur hoc capitulum in septem partes. In prima parte ostenditur conatus Diaboli ad impediendum prædicanonem verbi diuini. In secunda ostenditur angelus refrenans conatus diaboli. Ibi. *Et vidi alterum.* In tertia ponitur numerus signatorum: in quos non habet Diabolus potestatem. Ibi. *Et audiui numerum.* In quarta agũt signati gratias, de sua cõseruatione. Ibi. *Et clamabant.* In quinta ponitur Angelorum congratulatio de hominum signatione. Ibi. *Et omnes Angeli.* In sexta, quia à Iohanne si cognoscat illos, vt ipse congratuletur illis, & doceat alios ad illorum gloriam properare. Ibi. *Et respondit vnus.* In septima ostẽditur Iohanni, qui sunt illi. Ibi. *Et cum aperuisset.* Dicit ergo. *Post hæc,* dictio, post, non notat hic diuersitatem visionum: sed ordinem visorum, iuxta ostensionem Angeli, & narrationem Iohannis. *Vidi* spiritualiter. *Quatuor angelos* .i. dæmones vniuersos, qui dicunt. Quatuor propter naturam numeri. Quia quaternarius maxime diuisibilis est, & ipsi non intendunt, nisi diuisionem facere. Item quaternarius non est numerus solidus: sed superficialis: ita suggestio dęmonum superficialis est, nullam habens soliditatem. Item dicuntur quatuor, quia quatuor Euangelia pugnant, & quatuor vitia suggerere intentant. Vel quia per quatuor angelos terræ .i. in quatuor partibus mundi immorantes, vt omnes tentent. Vel, hoc dicitur, quia ipsi laborant, vt ponãt homines in angulo .i. in sordibus peccatorum. Nã in angulo sunt sordes. Vel in angulo duplicitatis. *Tenentes quatuor ventos terræ* .i. retinentes, & impedientes omnes prædicatores Ecclesiæ, qui dicuntur quatuor, quia debent habere quatuor virtutes .s. iustitiam, fortitudinem, temperantiam, prudentiam. Vel doctrinam quatuor Euangeliorum, quæ signatur. Gen. 1. per quatuor flumina Paradisi. Vel quia debent prædicare per quatuor partes mundi, & dicuntur vẽti, quia nubes .i. peccatores in pluuia lachrimarũ dissoluũt. Item terræ humiditatem desiccant .i. carnis voluptatem, et mentis, & de his ventis dicitur Iob. 29. Qui facit ventis põdus, et aquã appendit in mensura. Ne flarent super terram, .i. super illos, qui sunt arabiles vomere p̃dicationis, & diuini seminis susceptibiles, neq; super mare .i. super fluidos, & instabiles. *Neque super vllam arborem* .i. super illos, qui ad fructificandũ sunt habiles: quasi dicat. Dęmones conati sunt, & conantur quondie impedire prędicatores, ne prędicent, neq; bonis, neq; malis, neq; ad exhortationẽ bonorũ, neq; ad reuocationem malorum. Sciunt enim dęmones, q nihil adeo prodest, vt prædicatio verbi Dei. Vnde Glo. In tempore tribulationis, nil magis erit necessariũ, quàm prędicatio, & ideo nititur Diabolus detinere animã in omni loco. Econtrario aut dñs vocat prędicatores, vt prædicent. Eze. 37. A quatuor ventis venit spũs, & insufflabit super interfectos istos, vt reuiuiscant. Cant. 9. Surge aquilo, & veni auster perfla ortum meum, & fluent aromata illius.

Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus suis.

Et vidi. Hæc est secunda pars, in qua ostenditur Iohanni Angelus bonus refrenans conatum dęmonum, ne impediãt prędicatores à prædicatione, & hic Angelus est Christus. De quo Isa. 9. Paruulus natus est nobis, & infra, & vocabitur magni consilij Angelus, & significatur per lapidẽ excisum de monte sine manibus, qui statuam ex quatuor metallis confregit compositã. Dan. 2. Sicut Christus quatuor malos Angelos deuiat. Dicit ergo. *Et vidi per spiritum alterum Angelum illis contrarium* .i. Christum ascendentem ab ortu solis .i. à patre, qui est fons: & origo totius luminis. Iuxta illud. Iaco. 1. Omne datum optimum, &c. Et omni Christus dicitur oriens. Zac. 6. Ecce vir oriens nomen eius. Luc. 1. Visitabit nos oriens exalto. Sed quo, vel quomodo ascen-

E dit Christus ad patrẽ, cum ipsę sit altissimus, immo potius descendit. Isa. 63. Vtinam disrumperes coelos, & descenderes. Psal. Inclinauit cęlos, & descendit. Sic Christus dicitur ascendere ad patrẽ, quia a patre veniẽs, supra carnem, quã assumpsit, vt dñs fuit. Vnde Isa. 19. Ascendet dñs super nubem leuem. Item ascendit in carne in ascensione, sed has ascensiones pręcessit descensus humilitatis. Eph. 4. Qui ascendit, ipse est, qui descendit primum in inferiores partes terræ. Sic quicunque vult ascendere, oportet, q prius descendat. Luc. 15. Qui se humiliat exaltabitur. Prouerb. 29. Gloriam præcedit humilitas. Alioquin, qui vult ascendere priusquam descenderit corruet in profundum: sicut Lucifer, qui voluit ascendere, & tñ non descenderat. Vnde dicitur Isa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris, qui dixisti in corde tuo ascendam in coelum, & similis ero altissimo: veruntamen ad infernum detraheris in profundo laci. *Habentem signum Dei viui* .i. omnimodam immunitatem peccati, vel potestatem miracula faciendi, & pec-

F cata dimittendi, quia vtrunque solius Dei est. Vnde Mat. 8. Vt aũt sciatis, quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, tũc ait paralitico. Tibi dico surge, &c. Item signum Dei viui est crux sancta Christi. De quo. Isa. 30. Leuate signum in nationibus. Et hoc signum habuit Christus primo in se, postea in suis dupliciter. In corde per fidem. In corpore per imitationem. De primo Ezec. 9. Signum Tau super frontes virorum gemẽtium, et dolentiũ. De secundo Luc. 9. Si quia vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sed quõ fuit crux signum Dei viui? quia ibi moriente homine vixit Deus, cuius signum fuit clamor validus, quem moriendo emisit, q est supra naturam humanam. Quia in morte ita debilitatur spiritus, & coarctatur meatus, quòd vix potest homo tunc loqui. Item alia, quę fuerunt, tunc facta .i. obscuratio solis, mot⁹ terrę, scissio petrarũ, apertio sepulchrorũ, &c. hęc fuerũt verũ signum diuinitatis. Vnde Cẽturio dixit. Vere filius Dei erat iste. *Et clamauit voce magna quatuor Angelis* .i. cũ

G magno auctoritatis imperio refrenauit quatuor Angelos. *Quibus datum est,* idest permissum. *Nocere terræ,* idest auaris, vel omnibus amantibus terrena. *Et mari:* idest superbis, & luxuriosis, vel omnibus malis. Mare enim omnes proprietates septem criminalium peccatorum habet in se. Nam tumet, per quod significat superbos. Linit, per quod mundos. Feruet, per quod iracundos. Absorbet, per quod auaros. Stat, per quod accidiosos. Spumat, per quod luxuriosos. Mergit, per quod gulosos. Dicens. *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus,* idest omnibus peccatoribus. Sed quare prohibet hic Angelus, cum datum sit nocere talibus? Solutio. Quia dęmones excedunt, & semper vellent plus q̃ permittatur. Vnde mala voluntas eorum prohibetur, ne tantũ possint quantum vellent. Vnde dicitur. *Nolite nocere.* Iterũ pluribus, & plures, & pluribus modis affectant nocere, q̃ concessum est eis, quod patet per hoc, quòd additur. Neq; arboribus, quòd fuerat positũ supra, quando agebatur de potestate nocendi sibi data. Ipsi enim semper volunt noce-

H re bonis, qui sunt arbores fructiferę, facientes fructus bonorum operum, habentes folia verborum in medicinam, & fructum operis in satietatem: radicati in Christi humilitate. Extendere ramos per charitatem operi in cortice, per vitę austeritatem. Dantes vmbram alijs per bona exempla, & per consilium, & operationem, & consolationem. Tales sunt arbores Paradisi, quæ semper fructificant in bonis operibus, semper frondent in bonis sermonibus, semper florent in bonis opinionibus, quas habent de alijs, & alij de ipsis. Vnde. 2. Cor. bonus odor Christi sumus Deo, in his, qui salui fiunt, & in his, qui pereunt. Hæ arbores sunt vitis, ficus, & oliua, quæ nolunt regnare super ligna siluarum, super homines infructuosos. Iudic. 9. Immo dixit oliua. Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusq; suauissimos, & ire, vt inter ligna promouear? Vitis etiam respondet. Nunquid possum deserere vinum meum quòd lętificat Deum, & homines, vt inter lingua promouear. Oliuæ sunt actiui, misericordes, Ficus sunt contem-

platiui

platiui claustrales, vitis sunt sancti prædicatores, & docto res. *Quousque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum*. Non solũ in mentibus. In mentibus .n. signantur serui Dei, in baptismo per caracteris impresionem, vel per imaginem sanctæ Trinitatis, quæ imprimitur in baptismo virtute verborũ. s. In nomine patris, & filij, & spiritussancti. Signantur etiam in mentibus per fidem Dominicæ pasiouis, quàm vtrãq; significationem facit Christus per gratiæ infusionem sicut in denario facit auri faber ex vna parte imaginem regis, ex alia crucem. In frontibus vero signatur per constantiam, & audaciam confitendi nomen Christi, quæ audacia, & constantia datur proprie in sacramento confirmationis, quando episcopus in fronte chrismando facit signum crucis, vbi est locus erubescentiæ, quasi dicat. Noli de cętero erubescere nomen Christi, cuius vnguento vngeris, sed coram regibus, & principibus audacter porta, & prędica illud. Sicut dixit dñs Paulo Act. 9. Vnde postea ipse dixit. Rom. 1. Non erubesco euangelium. Mat. 10. Qui me erubuerit, & sermones meos coram hominibus, erubescam, & ego eum coram patre meo, & angelis eius. sic signatis, non possunt nocere dęmones, quòd signatum fuit. Exo. 12. Vbi Angelus exterminator occidit omnes illos, qui non habuerunt signũ sanguinis agni, in postibus domus suę. Illos aũt qui habuerunt signum sanguinis, in vtroq; poste, & insuperliminaria non læserunt. Duo postes sunt corpus, & anima, superliminaria est intellectus siue ratio. In corpore debet esse signum sanguinis per imitationem pasionis. i. per carnis mortificationẽ. Vnde Gala. 6. Stigmata in corpore meo porto. In anima per compasionem: & recordationẽ, Deut. 22. Erit vita tua pedes ante oculos tuos semper. In corpore per fidem. Vnde Apostolus habitare per fidem Christum in corporibus nostris. De vtroq; dicitur Can. 8. Pone me vt signaculum supra cor tuum, vt signaculum supra brachium tuum, & hic dicit C. Io. Signum geritur in fronte, ne celetur in tribulatione. Nam signatio pectoris cõsecratio est cordis, & nota q dicit Angelus. *signemus* ego. s. & ipsi, in quo notatur cooperatio liberi arbitrij. 1. Cor. 3. Dei coadiutores sumus. Item per hoc, q dicit. *Quousque*. Non innuitur, q postea noceãt illis dęmones, sed nec post, nec ante similiter. Matth. 1. Non cognoscebat eam, donec peperit filium primogenitum, & constat, q nec ante, nec post cognouit eam, tamen dęmones magis insidiantur bonis, & magis persecuntur. Quia Pharao contentus surgit in scandala, & dñs aliquando seruos suos indutos virtutibus, exponit dęmonibus, quasi milites armatos, vt pugnando vincant, & coronẽtur sicut patet in Iob, & Tobia, & Paulo, & multis alijs.

Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Symeon, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati

Et audiui. Tertia pars, in qua ostenditur Iohanni numerus electorum, & procedit sic in hac parte. Primo ponit numerum electorum de Iudæis, & postea de Gentibus, vbi dicit. *Post hæc vidi*, & quia pauciores fuerunt electi de Iudęis, ideo ponitur certus numerus, & finitus. Tamen per hunc numerum, secundum vnam glosam, intelligitur numerus omnium electorũ, quia est certus, & finitus Deo. Et postea certus numerus eorundem, quia nobis est incertus, quãdiu in via sumus. Dicit ergo, *Et audiui*, idest spiritualiter intellexi. Numerum signatorum, idest signandorum, vel signatorũ iã in prescientia Dei, CXLIIII. *millia ex omni tribu filiorum*

A *Israel*. Per hunc numerum signantur omnes electi, siue saluandi sm quadruplicem statum salutis. Nam per centum signantur illi, quibus debetur fructus centesimus, idest virgines, per quadraginta, qui est numerus pœnitentiæ, significant illi, quibus debetur fructus, quadragesim⁹. i. continẽtes, qui semper sunt in pœnitentia, qui tribulantur à carne. sicut dicitur Cor. 7. Et ideo oportet æternum restringere operibus pœnitentiæ. Per quatuor, illi, quib⁹ debeẽ fructus trigesimus. i. coniugati, qui sunt diuisi, & ideo, per quatuor recte significantur, quia primus numerus diuisibilis in numeros. Vnde. 1. Cor. 7. Quicunq; habet vxorem est solicitus, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est, & omnes isti dicuntur mille, siue millia, quia millenarius est numerus siue solidus habens trinam dimẽsionẽ, scilicet decies. X. & oẽs isti decalogum ad honorem Trinitatis, idest patris, & filij, & spiritussancti, vel cũ fide, & spe, & charitate. Item in hac summa ponuntur quatuor nomina numerorum. s. quadraginta, quatuor, centum, millia.

B Quadrupliciter status omnium saluandorum, in hoc designantur: quadraginta numerus pœnitentiæ. Vnde Dominus, Moyses, & Elyas quadraginta dies ieiunauerũt: & sicut partes quadraginta simul sumptę faciunt, quinquaginta, qui est numerus remisionis, sic per pœnitentiam venitur ad remisionem peccatorum, et Dei reconciliationẽ. Nam iste numerus pertinet ad incipientes. Quaternarius propter exercitium quatuor virtutum, pertinet ad perficiẽtes. Centenarius, qui transit de leua ad dexteram, & surgit ex ductione denarij, in se pertinet ad pfectos. Millenarius, qui vltimus est numerorum, quia vltra mille nullus numerus habet numerũ proprium, nisi sumptum ex prioribus, pertinet ad perseuerantes, qui est terminus, & perfectio virtututum, & quæ sola coronatur, scilicet perseuerantia. Vnde ad hos quatuor status reducuntur omnes saluandi, & hi similiter designantur per nomina duodecim tribuũ. Iuxta, q tria prima nomina pertinent ad statum incipientium. Tria sequentia ad statum proficientium, tria terna nomina

C ad statum perfectorum, tria vltima nomina ad statum perseuerantium, verbi grana. Iudas confitens interpretatur Ecclesiæ confesio. Ruben filius visionis, idest visio peccatorum, per quod contritio, Gad, Accinctus ad satisfactionem, ecce status incipientium. Asser beatus in profectu iusticię. Psal. Beati, qui custodiunt iustitiã, &c. Neptalim latitudo in profectu charitatis. Psal. Latum mandatum tuum nimis. Manasses obliuio in contẽptum mundi, ecce status proficientium. Symeon audiens męrorem in pasione miserorum. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, &c. Leui addict⁹ in addictione consiliorum. Isachar, merces in visione contemplationis, ecce status perfectorum. Zabulõ habitaculũ fortitudinis, per victoriam viciorum, et tentationũ. Ioseph augmentũ per gratiarum actionẽ. Beniamin filius dextrę, per premij adeptionem, ecce status perseuerãtium. Glosa. Ponit aliam rationem, quare per hunc numerum designantur generaliter omnes saluandi. Nam duodecim fiunt, in quaternario, & ternario, si vnus ducatur in alium. Nã ter,

D quatuor: vel quater tria: sunt duodecim, & sic habes duodecim tribus. Item duodecim ducti, per quatuor, faciunt quadragintaocto, qui ducti per tres, sunt centum quadragintaquatuor, per mille significantur perfectio, & in centum quadragintaquatuor millia, sunt omnes, qui fidẽ Trinitatis: in quatuor partibus mundi cum perfectione operũ sunt signati, & omnes tales, & tantũ mortales saluatur. Sed si ita est, quare nõ dixit in generali de qualibet tribu Israel duodecim millia signati. Secundn propter duo exprimuntur nomina tribuum, & patrum sigillatim. Primo propter hoc, vt ostendatur, q saluandi debent habere virtutes, per nomina filiorum Israel designatas. Secundo, vt aliquos filios Israel computandos non omnes alios ab hoc numero excludendos ostenderet. Nã tribus Dan, & tribus Effraim non poniẽ hic. Nã ex Dan nascetur Antichristus, qui omnino cum suis ab hoc numero exclusus est. Ex Effraim natus est Ieroboam, qui filios Israel duxit ad idolatriam. Sed iterum, quare isti duo. s. Dan, & Effraim ponãtur cum alijs

in be-

in benedictionibus. Deut. 33. Et Symeon non ponatur, hic autem econtrario? Solutio, hoc est propter misterium sumptum ex nominum interpretatione. Dan enim iudicium interpretatur, & significat pœnitentes, qui se iudicant hic, & ideo non iudicabuntur in futuro. Iuxta illud Cor. 11. Si nosmetipsos dñjudicarem⁹, nõ vtiq; iudicaremur. Effraim interpretatur fructificans, & significat proficientes, & tam hi quàm illi recipient benedictionem, quæ in noua lege continetur, idest benedictionem gloriæ. De qua dicitur Matth. 25. Venite benedicti, &c. Ideo ponuntur in Deute. quæ dicitur noua lex. Symeon vero interpretaĩ nomen habitaculũ mundi, & tales non habebunt benedictionẽ nouę legis, & ideo non ponũtur in Deute. in benedictionibus filiorum Israel. Ideo quia non seruatur hic ordo tribuum sicut filiorũ Israel. Secũdo hic agiĩ de designatione electorũ, quæ fit per gratiam, quę nec genus, nec dignitatem, nec tẽpus attendit, & ideo non seruatur hic, nec dignitatis, nec natiuitatis ordo. Item nota, quòd de qualibet tribu Israel ponuntur duodecim millia signati, non, quòd tot præcise sint de qualibet tribu saluandi, vel quòd tam paruus numerus sit in vnaquaq; tribu, sed propter duodecim Apostolos quorum vocatione, & doctrina sunt vocati ad salutem propter fidem Trinitatis, & perfectionem operum, in quatuor partibus mundi habitam à saluandis. Determinans ergo vnde venit illa summa signatorum subiungit. *Ex tribu Iuda duodecim millia signati.* Iudas primo ponitur, quia confessio peccati primum signum salutis. Iuxta illud Roma. 10. Ore autem confessio, &c. Conuersio peccatorum significat salutem, contritio enim soli Deo patet. 1. Reg. 16. Homines vident, quæ parent: Deus autem intuetur, cor. sed nota, quòd est triplex confessio peccati. De qua Psal. Dixi cõfitebor aduersum me iniustiam, meã domino, & tangũtur in hoc verbo. Sex debet habere confessio. Primum est vera præmeditatio, quòd notatur, per dixi. Secundum est, coniunctio cordis. i. vt corde simul, & ore fiat, quòd notatur per confitebor. Tertium, quòd sit accusans, quòd notatur per aduersum me. Quatum est, quòd sit de malis, non de bonis, quòd notatur p̃ iniustitiã. Quintum est, quòd sit proprium, id est de proprijs, non de alienis, quòd notatur per meam. Sextum est, quòd fiat ad honorem Dei, non ad laudem mundi, vel ad quęstũ lucri, quòd notatur per domino, & talis confessio est vtilis. Vnde sequitur, & tu remisisti impietatem peccati mei. Secunda est confessio laudis. De qua Eccle. 51. Confitebor tibi dñe rex, & collaudabo te. Vnde de his duabus simul dicit. Psal. Confitebimur tibi, &c. Tertia est confessio fidei. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Sequitur. *Ex tribu Ruben duodecim millia signati.* Ruben interpretatur filius visionis. Vnde tribus Ruben, sunt omnes, qui per fidem, qua vident Deum fiũt eius filij. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Sed quia fides sine operibus mortua est, vt dicitur Iaco. 2. Ideo sequitur. *Ex tribu Gad, duodecim millia signati.* Gad enim interpretatur accinctus ad operandum, scilicet in vinea, & in agro Domini. Geñ. 49. Gad accinctus pręliabitur ante eum. Sed iterum, quia operatio, quæ non fit in spe salutis æternæ non valet. Sequitur. *Ex tribu Asser, duodecim millia signati.* Asser enim interpretatur signatus, alias beatus, & spes in præsenti beatificat. Ro. 8. Spe salui facti sumus. Sed quia sine charitate, nihil est vtile, nihil salubre, vt dicitur. 1. Cor. 13. Ideo sequitur. *Ex tribu Neptalim, duodecim millia signati.* Neptalis enim interpretatur latitudo, & charitas dilatat cor. Iuxta illud Psal. Latum mandatum tuum nimis, scilicet mandatũ charitatis qua præcipit diligi amicos, & inimicos. Sed quia charitas duplex est, scilicet in proximum, & in Deum, ideo sequitur de charitate Dei. *Ex tribu Manasse, duodecim millia signati.* Manasse enim interpretatur obliuio, & charitas Dei omnia temporalia facit obliuisci. Sed quia exhibitio operis est probatio dilectionis, vt dicit Glosa. Ideo sequitur. *Ex tribu Symeon duodecim millia signati.* Symeon enim interpretatur adiens mgrore, quod bene conuenit charitati, quæ mgrore proximi audit compatien-

E do, & subueniendo. Vnde Sap̃. 1. Auris cœli audit omnia. Sed quia charitas, aut deficit, aut perficit, vt dicit August. Ideo sequitur. *Ex tribu Leui, duodecim millia signati.* Leui enim interpretatur auditus, & charitas opus operi, & virtutem virtuti addit, donec perficiatur. Sed quia cum tribus prędictis virtutibus, scilicet spe, fide, & charitate, quæ dicuntur virtutes theologicæ, sunt necessariæ aliæ quatuor, quæ dicuntur politicæ, quæ circa inferiora versantur, quibus vtilius nihil est in vita hominibus, vt dicitur Sapientiæ. 8. Ioan. sequitur de illis, & primo de iustitia. *Ex tribu Isacar, duodecim millia signati.* Isacar interpretaĩ merces, & significat iustitiã operũ, cui merces debeĩ. Sap̃. x. Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum. Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem suam. *Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati.* Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis, & ideo significat fortitudinem. *Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati.* Per Ioseph, qui fuit prouidus dispensator Aegypti, interpretatur augmentum, quia per sapientiam F augmentauit redditus Pharaonis, & significat prudentiã. *Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati.* Beniamin enim interpretatur filius dexteræ, per hunc significatur temperantia, quæ ratione continentiæ facit hominem filium dexteræ. Quia virginitas in dextera est, & Beniamin filius dexteræ interpretatur. *Post hæc vidi,* secunda pars huius tertiæ partis, in qua ponitur numerus signatorum infinitè, ad innuendũ numer⁹ electorũ: qui est Deo finitus, nobis est infinit⁹. Vel primo posuit numerum signatorum de Iudæis: nunc ponit numerum signatorum de gentibus, qui maior est, & ideo infinite ponit. Vnde dicit. *Post hæc vidi turbam magnam.* i. spiritualiter intellexi, q; illi signati erant turba magna, vel post illos vidi alios de Gentibus, qui erant turba, quasi innumerabili. Vnde sequitur. *Quam dinumerare nemo poterat,* non dicit, quæ dinumerari, non poterat, quia ille eorum nouit numerum, qui numerat multitudinem stellarum. Vnde Eccl. 1. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerat? quasi dicat. Solus Deus, & nõ homo. Vnde, & G Abrahæ dixit Dominus. Geñ. 15. Suspice cœlum, & numera stellas si potes, sic erit semen tuum. Item Gen. 12. Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cęli, & sicut arenã, quę est in litore maris, & ne aliquis putaret, q; vllus esset signãd⁹ in tota illa multitudine nisi ex Iudęis, ideo addit. *Ex omnibus Gentibus.* Glo. Etiam de barbaris: & tribubus, & Gentibus, & populis, & linguis populorum. In gentibus enim diuersæ sunt tribus. In tribu diuersi sunt populi. In populo diuersæ sunt linguæ, & de omnibus his aliqui sunt saluandi. Vnde Matth. 14. Simile est regnum cęlorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti. Quomodo autem, vel in quo statu viderit hanc turbã determinat dicens. *Stantes ante thronum,* quasi paratos obedire, vel stantes. i. erectos ad cęlestia, non ad terrena curuatos. Sicut illi de quibus dicit Psal. Statuerunt oculos suos declinare in terram. Item stantes, quia in iudicio non cadent. Nam pro eis non dabitur sententia. Sap̃. 5. Stabunt iusti in magna constantia. Sed mali ibi cadent, quia H contra eos dabitur sententia irreuocabilis. Amos. 8. Cadẽt & non resurgent: vltra Psal. Non resurgent impij, in iudicio, &c. *Et in conspectu agni.* i. in consideratione Christi puri, & mansueti sibi, sed malis erit durus, & crudelis. Isa. 30. Ardens furor eius, & grauis ad portandum. *Amicti stolis albis,* idest innocentia baptismali, & sanctitate pœnitentiali his duabus stolis vestiuntur sancti in præsenti. Vnde Prouerbi. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus: primã stolam dealbat aqua baptismalis. Vnde Psal. Lauabis mẽ & super niuem dealbabor. Secunda dealbat aqua lachrymarum. Sicut dicit Glosa. Vnde Psal. Lauabo per singulas noctes lectum meum, id est per singula peccata conscientiam meam lachrymis meis, & palmæ in manibus eorum, idest coronæ pro operibus eorum. Infra. 14. opera illorum sequuntur illos, idest præmia operis.

Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus: & populis & linguis,

& linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium; & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes. Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum Amen.

Et clamabant voce magna. Quarta pars Capituli est, in qua ostenditur Iohanni, ꝙ sancti gratias agunt: non solum in præsenti, sed etiam in futuro de bonis sibi impensis: tam in pręsenti, q̃ in futuro. Dicit ergo. *Et clamabant omnes prædicti voce magna*, idest affectu magno, dicentes voce cordis, & oris. *Salus* quam habemus, idest remissio peccatorum, & opera bona, & vita æterna Deo nostro attribuitur, quasi dicat, ꝙ salui sumus: non à nobis, sed à Deo habemus, idest
B remissio peccatorum, & opera bona, & vita æterna: vnde à Deo habemus, qui sedet super thronum, vt iudex omniũ. *Et agno*, idest homini Christo, quasi dicat. A Christo, qui est Deus, & homo, habemus salutem. Vnde Exo. 15. Fortitudo mea dñs, & factus est mihi in salutem. Psal. Dñs illuminatio mea, &c. Et omnes angeli stabant ad obediendum parati, ad iuuandum prompti, ad protegendum strenui, ad recipiendum signatos voluntarñ, ad introducendũ, ad nuptias ferunt signati. Et vbi stabant? In circuitu throni, vt scilicet ex omni parte protegerent ipsum thronum, idest ecclesiam, & exequerentur mandatum sedentis in throno: & seniorũ .i. prælatorũ ad muniendũ, & iuuandũ eos spāliter. Quia totũ pondꝰ pręliñ vertitur cõtra illos, vt dicitur. 1. Reg. vlti. De Saule. Vnde 7. Isa. 62. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes. Et quatuor animalium, idest prędicatorũ omnium ad reuelandũ eis mysteria, & docendũ vtilia, & mundandum eorum labia. Isa. 6. Volauit ad me
C vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quẽ forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit. Ecce tetigi labia tua, vt auferatur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur, vel sicut supradiximus, per thronum intelliguntur prælati, in quibus iudicat Christus: per quatuor animalia: ordo prędicatorum: per vigintiquatuor seniores intelliguntur doctores, in quibus est sapientia. Iuxta illud Iob. 12. In antiquis est sapientia. Vel generaliter omnes fideles ratione prædicta. Vel in circuitu omnium sunt angeli stantes, idest iuuantes, & defendentes. Vnde Isa. 18. Item angeli veloces ad gentẽ conuulsam ab amore terrenorum: & dilaceratam multis tribulationibus, ad populum terribilem dęmonibꝰ, gentem expectantem gaudia cęlorum, & conculcatam pedibꝰ malorum, & de hoc circuitu dicitur in Psal. Immittit angelus dñi in circuitu timentium eum, & eripiet eos. *Et ceciderunt angeli in conspectu throni*, id est Christi in throno sedentis. *Ante facies suas*, idest sapienter se humiliauerunt coram Christo, gratias agentes pro signatione fidelium, & adora-
D uerunt Deum, idest adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur, Christo reddiderunt dicentes. *Amen*, Respondentes, & confirmantes laudationem signatorum, sicut pueri respõdẽt amen in fine orationum, in quo notatur magna humilitas angelorum, quasi dicant angeli ad signatos, verum est, ꝙ vos dicitis, & nos consentimus, & congratulamur dicentes Amen. Quod autem sequitur postea. *Benedictio*, idest exaltatio nostra quã super omnem creaturam habemus. *Et claritas*, idest intelligentiæ perspicacitas, qua clare omnia intelligimus, & Deũ clare videmꝰ, non per speculum in enigmate, vt homines, sed facie ad faciem: et sapientia qua in cognitis delectamur. *Et gratiarum actio*, idest gratuita, vel grata laudatio. Isa. 51. Gaudium, & lętitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis: honor, qui vobis ab ecclesia exhibetur. Vel quem habuimus stando aliis cadẽtibus, vel quẽ habemus Deo seruiendo, cui Deo seruire regnare est. *Et virtus*, id est potentia resistendi, & vincendi diabolum. *Et fortitudo*, idest virtutis confirmatio, Deo nostro attribuuntur,

A non nobis dicunt angeli, & hoc non ad horam, immo. *In secula seculorum*, idest continue, & cum tempore. Isa. 62. Tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Supra. 4. Requiẽ non habebunt dicentia. Sanctus, sanctus, sanctus, &c. Psal. Beati, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Item potest dici, ꝙ angeli hic agũt gratias de bonis collatis, hominibus, conciuibus suis, idest signatis, & tunc exponitur sic. *Benedictio*, idest bona datio, idest bonorum datio, fortunę bona. naturę, & gratię, atque gloriæ. Nam hęc quatuor dat Deus electis. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum est à Deo patre luminum. Datum bonum dicitur bonum fortunæ, datum melius bonũ naturę. Datũ optimũ bonũ gratię. Donũ perfectum bonũ glorię. De hac benedictione dicitur Ecclesiasti. 11. Benedicto Dei in mercedem iusti festinat. Et claritas conscientiæ, vitæ, famę, scientię. De prima dicitur. 2. Cor. 1. Gloria nostra hęc est, testimonium conscientiæ nostræ. De secunda Sapientiæ, quarto. O q̃ pulchra est casta
B generatio cum claritate. De tertia Ecclesia. 40. Curam habe de bono nomine. 2. Cor. Bonꝰ odor Christi sumus Deo. De quarta Sap. 8. Habeo per hanc claritatem ad turbas, & honorẽ apud seniores: & supra .i. Dei, & sui cognitio. Philosophus. Sapientia est hoĩs sui ipsius cognitio. Eccle. 51. Multa inueni in me metipso, sapientiã, & multũ profeci in ea. Boetius. Sapientia est humanarum diuinarumq; rerum perfecta veraque cognitio, q̃ vtilis sit hæc sapientia, patet per illud. Sapientiæ. 7. Neminem diligit Deus nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Item in eodem. 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Cognitio Dei tollit desperationem, cognitio sui presumptionem. *Et gratiarum actio*, quę quantum sit vtilis patet, ex suo contrario, idest in ingratitudine, de qua dicit Bernardus. Ingratitudo est ventus vrens, exsiccans fontem pietatis, venas misericordiæ, & fluenta gratiæ. Vnde alibi dicit. Disce in referendo gratias non esse tardus, neque segnis, disce ad singula dona gratias agere, diligenter considera, quæ tibi appo-
C nuntur, vt nulla Dei bona debita gratiarum actione frustrentur. 1. Thes. 5. Sine intermissione orate: in omnibus gratias agite: hæc duo, sicut dicit beatus Bernardus, scilicet oratio, & gratiarum actio, debent sibi condiuidere totam vitam sanctorum. Quia sancti vident, vel bona, vel mala, si bona, debet personare gratiarum actio, si mala sequi debet oratio pro illis amouẽdis. Vnde beatus Bernardus alibi dicit. Charitas tot modos in oratione, vel gratiarum actione, in Deum se iugiter refundit, quot in suis, vel necessitatibus, vel consolationibus, vel proximi compassionibus, vel congratulationibus, carnales materias inuenit pius affectus. *Honor*, idest pax, & quies à tumultu, & lite. Prou. 16. Honor est homini, qui se separat à cõtentionibꝰ. Hunc honorẽ non habent aduocati, qui sequuntur, & quęrunt lites, sicut corui cadauera. De quibus dicit Isidorus. Hi sunt, qui causas morantur, admissi impediunt, pręteremissi fastidiunt, admoniti obliuiscuntur, sine spõsione premñ, dedignantur locupletari: hi sunt in exactionibus Arpiæ, in collationibus
D statuę, in quæstionibus bestię, ad intelligendum saxei, ad iudicandum lignei, ad fauendũ vulpes, ad irascendum tygres, ad seruiendũ tauri, ad consumendũ minotauri, quorũ si nares afflauerint rubigiosi, aura marsupñ, mox videbis oculos Argi, periuria Laomedontis, Vlissis argutias, Sinonis fallacias, Achitofelis cõsilia, Absalonis oscula. Itẽ in quodam libro Tragediarum Senecæ, qui intitulatur, liber de nugis senum dicitur, cum quidam inspiceret infernum, videns Neronẽ balneantem se, & multos circunstantes, qui fundebant aurum calidum, in balneum ipsius. Nero vidẽs turbam aduocatorum ad se venientem, ait, venite huc venale genus hominum. O aduocati amici mei, accedite huc, vt mecum in hoc vase vos balneetis. Ad huc enim superest locus in eo, quem vobis reseruaui. *Et virtus*, idest audacia resistendi malis, quę optime coniungitur honori. Quia non debet habere honorem, qui non habet virtutem. Eccl. 7. Noli querere fieri iudex, &c. Vel virtꝰ bene viuendi. Augustinus. Virtus est bona qualitas mentis, qua dominus ope-

ratur in nobis sine nobis, qua bene innuitur, & nemo male vtitur. *Et fortitudo* ardua aggrediendi, & grauia substinendi propter Deum. De qua Psal. Fortitudinem meam ad te custodiam. *Deo nostro* attribuenda sunt, & pro his laudemus eum dicunt angeli, quia nobis dedit hæc. *In secula seculorum* per hoc notatur continuatio laudis. *Amen*, potest accipi nominaliter. Si nominaliter tunc est sensus. *Amen*, idest veritas attribuenda est ei. Si verbaliter, quia verus est in promissis Si aduerbialiter tunc est optatio. i. fiat, fiat: vt dicit Glosa.

Et respondit vnus de senioribus: & dixit mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Et dixit mihi. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, ideo sunt ante thronum Dei, et seruiunt ei die ac nocte in templo eius, & qui sedet in throno, habitabit super illos; non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Et respondit. Sexta pars in qua ostenditur Iohanni, vnde isti venerunt in tantam gloriam, vt per hoc, & Iohanni, & aliis consimilis via ostendatur. Dicit ergo. *Et respondit vnus de senioribus*, idest vniuersitas Prophetarum, & Apostolorum meo desiderio satisfecit, qui desiderabam esse cum illis. Sed potest queri, quare modo loquantur quatuor animalia? Solutio, per animalia intelliguntur sancti secundum statum præsentem, vbi sunt adhuc in pascuis scripturarum: sicut bonæ pecudes, per seniorem vero intelliguntur secundum statum futurum. In præsenti vita est diuersitas, quia non omnes sancti idem volunt, vel sentiũt, sed in patria erit voluntas, & sensus omnium vnum, & idem, & ideo supra loquuntur quatuor animalia, hic vero vnus de senioribus, & vult mihi desideranti intelligere vnde venerant illi signati, hi *Amicti stolis albis* sicut supra expositum est. Qui sunt, & vnde venerunt? quasi dicat. Attende bene, in quo statu sunt, ibi, & à quo statu venerunt, quia de magna miseria ad magnam gloriam, de magna paupertate ad magnas diuitias, de exilio ad patriam, de angustia ad delitias, de carcere ad regnum, de vinculis ad liberationem. *Et dixi illi senior. Domine tu scis.* Et ideo debes me nescientẽ docere, dominum vocat, quia minor in cęlo maior est quolibet existente in mundo. Sicut dicitur Matth. 11. de Iohanne Baptista. Qui minor est in regno cęlorum maior est illo, & dixit mihi, quia humiliter responderat meruit edoceri. Prouerb. 11. vbi humilitas ibi sapientia. Psal. Inter medium montium pertransibunt aquę. Exemplum in vitis patrum, de illo, qui tanto tẽpore rogauerat Deum, vt reuelaret quiddã quod dubitabat, et ad vltimum eum non posset inuenire veritatem, cæpit ire ad quoddam vicinum Eremitam, & dum esset in via, occurrit ei angelus dñi, & dixit ei, quamdiu orasti, & noluit tibi dominus reuelare, quod petebas, quia confidebas in precibus tuis, sed quando te humiliasti vt ires ad fratrem tuum, & peteres edoceri ab eo, misit me dominus, vt docerẽ te, quid dubitas, & docuit eum. *Hi sunt, qui venerunt*, & veniunt quotidie, & venient vsque in fine seculi. *Ex magna tribulatione*, idest ex multiplici, nam ex vna parte dęmones turbant, pacem cordium, ex altera parte heretici destruunt fidem, ex altera falsi Christiani corrumpunt mores, ex altera Tyranni auferunt substantiam, & bene dicit. *Hi sunt* per quod innuit, ꝙ qui non est in tribulatione, nõ vere est, quia non est in eo Christus. Psal. Cum ipso sum in tribulatione; Ecce ostendit senior vnde venerunt de mundo vbi magna tribulatio est, tamen maior erit in purgatorio, maxima in inferno præter illa quatuor, quæ dicta sunt. Longum, latũ, & spissum, lõgum in abbreuiationem sui, & hoc habet sursum, & deorsum. Sursum in dimissione proprię voluntatis. Deorsum in dimissione curæ carnis sicut dicitur Ro. 13. Curã carnis ne feceritis in desideriis. Latum in abbreuatio-

E ne mundi, & hoc habet dexteram, & sinistram. Dexteram quidẽ prosperitatis, & sinistrã aduersitatis, vt inter vtrũq vir sanctus procedat, sicut dicitur Numeri 20. Via publica gradiemur, non declinabimus, neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Spissum, in abrenuntiatione parentum, & hoc habet ante. & retro. Ante, patrem, & matrem. Retro, filios, & nepotes. Quia his omnibus renunciauerunt sancti, ideo dicitur. *Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione*, Vel ex magna tribulatione, idest mundi turbatione. *Et lauerunt* in aqua baptismi, vel lacrymarum. *Stolas suas*, idest corpora sua, quibus animę, quasi quibusdam tunicis teguntur. *Et dealbauerunt eas* idest cum albæ essent, magis albas fecerunt. *In sanguine agni*, idest in fide, & imitatione passionis dñi nostri Iesu Christi. Sed cum sanguis non sit albus, sed rubeus, videtur, quod Iohannes debuit dicere, & rubeas fecerunt eas, & non dealbauerunt. Secundo sanguis calore decoctus in mamillam, conuertitur in lac, & mutat colorem, & qui prius erat rubeus, fit albus. Sic sanguis Christi in igne caritatis decoctus
F mente sanctorum, albos facit eos, non rubeos. Vel potest dici, ꝙ in hac dictione dealbauerũt, ponitur de pro addictione, & est sensus, & dealbauerunt eos in sanguine agni, idest, cum essent albæ prius, per innocentiam, seu munditiam, rubeas eas fecerunt substinendo martyrium pro Christo, & ita factæ sunt simul albæ, & rubeę. Prouerb. vlti. Purpura, & byssus indumentum tuum. Cant. 5. dilectus meus candidus, & rubicundus. Ideo sunt ante thronum Dei. Glosa. In consortio angelorum, purificantur, & seruiunt per laudum decantationem, & reuerentiæ exhibitionem. Die, ac nocte, idest continue sine intermissione sicut angeli. De quibus dicitur Isa. 52. Tota die, & tota nocte, perpetuo non tacebunt. *In templo eius*, primo in militanti, secundo in triumphanti. Psal. In templo eius omnes dicent gloriam, idest laudem. In templo militãtis Ecclesiæ seruiendũ est domino quadrupliciter, scilicet sancte, iuste, recte, perseueranter. Vnde Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia, &c. Itẽ in templo triumphantis Ecclesiæ seruietur ei quadrupliciter,
G scilicet vacando, vidẽdo, amando, laudãdo. Vnde Aug. in fine de ciuitate Dei. Vacabimus, & videbimus: videbimus, & amabimus: amabimus, & laudabimus, ecce quid erit in fine, sine fine, scilicet vacare, & videre: amare, & laudare. *Et qui sedet in throno*, scilicet Christus habitat super illos protegens, & gubernans eos, & bonum suum eis communicãs. Vnde sequitur. *Non esurient*, pane vitæ saciati. Io. 6. Ego sum panis vitæ. *Neque sitient* aqua vitæ potati. Io. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ. De vtroq; dicitur Ecclesiasti. 15. Cibauit illum pane vitę, & intellectus & aqua sapientię salutaris potauit illum. Item de primo Psal. Cibauit illos. De secundo. Inebriabuntur ab vbertate, domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Ad vtrũque vocat sponsa. Cant. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Ad hanc autem satietatem, & ebrietatem peruenitur per esuriem, & sitim iustitię. Vnde Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Isa. 65. Serui mei comedent, qui hic esu-
H rierunt, & vos sitietis, qui hic ebriati estis. Luc. 6. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Amplius contra. Eccle. 24. Qui edunt me, ad huc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Solutio, Dum sunt in esurie, scilicet defectus, & desiderium. Defectus omnino tolletur. Desiderium remanebit, & ita sancti reficientur semper, & saturabuntur, & nũquam fastidient. Iuxta illud. Fruuntur, & non fastidiunt, quo magis frui sitiunt. 1. Pet. 1. In quem desiderant angeli prospicere: hic ergo sumitur esuries pro defectu, in ecclesia pro desiderio sine affectu: vtrobique in semiplena significatione. *Neque cadet super illos sol, neque vllus æstus*, idest neq; maior, neq; minor tribulatio. Psal. Per diem Sol non vret te, neq; Luna per noctem. Vllus dicit, neq; corporalis, neq; spiritualis, neq; æterna erit eis, & subiungit causam. Vnde hoc erit. *Quoniam agnus*, idest Christus pius, innocens, mansuetus, *Qui in medio throni est*, idest Ecclesiæ, vel angelorum, vel prælatorum, vt supra. *Reget illos*, & ideo nil deerit illis, iuxta illud. Psal. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. *Et deducet eos ad*

vitæ

vitæ fontes aquarum, vbi continue potabunt, & loquitur hic Iohannes per metaphoram, ouium, & pastoris, pastor enim primo regit oues suas, ducendo ad bona pascua, postea ducit ad aquas, vt post pastum bibant. Sic dñs in via regit bonos, ducendo de virtute ad virtutem, tandem deducit eos ad fontes vitæ aquarum in patria, idest contemplandum sanctę Trinitatis maiestatem, quæ est vnus fons propter vnitatem essentiæ. Vnde psal. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuę potabis eos, quasi dicat. Apud te est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumen. Aquæ huius fontis, vel horum fontium, sunt gaudia ex intuitu diuinæ maiestatis surgentia, quę quanto plus bibentur, plus sitientur. Iuxta illud Eccle. 24. Qui bibunt me adhuc sitient. Item quãto plus haurientur, tãto profundiores inuenientur, & de hoc dicitur Ecel. 47. Ecce redundantes à latere dextro. Latus templi dextrum, est cęlestis patria. Nam vita præsens, est latus sinistrũ. Sicut dicitur Cãt. 8. Leua eius sub capite meo, &c. & sequitur. *Cum egrederetur vir, mensus est mille cubitos*, & transduxit me per aquam, vsque ad talos. Rursusq; mensus est alios mille cubitus, & transduxit me per aquam vsq; ad genua. Rursus mensus est alios mille, & transduxit me vsq; ad renes, & mensus est mille, & duxit me per torrentem quem non potui pertransire, quoniam intumuerunt aquę profundę torrẽtis, qui nõ potest transuadari. Tres primi millenarij, signant tria gaudia electorum in patria, quę finita sunt, & alia quatenus possunt a sanctis comprehendi. Primus venit ad infernũ, vbi vident Dei iustitiam adimpleri, de quo multũ eis gaudium. Vnde psal. Lętabitur iustus cum viderit vindictam. Isa. vlt. Egredientur, vt videant cadauera mortuorum, qui preuaricati sunt in me: & erunt vsq; ad facietatem visionis omni carni. Secundus venit à mundo de pulchritudine creaturarum. De quo Isa. 60. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Tertius è cęlo, & iocunda, & grata societate. De quo Isa. 65. Exultabo in Ierusalẽ, & gaudebo in populo meo, sed quartus millenarius, qui non potest transuadari, est gaudium Dei, de ineffabili visione maiestatis diuinæ. Quod tantum est, vt dicat, Isa. 42. Quod oculus non vidit Dus absq; te, quę pręparasti diligẽtibus te. De his quatuor gaudijs dicitur. Luc. 6. Mensuram bonã, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Bonam dicit, quo ad primum, confertam, quo ad secundum: coagitatam quo ad tertium: superffluentem quo ad quartum. Item alio modo. Tres millenarij, qui mensurantur, & possunt trãsuadari, sunt tres sensus scripturæ, scilicet Hystoricus, Allegoricus, Tropologicus. Quart⁹ vero, qui est millenarius, qui non potest transuadari, qui est quartus sensus, idest Anagogicus, qui est de secretis cęlestibus, quę non possunt in hac vita comprehendi. Hoc totum quod hic dicitur, sumptũ est de Isa. 49. Vbi dicitur. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum, non esurient, neq; sitient, & non percutiet eos Sol, neq; vllus ęstus, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Sed priusquã ad istos fontes clarissimos, & dulcissimos: de quibus dictum est peruenire possimus, oportet potare de alijs quinque fontibus: quos vobis foderũt Iudęi in optima terra, scilicet carne Christi, qui sunt quinque vulnera eius. Vnde ipse dicit. Foderunt manus meas, & pedes meos. Isa. 2. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo. Cant. 2. Veni columba mea, in foraminibus petrę, in cauerna macerię. In his fontibus potantur aquę viuę, quibus abluuntur sordes animarum, & restinguitur ardor, & sitis malę cõcupiscentię. Vnde Isa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Sequit. *Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*, idest omnem dolorem, & tristitiæ causam amouebit ab eis. Isa. 25. Auferet Deus lachrymam ab omni facie. Item. 65. Exaltabo in Ierusalẽ, & gaudebo populo meo, & non audietur in ea vox fletus vltra & vox clamoris. Item. 51. Venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudiũ, & lętitiam tenebunt, & fugiet dolor, & gemitus. Omnem lachrymam dicit. Quia variæ sunt lachrymę electo-

A rum. Nam alius plangit, quia mala fecit. Alius, quia bona non fecit. Alius, quia flagella correctionis diu substinuit. Ali⁹ quia iaculis vitiorũ pungit. Ali⁹ quidẽ peregrinat à patre, & à patria. Ali⁹, quia videt fratres perire. Tali modo varij sunt sanctorũ flet⁹, & gemitus in hac vita, qui tunc vtiq; abstergẽtur ad plenũ, qñ pręsenti fletus lętitia iocunditatis æternę succedet. Iuxta illud. Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabũtur, & Io. 16. Plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, commutatio significat Io. 2. In mutatione aquæ in vinum. Rabanus autem quatuor distinguit genera lachrymarũ, dicens: hoc modo quatuor modis fit planctus sanctorum. Aut cum propria peccata deplorant. Aut cũ in infernum cadẽtes plangunt. Aut cum in peccatis viuentes lachrymãtur. Aut cum desiderio regni lugent: Sunt autem lachrymarum quatuor proprietates, sed quarum quatuor faciunt bona. Nam sunt humidæ, vt sordidum cor abluant, sunt & calidę, vt frigidum
B calefaciant, sunt & salsę, vt feridum condiant, sunt & amare, vt dulcorem carnalium voluptatum temperent, & postea addit, vno eodemq; momento Deum pulsant, oculos rigant, animam lauant, ignem infernalem extingunt, quod non faceret tota aqua maris. Omnes has lachrymas abstergẽt dominus propria manu. Vnde Bernardus. Felix lachryma quam pia manus conditoris abstergit, & si nõ esset causa lachrymandi, nisi hic, bonum esset flere. Qui autem modo nolunt flere ad horam, flebunt sine fine, & tales lachrymas, quę non refrigerabunt, sed quæ corpus cremabunt. Vnde quidam sanctus pater in vitis patrum dixit discipulo suo. Ploremus hic frater, antequam veniamus ad locum, vbi animæ comburunt corpora plorantium. Vnde dicitur Luc. 6. Vę, qui ridetis, quia lugebitis. Prouer. 14. Extrema gaudij, luctus occupat. *Et cum aperuisset*. Septima pars huius capituli, vbi ostenditur apertio septimi sigilli, quę nihil aliud est, quã manifestatio status futuri, post mortem Antichristi, qñ dabitur pax Ecclesię, sed parum durabit. Vnde quia
C hic status, quasi signatus, latuerat clausus in scriptura, & hic ostenditur hoc sigillum septimum aperiri, dicit ergo *Et cum aperuisset sigillum septimum*, idest cum futurum statum ecclesiæ post mortem Antichristi, manifestasset. *Factum est silentium in cœlo*, idest pax, & tranquillitas in ecclesia, & ponit præteritum pro futuro. Tunc enim libere prędicare licebit sanctis, nec aliquis impugnabit sanctos, nec affliget eos *Quasi media hora*: idest valde parum, quia statim veniet dñs ad iudicium: nec tãtum bonis erit pax, & tranquillitas, immo etiã ministris Antichristi, qui deinde credetẽt se in prosperitate victuros, & ideo obstinati in malitia, non conuertentur, sed in peccatis suis morientur. Vnde Iere. 44. Requiem Moab in fęcibus, scilicet ideo est transfusus de vase in vas, idest de statu peccati, in statum pęnitentię: quadragintaquinque enim dies dabuntur post mortem Antichristi, vt pęniteant illi, qui in persecutione Antichristi titubauerunt, & ceciderunt. Sed ministri Antichristi dicent, licet princeps noster sit mortuus, nos tamen pacem habemus,
D & ideo ducent vxores, & faciẽt conuiuia, & cum dixerint sibi bene esse, tunc veniet iudex, & moriẽtur omnes. Vnde 1. Thessa. 5. Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentin⁹ superueniet eis interitus. Quãtum vero spacium sit futurũ inter illos quadraginta quinque dies, & in fine mundi, nemo scit, nisi forte alicui fuerit diuinit⁹ reuelatũ. Vnde Matt. 25. De die autem illa nemo scit, nisi filius hominis, & cui filius hominis voluerit reuelare.

CAPVT VIII.

ET cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei, et datæ sunt illis septem tubæ. Et alius angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus san-

ctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo. Et accepit angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram. Et facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, et terræmotus magnus. Et septem angeli, qui habebant septẽ tubas, præparauerunt se vt canerent.

HOc est octauum capitulum, in quo incipit tertia visio, in qua agit. Io. de septem angelis tubis canentibus, per quos designatur vniuersitas prędicatorum, turbines persecutorum, & retributiones prędiorum annunciantium, & incipit ab exordio nascentis Ecclesiæ, & perducit vsque ad finem. Vnde hic ostenditur. Io. Quomodo prædicatores cõsolantur Ecclesiam in quolibet statu eius: & patet ordo visionis huius ad præcedentem. In illa enim aperiuntur omnes status Ecclesiæ, in quibus multas substinuit passiones. In ista ponuntur consolationes, quas habuit à prædicatoribus, continet autẽ hæc visio quatuor capitula: scilicet octauum, nonum, decimum, & vndecimum: & diuiditur hæc visio principaliter in duas partes. In prima agit de his generaliter, ponens quædam communia toti visioni. In secunda agit singulariter de vnoquoque angelo. Ibi. *Et primus angelus.* Circa medium huius capituli: hoc autem capitulum diuiditur in duas partes. In prima ostenditur Iohanni, sermo siue ornatus, septem angelorum, & preparatio eorũ. In secunda agitur sigillatim de clangore quatuor angelorum, & quid factum est in clãgore eorum. Ibi *Et primus angelus.* Dicit ergo. Et vidi spirituali visione septem angelos, idest prædicatores vniuersos, qui dicuntur septem propter septennarium, qui est numerus vniuersitatis, vel quia septem donis sunt perfecti, & septem vitia prædicãdo eradicant, & septem virtutes plantant, & septem sacramenta annunciant. Vnde Iere. 1. Constitui te super gentes, & regna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, hæc quo ad vitia, quæ quatuor modis committuntur, scilicet delectatione, consensu, opere, commissione. Ideo ponit quatuor verba ad idem pertinentia, & sequitur, & edifices mores, & plantes fidem, vel ideo dicuntur septem quia fidem Trinitatis prędicant per quatuor partes mundi, vel quia in omnibus statibus Ecclesiæ, qui sunt septem, erunt prædicatores Ecclesiam consolantes: ostendendo premia bonorũ, & damnationem malorum. Vocat autem eos angelos, quia missi sunt ad seruiendũ alijs, non vt seruiatur eis, sicut dñs eorum. Matth. 20. Filius hominis non ministrari venit, sed ministrare, &c. Hæbr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, &c. Roma. 10. Quomodo prędicabunt nisi mittantur? Item vocat eos angelos, quia debent esse spirituales, non carnales. Psal. Qui facit angelos suos spiritus. Item quia debent iugiter vacare contẽplationi cęlestium. Matt. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris qui in cęlis est. *Stantes*, idest secure laborantes, non timore corruentes, nec otio torpentes. Psal. Mane astabo tibi, & videbo. Item *stantes*, idest obedire, ire, & purgare paratos. Io. 15. Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, apud me in deposito, donec ego reddam vobis. 2. Thi. 1. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare. vel *stantes*, quia quandoq; prædicatores stando prædicant populo, quia dominus stans prędicauit turbæ. Luc. 6. Claustralibus autem prędicauit sedẽdo, Matth. 5. In quo notatur, q̃ claustralibus, est prædicandum ocium cõtemplationis, laycis vero labor actionis. In conspectu Dei actiue, idest, vt Deum conspiciant, & alios conspicere doceant. In primo notatur, q̃ pura intentio prędicatorum debet esse pure ad Deum, non ad aliud emolumentum. Et finis debet esse vt alios faciant, vt doceant videre Deum, nunc per fidem, vt postea per speciem. *Vel in conspectu Dei.* Quia quicquid dicant, vel faciant conspiciuntur à Deo. Boetius. Magna nobis necessitas indicta est nisi dissimulare velimus, cum cuncta agamus ante oculos iudicis

E cuncta cernentis. Ideo dicit Elias. 3. Viuit Deus in cuius cõspectu sto. *Et datæ sunt illi septem tubæ*, idest officium prædicationis, quod septem tubis designatur, eadem ratione, qua prædicatores, dicuntur septem, vel quia per prędicationem septem mutationes mundi, q̃ significatur per Iericho destruuntur. Iosuæ sexto. Prima est amor diuitiarum, secunda amor delitiarum, tertia ambitio honorũ, quarta amor parentum, quinta obliuio Dei, sexta ignorãtia sui, septima contemptus euangelij. Funes quibus Sanson fuit ligatus, sed irruente spiritu in eo disrupit eos, sicut filum stupæ soluitur ad ardorem ignis. Iudicum 16. Sanson interpretatur Sol eorũ. Hic est prædicator, qui debet alios exemplo vitæ informare, & luce doctrinæ illuminare, vnde Matth. Vos estis lux mundi, vnde patet quod nihil debet esse in prædicatore quod sit inunctio mundi, cum officium suum sit dirimere muros Iericho. Vide ergo quomodo capta, & diruta fuit Iericho. Sacerdotes tulerunt tubas, quorũ vsus erat in iubileo, & clangentes, & septies circuientes ciuitatẽ,

F in se primo circuitum tubis clangentibus muri Iericho funditus corruerunt. Sacerdotes tubis clangentes typum gerunt prædicatorũ, qui debent tenere in manu tubas, & clãgere ore, & opere complere quod prędicant ore, sicut de domino dicitur Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Septẽ circuitus Iericho sunt septem considerationes mundi, quas si haberent frequenter prædicatores, in corde, & in ore, tũc muri Iericho in seipsis corruerent, & postea in alijs corruere facerent, prima est consideratio vanitatis, quia vana sunt omnia in mundo. Sapiẽ. 5. Transierunt omnia, quæ sunt in mundo velut vmbra. Psal. Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mẽdaciũ? Eccle. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ro. 8. Creatura vanitati subiecta est. Secunda est consideratio, vtilitatis, quia vilia sunt omnia, quæ in mundo sunt. 1. Io. 2. Omne quod in mundo est, &c. Phil. 3. Omnia arbitratus sum, vt stercora, quibus nihil est vilius. Tertia est consideratio breuitatis. Eccl. 11. Omnis potentatus breuis vita. 1. Cor. 6. Pre-

G terit figura huius mundi. 1. Io. 2. Transit mundus, & concupiscentia eius. Quarta consideratio est instabilitatis. Tren. Peccatũ peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Vnde appelatur mare. Isa. 57. Impij quasi mare feruẽs quod quiescere non potest. Quinta est consideratio infidelitatis, quia nulla fides, seu fidelitas in mundo inuenitur. Oseę. 4. Non est misericordia, non est veritas, non est sciẽtia Dei in terra. Luc. 43. Putas filius hominis cum venerit inueniet fidem super terram? Item. 9. Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in fratre suo nõ habeat fiduciam. Sexta est cõsideratio falsitatis, seu hipocrisis, quia alius est mũdus, alius apparet. Iob. 20. Gaudium hipocritæ ad instar puncti. Ideo dicitur Naum 3. Qui viderit se resiliet à se. Septima est consideratio malignitatis. 1. Io. 5. Totus mundus in maligno positus est, caueat maledictionem. Iosuę. 6. In die illo imprecatus est Iosue dicens. Maledictus vir coram domino, qui resuscitauerit, & ędificauerit ciuitatem Iericho, in primogenito suo, fundamenta illius iaceãt, & in nouissimo liberorum ponat portas eius.

H *Et alius angelus.* Hic agit de Christo Iohannes, de quo est tradita prædicatio. Septem precedẽtium angelorum, de quo multa dicit. *Alius angelus*, idest Christus Iesus, qui dicit angelus: idest patris nuntius. Ipse enim nunciauit patrem in mundo. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse vobis enarrauit illum, & bene dicitur Alius: quia cunctis prædicatoribus, & gratia, & sanctitate, & virtute, & potentia, & sapientia, & dignitate remotus. Vnde Isa. 9. Et vocabitur nomen eius, magni consilij angelus. Venit, quando carnem humanam, & animam rationalem sibi vniuit. Psal. Tunc dixi ecce venio, & stetit quasi agnus immolari, vel quasi sacerdos immolare paratus. *Ante altare*, idest ante crucem, & in hoc ostenditur promptitudo obedientiæ ipsius. 1. Phi. 2. Humiliauit se factus obediens patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis, de quo Isa. 19. In die illa erit altare domini in medio terræ Aegypti, & titulus domini iuxta manum eius, quia super caput eius imposuerunt causam eius scriptam. Iesus Nazarenus Rex Iudęorũ. Matth. 28.

Matth.28.Item Isa.60. Offerent super placabili altari meo, A
& domum maiestatis meę glorificabo, & bene dicit placa
bili,quia per crucem Christi placatus est nobis Deus pa-
ter,et vide quàm signanter dicit. *Venit, & stetit*. Per hoc enim
innuit,& ostendit Christi humanitatem, & diuinitatem,
venit quippe pertinet ad humanitatem, per quam transit
de loco ad locum. Stare vero ad diuinitatem, per quã vbiq;
stat immobilis, iuxta illud. Iere. Cœlum, & terram ego im-
pleo, demum ostendit, quod Christus licet staret vt Deus,
tamen potuit immolari, quia habuit verum corpus morta-
le. Vnde dicit. *Habens thuribulum aureum in manu sua*. Thuribulũ
apertum est superius, Clausum inferius, per quod significa
tur quod corpus Christi non opere inferiori, scilicet huma-
no, sed diuino formatur, idest factum fuit. Vnde Luc.1. Spi
ritus Sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbra
bit tibi, idest vmbram capiet in te, vel de te, vel vmbram fa
ciet, idest refrigerium. Item thuribulum multa habet fora-
mina, & Christus habuit quinque vulnera. Cant.2. Veni
Columba mea in foraminibus petræ. Iere.48. Esto quasi B
Columba nidificans in summo ore foraminis, sed in thuri-
bulo sunt foramina, ex parte superioris. Et Christus non ex
culpa sua, sed ex mera misericordia vulneratus fuit. Isa.53.
Oblatus est, quia ipse voluit, non quia meruit, quia pecca-
tum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Itẽ in thu-
ribulo crematur thus, vt domino offeratur, & per Christũ
omnes orationes Ecclesiæ diriguntur. Vnde ferè omnes ora
tiones finiuntur. Per dominum nostrum Iesum Christum.
Aureum autem dicitur, non deauratum, quia nõ sanctifica
tum, sed sanctũ factum est. Vnde Luc.1. Quod nascetur ex
te sanctum, vocabitur filius Dei. Ierem.23. Suscitabo Da-
uid germen iustum, idest Christum, qui fuit iustus in ger-
mine. Auri fulgor significat innocentię puritatem, quam
Christus super omnes habuit.3. Regum.7. Fecit Salomon
thuribulum ex auro purissimo. Corpus domini fuit aurũ
purum in Adam ante peccatum, sed factum est impurum
per peccatum. Vnde Tren.4. Filij Sion inclyti, Adã, & Eua,
scilicet amicti auro primo. Quomodo reputata est in vasa C
testea opus manuum figuli. Quomodo obscuratum est au-
rum, mutatus est color optimus. Purus fuit in beata Virgi-
ne post sanctificationem. Postea fuit purissimum in Chri-
sti assumptionem. In Adam fuit purum, quia peccatũ non
fecit. In beata Virgine fuit purius, quia nec peccauit, nec
peccare potuit, nec voluit, & ita fuit tunc purissimum. Pro-
uer.25. Aufer rubiginem de argento, idest de beata Virgine
& omnem fomitem, & peccati originẽ, & egredietur vas
purissimum, idest corpus Christi. De quo Ecclesiasti.5.
Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso, &
sic dicitur habere thuribulum in manu sua, quia quo-
modo, & quando voluit natus, & passus, & resurrexit. Itẽ
beata anima eius ad Adam, quia non habuit fomitem, qui
est in nobis origo rebellionis. Vnde Gala.5. Caro concupi-
scit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & hoc
significatum fuit. Gen.7. Vbi omnia animalia fuerunt pa-
cata in arca, scilicet omnes motus cõcorde in Christo. Vn-
de Psal. Anima mea in manibus meis semper. Iob.30. Ani- D
mam meam porto in manibus meis. Item thuribulum au-
reum est sancta Ecclesia igne diuini amoris accensa. Clausa
inferius ad terrena, aperta superius ad cœlestia. In qua sunt
carbones, idest ignea desideria, vel animæ charitate ignitę.
De qua ascendit fumus orationis, & sanctę deuotionis. Vn-
de psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo: & bene dicitur aureum propter fulgorem sapientię, &
charitatis, & obedientię, quo vestita est Ecclesia.3. Reg.10.
Fecit Salomon thronum de ebore grandẽ, & vestiuit eum
auro fuluo nimis. Glo. dicit habens thuribulum, idest apo-
stolos, qui sunt vas ignis, idest spiritus sancti, de quibus
exeunt orationes, quę eleuantur coram Deo. *Et data sunt ei, id-
est Christo incensa multa*, idest orationes multæ Deo acceptabi-
les à sanctis oblatę, vt daret ipse, idest patri reprę sentaret,
de orationibus sanctorum omnium, sed de orationibus,
quia non omnes orationes repręsentat Christus patri, quia
aliquando petunt quod non esset petendũ, vt patet in Pau-

A lo, qui petijt, stimulum carnis amoueri à se.2. Cor.12. Sed
illas tantum repręsentat, quę pertinent ad salutem, quia il-
las exaudit. Io.16. Si quid petieritis patrem in nomine meo
dabit vobis. *Super altare aureum*, idest super crucem, vbi ora-
uit pro peccatoribus. Luc.23. Pater ignosce illis: quia ne-
sciunt quid faciunt. Et dicitur crux altare, quia ibi oblatus
est. Aureum vero dicitur, quia ex sola charitate passus est,
& crucifixus. Ier.31. Charitate perpetua dilexi te, ideo at-
traxi te miserans, quod totum ipse fecit in cruce, vnde om-
nem virtutem attrahendi habuit. Tria enim naturaliter at-
trahunt, scilicet vacuum, calidum, & simile, & ipse fuit
ibi vacuus, per humilitatem. Phil. exinaniuit semetipsum
formam serui accipiens. Item calidus fuit, per charitatem.
Io.15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, fuit etiam si
milis nobis passibilis, & tunc refecit in nobis ipse similitu-
dinem, quam perdideramus. Ro.8. Quos presciuit, hos, &
prædestinauit conformes fieri imaginis filij Dei, propter
hoc ipse dicit. Io.12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia
B trahamad me ipsum, ergo qui non trhaitur ab eo, nil est.
Quia est in conspectu Dei, idest in beneplaciro Dei. Quia
passio Christi in cruce, Deo placuit, licet crucifixio Iudæo
rum ei displicuerit. Vnde dicitur. Actio displicuit, passio
grata fuit, vel *Ante thronum Dei*, idest coram Ecclesia, quæ est
thronus Dei, & ascendit fumus incensorum, idest compun
ctio cordium deuotorum procedens de orationibus sancto
rum, sicut enim fumus ex aromatibus accensis procreatur,
sic virtus compunctionis ex studio, gignitur orationum.
Cant.3. Quę est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgu
la fumi, ex aromatibus, mirrhæ, & thuris, & vniuersi pul-
ueris pigmentarij. Sed ne crederetur quod oratio sanctorũ
ab eis haberet virtutem Christi, qui sanctorum orationib*
dat virtutem ascendendi. Io.15. Sine me nihil potestis face-
re, & postea ostendit quo ascendunt orationes sanctorum,
quas in manus suas recipit, & eas offert Deo Patri, ostẽdit
ei continue humanitatem assumptam, & passam pro redẽ-
ptione generis humani. Vnde.1.Io.2. Si quis peccauit, aduo
C catum habemus apud patrem, Iesum iustum, & purum, &
ipse est propitiatio, nõ pro peccatis nostris tantum, sed pro
peccatis totius mundi. Beatus Bernardus. Securum acces-
sum habes homo ad Deum, vbi habes filium apud patrẽ,
& ante filium habes matrem totius misericordiæ, ille ostẽ-
dit patri latus, & vulnera: ista ostendit filio pectus, & vbe-
ra, nulla possunt esse repulsa, vbi tot currunt charitatis in-
signia. *Et accepit angelus thuribulum aureum*. Supra diximus thu-
ribulum aureum significare humanitatem Christi, vel apo
stolos, seu etiam Ecclesiam. Si primo modo accipia-
tur thuribulum pro humana natura Christi, tunc acce-
pit angelus thuribulum aureum, quando Christus in vte-
ro virginis assumpsit humanam naturam. *Et impleuit primo
de igne altaris*, idest eodem spiritu quem dedit Ecclesiæ imple
uit seipsum. Io.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vni
geniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. *Et misit in terram*,
scilicet thurribulum plenum igne, idest seipsum plenum
spiritu sancto, misit in mundum prædicare. Isa.42. Spiritus
D domini super me, eo quod vnxerit me, ad annunciandum
misit me. Nec calumniãdum est, quod dicimus, quod Christ*
misit se, cum mittens sit dignior misso semper. Quia Chri-
stus Deus misit in terram angelum, idest Christus Deus
dignior est Christo homine, vel sic, & misit in terram ange
lum, idest Christus spiritum sanctum in Ecclesiam. Act.2.
Factus est repente de cęlo sonus aduenientis spiritus ve-
hementis, & repleuit totam domum, idest totam Ecclesiã.
Trenorum 1. Ignem misit de excelso in ossibus meis. Item
Accepit angelus thuribulum aureum, idest Christus passioni expo-
suit corpus, scilicet quando iuit in Ierusalem, sciens quando
ibi traderetur. Vnde dixit discipulis suis. Matth.20. Ecce
ascendimus Ierosolimam. Et filius hominis tradetur, sed
prius cura habere thuribulum in manu, quomodo dici-
tur hic, quod accepit thuribulum in manu? Respondeo
prius habebat in potestate sua, sed nunc accepit in actu,
quando spreto timore mortis iuit Ierusalem, vt ibi more-
retur. *Et impleuit illud de igne altaris*, idest Charitatis, qua dilea

xit nos, plenum fuisse monstrauit, quia pro illa se tradidit. Iuxta illud. Psal. Zelus dom⁹ tuę comedit me. Ephe. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. Et bene dicit. *Impleuit*, quia plenus fuit afflictione, & dolore propter Ecclesiam. Iob. 10. Iustus si fuero non leuabo caput saturatus afflictione, & miseratione. Psal. Repleta est malis anima mea. *Et misit in terram thuribulum*, scilicet in corpus suum, quod postea positum fuit in sepulchro. Isa. 11. In die illa, idest passionis, radix Iesse, quæ stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, erit sepulchrum eius gloriosum. Si autem per thuribulum intelligatur apostolorum cœtus, vel Ecclesia, vt dicit Glo. Tunc erit sensus. *Accepit angelus thuribulum*, idest Christus cœtus apostolicũ, quod prius habebat in manu, idest in potestate sua. Accepit illud de igne altaris, idest ardore charitatis, vt actu explerent ad quod electi erant. Actu. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto. Et misit in terram, idest in Ecclesiam prædicare, & testificari. Luc. 10. Misit illos binos ante faciem suam. Matth. 10. Ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Et facta sunt ipsis missis in prædicatione, tonitrua comminationum, & terremotus magnus factus est, quibusdam motis ad pœnitentiam, quibusdã ad indignationem, & iram, Christo, discipulis, & prædicatoribus. Vnde psal. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ vidit, & cõmota est terra. *De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, & septem angeli*, idest prædicatores vniuersi; qui habebant septem tubas. i. officium prædicationis: præparauerunt se, vt tuba canerent. i. vt prædicarent. Tribus autẽ malis se pręparare debent sancti. Primo, vt quæ dicturi sunt in prædicatione prius ostendant opere. i. sua conuersatione, iuxta illud Actu. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Eccle. 18. Ante iudicium prepara iustitiam. i. ante quam iudices sis iustus. Secundo, vt prius addiscant, quod iudicent, vel quod prædicent. Eccle. 18. Antequam loquaris, disce. 1. Esdre. 7. Esdras parauit cor suum, vt addisceret legem domini, & inuestigaret, & faceret, & doceret in Israel pręceptum, & iudicium. Iudith. 4. Congregauerunt frumentum in pręparationem pugnę. Tertio, vt priusquam prædicent præuideant, & cogitent secum, quando, & quomodo; & quid singulis personis prędicare oporteat. Nam aliter, & aliud laicis. Aliter, & aliud clericis. Aliter, et aliud ꝑlatis. Aliter, & aliud subditis. Aliter, & aliud seruis. Aliter, & aliud dñis. Aliter, & aliud viris. Aliter, & aliud mulieribus. Aliter, & aliud iuuenib⁹. Aliter, & aliud senibus. Aliter, & aliud religiosis. Aliter, & aliud secularibus. Aliter, & aliud iustis. Aliter, & aliud peccatoribus. Aliter, & aliud duris. Aliter, & aliud mansuetis. Aliter, & aliud Christianis. Aliter, & aliud infidelibus. Aliter, & aliud rudibus. Aliter, & aliud perfectis. Aliter, & aliud idiotis. Aliter, & aliud sapientibus prædicare oportet sicut docet Gregorius in pastorali. Eccle. 33. Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus illius sensus fideles sunt, quia quilibet habet aliquid vtilitatis. Et nota quod dicit. *Tuba canerent*, in tuba notatur teror, in cantu lętitia, quia prædicator, & terrorem comminationis, & lętitiam consolationis debet habere. Matth. 11. Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus vobis, & non plorastis. Ideo in libro quem vidit. Ezechiel. 2. Erant scripta lamentationes, & carmen, & vę. Item officium tubæ erat vocare ad prælium contra mundum, contra carnem, & cõtra diabolum, ad conuiuiũ & festum quod faciet dominus in cœlo electis suis. Isa. 25. Faciet dominus exercituum omnibus populis in mõte hoc conuiuium, pinguium vindemię, pinguium medullatorũ vindemiæ defecatæ. Pingue medullatũ dicit gaudium, de pręsentia omnis boni. Vinum defecatum dicit gaudium de absentia omnis mali. Item tuba non sonat nisi manu teneatur, nec prædicatio valet nisi opere impleatur. Deuter. 33. In dextera eius ignea lex. Item tuba arctior est ex parte canentis, latior ex parte audientis, sic vita pręedicatoris, arctior debet esse, quam populi, & prædicator sibi arctiora, quam populo debet imponere, sed heu modo fit econtrario. Vnde Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisęi, quæcunq; dixerint vobis facite, secundum

E autem opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt, et imponunt humeris onera grauia, & importabilia, digito autem suo nolunt ea mouere. Vnde peruersa est tuba, cum latum habet prædicator ad se, arctum autem ad populum, & ideo non potest bene sonare.

Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis, mista in sanguine, & missum est in terrã, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est.

Et primus angelus. Hæc est secunda pars huius capituli, quę agit de quatuor angelis, & clangore eorum, & diuiditur in quatuor particulis secundum numerum angelorũ, qui ibi sunt tubis canituri. Nam de tubicinio aliorum trium agitur in sequenti capitulo. Per hos autem septem angelos significantur septem consolationes Ecclesiæ, vel septem ordines prædicatorum, consolantium Ecclesiam, secundum septẽ

F status ipsius: & nota quod hic dicitur angelus tuba canere, in veteri testamento dicuntur sacerdotes tubis clangere. In veteri testamento est clangor tubę, quia incutit timorem. In nouo est cantus tubæ, quia inuitat ad amorem. Dicit ergo. *Et primus angelus*, idest primus ordo prædicatorum, secundum ordinem narrationis. Nam ordo angelorum intelligendus est secundum ordinem persecutionum Ecclesię, cui diabolus á principio multas suscitauit, & dominus econtrario mittebat cõsolationes, sicut legitur in Iudith primo. Suscitauit diabolus Iudęos, contra quos misit dominus apostolos. Secundo Romanos, contra quos misit dominus martyres. Tertio hęreticos, contra quos misit dominus doctores. Quarto falsos Christianos, contra quos misit dominus pauperes prædicatores. Quinto mittet Antichristum, cõtra quem mittet dominus Eliam, & Enoch. Sexto est ipsorum dęmonum seuitia, contra quam est ipse Deus, qui solus potest diabolum superare, & eius maliciã refrenare. His deuictis pax est. Vnde in voce septimi angeli

G nullum obstaculum inuenitur. Dicit ergo. *Et primus angelus*, idest primus ordo pręedicatorum. *Tuba cecinit*. i. consolando Ecclesiam predicauit: hic fuit ordo apostolorum, qui prius prædicauit in Iudæa contra seuitiam Iudęorũ, quorum pręedicatio fidelibus fuit cantus. i. dulcis, & suauis, sed Iudæis clangor tubę terribilis. Quid autem secutum fuerit ad hanc tubam, subiungit. *Et facta est grando*. i. terroris commotio in Iudęis, qui partim fuerunt ad pręedicationem apostolorum, & ignis, idest ardor indeuotionis, & indignationis contra apostolos, quibus non poterant resistere. Iuxta illud, quod dominus dixit eis. Luc. 21. Dabo vobis os, & sapientiam, quibus non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. Actu. 6. Surrexerunt quidam disputantes cum Stephano, & non poterant resistere, sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur. Item in eodem. 6. Surrexerunt quidam disputantes. Audientes autem hęc dissecabãtur cordibus suis, et stridebant dentibus in eum, quod erat signum maximę irę & indignationis. Item *Facta est grando*, idest exterior persecu-

H tio Iudęorum in apostolos. *Et ignis*. i. interior æmulatio eorundem, & hæc duo mixta sanguine. Nam Iudæi ex nimio zelo, & indignatione, sanguinem apostolorum effundere voluerunt, & aliquorũ effuderunt: vt Stephani, & vtriusq; Iacobi, & multorum aliorum, hæc mixtio fuit significata Exo. 9. vbi dicitur. Grando, & ignis mixta pariter ferebantur. Item possumus dicere, quod per grandinem intelligit indignatio, & Ira, & persecutio Iudęorum: per ignem inflãmatio amoris, et illuminatio cognitionis cõuersorum: quia apostolis prædicantibus, Iudęi magis, & magis indignabãtur, & persequebantur apostolos, & conuersi magis, ac magis inflammabantur ad amorem Christi, & illuminabantur in cognitionem ipsius, & ex his occidebantur catholici á Iudęis. *Et ira, & grando, & ignis mixta erant sanguine*, & illis duob⁹ erat occisio sanctorũ. Ita facta est grãdo pręedicationis apostolorũ, & ignis, & indignationis, & ęmulationis Iudęorũ, & tandem, hæc duo fuerunt mixta sanguine, quia fuerunt causa occisionis ipsorum. *Et missum est in terram*. i. Iudęos terrenos,

nos, hoc totum, scilicet grando, ignis, & sanguis. A quo missum? A diabolo suggerente, vel missum est ad Dei iudiciũ. *In terram*.i.contra Iudęos terrenos. Et nota quod dicit missum est in plurali, quia propter hoc Iudęi perdiderunt omnem statum, scilicet regnum, & sacerdotium. Vnde Osee.3. Dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, & sine Principe, & sine Sacerdotio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphin. *Et tertia pars terrę combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est*. Prima pars Iudęorũ fuerunt illi, qui ante prædicationem, Christi, & apostolorum crediderunt. Secunda illi, qui postea per apostolos crediderunt. Tertia omnes illi, qui credere noluerunt, & hæc combusta est igne peccati, & postea combusta est, vel comburetur igne fœni. Et dicuntur Iudæi terra, arbores, & fœnum. Terra quidē, quia per leges, & Prophetas fuerunt exculti, et sati. Arbores quidē propter fidem vnius Dei, qua eleuati fuerunt in cœlum. Fœnum propter cupiditatem, et auaritiam, qua semper terrenis adhęserunt. Quia quidam Iudęorum legis, & prophetarũ doctrina bene vsi sunt, quidam male similiter fidem vnius Dei. Quia quidam bene vsi sunt, quidam male. Ideo dicitur quod tertia pars terrę, & tertia pars arborũ combusta est. Sed quia nemo potest bene vti auaritia, ideo dicitur, quod omne fœnum combustum est. Item per terram significatur status subditorum, qui tenentur ab omnibus, & omnes suo labore substentāt. Horum tres sunt partes.s.inuocantes, pœnitentes, pertinaces, & hæc tertia pars comburitur. Vnde infra per arbores significantur pręlati, qui super alios sunt eleuati, & habent folia verborum in medicinam, & fructus operum in satietatem, & ramos exemplorũ ad refrigerationem, & stāt immobiles, ne ventorum, et tribulationum turbinibus agitētur hinc, & inde: & horum tres sunt partes, quidam magis actioni, & prędicationi, & visitationi. Tertij magis litibus, & causis, & terrenę negociationi, hęc pars combusta est, & comburenda, sed combusta igne auaritię. De quo Iob.15. ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt, vel igne luxurię. De quo Iob.31. Ignis est vsque ad consummationē deuorans, & omnia eradicans genimina, comburendo vero igne gehēnę. De quo Isa. Ignis eorũ non extinguetur. Per fœnum vero viride signantur omnes illi, qui gaudent de virore huius mundi, & hi omnes combusti sunt.i.cito cōburentur igne inferni, hoc est enim fœnum quod hodie viret, & cras in clibanum, idest in infernũ mittitur, vt dicitur Matth.5. Isa.40. Oīs caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni, fœnum sunt homines dum virent, in fide, & charitate, sed quia virorem cito amittunt, ideo comburentur. Vnde psal. Mane floreat, & pertranseat, vespere decidat, induret, & arescat. Talis est, qui manu prosperitatis videtur floridus.i.bonus, & in vespere aduersitatis deficcatur, & maledicet regi suo. Totum ergo fœnum comburitur, quia omnes, qui de mundi flore gloriantur vicini sunt ęternę combustioni. Vnde super illud Iac.1. Gaudete fratres cum in varias tentationes incideritis: dicit Glo. ne indignemini, si mane florent in mundo, & nos patimur. Non enim Christianę religionis est temporalibus exaltari, sed potius deprimi. Mali nihil habent in cœlo, nos enim in mundo. Ideo spe illius boni ad quod tenditis, quicquid vobis in via cōtingit, gaudere debetis. Morum primus angelus est fides, quæ est prima virtutum, iuxta illud. Prima petit in campum pugnatura fides, hæc facit duo.s.grandinē, & ignem, per quę significatur dolor, & cognitio peccati. Hęc duo facit fides cum miscetur sanguini.i.peccato. Nam cum anima illuminaē per fidem cognitione, sic peccatum & pœna peccati.i.quod per peccatum obligatur pœnæ inferni timet, & dolet: sed quia hęc duo quodammodo ex libero arbitrio oriuntur, ideo dicitur. *Tuba cecinit*, idest ex voluntate pœnitentis hęc duo produxit, & exequitur, quod *Tertia pars terræ, & tertia pars arborum, & omne fœnum viride, combustum est*. Quid per terram accipitur nisi terrena bona, quorum tres sunt partes? Prima est vsus pietatis in proximum. Secunda est vsus necessitatis in seipsum. Tertia est vsus voluptatis in corpus proprium. Et hęc tertia

A pars comburitur igne pœnitentię. Per arbores vero status contemplantium designatur, cuius tres sunt partes. Prima est desiderium orationis, secunda est studium lectionis, tertia est ocium meditationis, & hæc comburitur per exercitium meditationis. Per fœnũ viride significatur voluptas carnis: iuxta illud Isa.40. Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Vnde & omne fœnum comburi dicitur, quia omnis voluptas carnalis, per dolorem abijcitur. Vnde Paulus. Gal.5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.

Et secundus angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare; & facta est tertia pars maris, sanguis: et mortua est tertia pars creaturæ eorũ quæ habebant animas in mari, et tertia pars nauiũ interijt. Et tertius angelus tuba cecinit, et cecidit de cœlo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiā partē fluminum,
B *& in fontes aquarũ, & nomen stellæ, dicitur Absynthium, & facta est tertia pars aquarum in Absynthiũ, & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.*

Sed & angelus secundus. Secunda pars huius secũdæ partis, in qua agit̃, de secũdo angelo.i.de secũdo cōsolatore Ecclesię, & est cœt^9 martyrũ. Nā cũ discipuli Chri͞ dispersi, & fugati à Iudęis intrassent ad gentes, & cępissent fidē Christi prædicare, diabolus excitauit contra eos tyrannidem principum Romanorum, qui tunc habebant dominium totius mundi, qui etiam tunc multos martyres occiderunt. Hic est secundus angelus de quo dicit. *Et secundus angelus*.i. Prędicatorum ordo. *Secundus*, scilicet martyres, qui apostolis successerunt, & etiam contemporanei in parte fuerunt, sed tamen dicitur angelus, quia primo Iudæis per apostolos prędicatum est: secũdo gentibus per eosdem apostolos, &
C martyres simul. Vnde & apostoli, qui gentibus prædicauerunt, ad secundum angelum pertinent, & licet prędicando Iudæis fuerint sub primo. *Tuba cecinit*.i.terribiliter, & dulciter prædicauit gentibus. Nam terror in tuba, dulcedo prædicationis significatur in cantu. Sic etenim prædicatores terrere debent comminando: & dulciter alloqui consolando, & promittendo. Sic fecit Iohannes Baptista. Mat.3. Primo dixit. Agite pœnitentiā, appropinquabit enim regnũ cęlorum. Ecce cantus: deinde adiunxit. Iam securis ad radicem posita est, &c. Ecce tuba. *Et ecce tanquam mons*.i. Diabolus, qui dicitur mons propter tumorem elationis, & grandinem oppressionis. Magnus potestate. Iob.41. Non est potestas sub cœlo, quæ ei possit comparari, qui factus est, vt nullum timeret. Magnus dicitur, quia habet magnitudinē per superbiam, qua contra dominum erigitur. Psal. Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper ad te. Item quia habet latitudinem per inuidiam, qua se extendit ad hominem vti ei noceat. Sap.2. Inuidia diaboli mors intrauit in
D orbem terrarum. Item quia habet spissitudinem, seu profunditatem, per iracũdiam qua se ipsum occidit. Altitudo respicit ima, & suprema, quia diabolus superbia volens ascendere supra, cecidit infra. Isa.14. Dicebas in corde tuo: ascendam in cœlum, & ero similis altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris In profundum laci. Latitudo respicit dexterā, & sinistram, quia diabolus inuidia nocet amicis, & inimicis.i.bonis, & malis. Vnde Iob.40. Absorbebit fluuium.i.peccatores, & non mirabitur. Habet fiduciā quod influat Iordanis.i.boni in os eius. Spissitudo respicit ante, & retro, quia irascetur sibi ipsi propter illos, qui iam sunt in patria, & propter illos, qui adhuc, sunt retro in via. De hoc monte dicitur Zach.4. Quis tu mons magne corā Zorobabel in planum igne ardens, scilicet inuidiæ ad nocēdum? Psal. Ignis exardescet in Sinagoga eorum. Iob.40. De ore eius, idest neemoth lampades procedebant sicut flāmę ignis ardentis, vel igne gehēnę ardens, qui ardet quocũque vadat. *Missus est in mare*, idest ad gentiles amaros, & fluuidos.

dos. Isa. 57. Impij quasi mare feruens quod quiescere nõ potest, vt eos cõtra prędictos peccatores concitaret: sed à quo fuit missus, potest dici à Deo permissiue, vel à propria libidine. *Et facta est tertia pars maris* .i. gentilium sanguis .i. crudelis sitiens sanguinem sanctorum secundum glosam. Tertia pars sunt peccatores nondum conuersi, qui in necem prædicantium seuierunt. Item prima pars maris .i. gentilitatis possunt dici illi, qui fidem aperte receperunt, & cõfessi fuerunt. Secunda pars illi, qui occulte receperunt, sed pre timore confiteri non audebunt. Tertia pars, qui nec aperte, nec occulte receperunt: sed in sua malitia remanserunt. Itẽ tertia pars maris .i. mundi facta est sanguis .i. sanguinolenta sanguine sanctorum quos persequitur inquantum potest. Prima pars est populus .i. minores laici. Secunda est simplices, scilicet Clerici. Tertia pars est principes, & prælati, & hæc facta est sanguis, & mortua est morte peccati. De quo psal. Mors peccatorum pessima. Tertia pars creaturę eorũ, quæ habebãt animas in mari: Hi sunt Philosophi, qui propter discretionem suam dicuntur habere animas in mun- **F** do. Vnde & ipsi dicuntur creatura mundi. Roma. 1. Secundum vnam expositionem. Inuisibilia (inquit) Dei à creatura mundi .i. à Philosophis per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Horum tres sunt partes. Vna pars per solam diligentiam, & inspirationem diuinam fuerunt conuersi. Alia pars per auditum prædicationis. Tertia pars nec sic, nec sic, & hæc facta est tanquam sanguis, quia in sanguinem sanctorum deseuierunt, & quia in suo peccato permanserunt. *Et tertia pars nauium* .i. principum alios gubernantium, interijt interitu peccati, horum tres sunt partes, quidã doctrinam catholicæ prædicationis approbauerunt, & receperunt. Alij approbauerunt, sed non receperũt. Tertij nec approbauerunt, nec receperunt, sed sanctos persecuti fuerunt, & hæc pars interijt. Morum secundus angelus est species, quæ est secunda virtus, hæc tuba canit quando pœnitenti veniam promittit. *Et tunc mons magnus* .i. aliquis subleuatus igne ardens .i. charitate accensus mittitur in mare .i. in amaritudinem doloris, & timoris quam fides **G** induxit, ne omnino absorbeatur peccator, & tunc fit tertia pars maris sanguis, & moritur tertia pars creaturę eorum, quæ habent animas in mari, & tertia pars nauium interijt. Prima pars maris est amaritudo timoris. Secunda amaritudo doloris. Ex his duobus sequitur tertia pars, scilicet amaritudo desperationis. Sed hanc omnino excludit securitas spei, & conuertit in sanguinem .i. in pœnitentiæ asperitatem, & carnis mortificationem. Item prima pars eorum, quæ habent animas in mari, est timor pœnæ mundi. Secunda timor pœnę purgatorij. Tertia timor pœnę inferni, hanc tollit securitas spei, & conuertit in sanguinem .i. in pœnitentiæ asperitatem, & sic moritur .i. omnino excluditur. Item naues sunt humanæ mẽtis cogitationes, à quibus ipsa mẽs fertur super aquas huius mundi. Harum prima pars sunt cogitationes necessariæ, quæ sunt circa hæc, quæ sunt necessariæ ad salutem propriam. Secunda pars sunt cogitationes piæ, quæ sunt circa proximos omnino interijt canente tuba secunda .i. spe promittente veniam, & misericordiam **H** Dei. Vnde psal. In spiritu vehæmenti conteres naues tharsis .i. cogitationes explorantes, & quęrentes gaudia huius mundi. Sequitur. *Et tertius angelus* .i. tertius ordo prædicatorũ tuba cecinit .i. contra hæreticorum astutias, seu versutias prædicauit, quos aduersum Ecclesiam primo Iudæorum seuitiam, & gentium malitiam, quasi tertio loco suscitauit post mortem apostolorum, & martyrum: sed contra eos doctores, & confessores præparauit, qui eos rationibus, & scripturæ auctoritatibus cõfutarẽt, de quibus dicit Iob. 38. Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quę præparauit in tempore hostis, & in diẽ pugnæ, & belli. Thesauros niuis, & grandinis, vocat sanctos prius absconditos, quos dominus præparauit contra malitiam Iudæorum, & gentium, & versutias hæreticorum. *Et cecidit de cœlo* .i. de Ecclesia, vel de fide catholica, vel de societate fidelium, *stella magna* .i. magnus quidem hæresiarca, nocte lucens, i. de nocte, & in latibulis, & in obscu-

E ris docens. Iob. 35. Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Prouer. 9. Aquæ furtiuę dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Io. 3. Qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt nõ arguantur opera eius. De hoc casu dicit Apostolus. 1. Thi. 6. Deuitans prophanas vocũ nouitates, & opiniones, falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Stella ergo dicitur hæresiarca quilibet, qui lucet nocte .i. quia docet in multo. Vnde Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Nigra dicitur propter multitudinem sequentium. Eccle. 1. Stultorum infinitus est numerus. Item propter arrogantiã suam, & reuerentiam sibi exhibitam. Iere. 48. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis ego scio ait dominus. Ardens igne inuidiæ contra dolores Ecclesiæ. Nõ sicut vera stella, sed potius sicut facula, quæ alios inflãmando seipsam consumit, & quicquid incendit, in carbonem teterrimum redigit. Naũ. 2. Facies hominũ quasi **F** nigredo ollæ, & cecidit propria principatus superbia. In tertiam partem fluminum, idest scripturarum, quarum prima pars est vetus testamentum, secunda nouum, tertia expositiones sanctorum. In hac cadunt, quia ipsam non recipiunt. Item prima pars fluminum, scilicet scripturarum est expositio historialis: secunda expositio spiritualis: tertia fictio, siue adinuentio humana, & in hac cadunt ipsi, quia sequuntur sensum suum, & non sensum sanctorum. *Et in fontes aquarum*, quæ sunt propriæ quatuor euangelia, quę & ipsi male exponendo deprauant sicut cęteras scripturas, & proprium spiritum sequentes. *Et nomen stellæ dicitur absinthyum*, quia amaritudinem prauæ intelligentiæ inducit, & quisquis ab eo seducitur, in amaritudinem gehennæ perducitur, & ita sicut absinthyum mixtum sapido cibo totum facit amarum, sic praua expositio hæreticorum, cibum scripturæ sapidum, & dulcem reddit abhominabilem, & amarũ. Iuxta illud. 1. Cor. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit. *Et facta est tertia pars aquarum* .i. hominem neu- **G** tram duarum expositionem, sed tertiam sequentium, in absinthyum .i. infecti, & abhominabiles factę sunt, & multi homines mortui sunt .i. à Deo separati, qui est vera vita fidelium. *Ex aquis* .i. ex vsu aquarum interfectorum, hoc est receptione, doctrina, peruersarum. Quia amaræ factę sunt, idest peruersę factę sunt, expositę, & admixtum est fel, hæreticæ prauitatis, seu fallitatis, cum vino catholicæ veritatis. Isa. 1. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuũ mixtum est aqua. Rom. 2. Ecce habitatio ciuitatis optima, idest sacræ scripturæ, sed aquæ pessimæ sunt .i. expositiones hæreticorum peruersę, & falsę. Scriptura enim in se dulcis est: sed admixtio hæreticæ prauitatis facit amarã. Sap. 4. Multigena impiorum multitudo, non erit vtilis, & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti, ex iniquis enim filij, qui nascentur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes. Ideo dicit Isa. 30. Amara est potio bibentibus illam, possunt autem dulcorari aquæ per sa- **H** lis appositionem .i. per verę sapientię elucidationem. Vnde 4. Reg. 2. dicitur, ad fontem aquarum, misit in eam sal, & ait. Hæc dicit dominus, sanaui aquas has, & non erit in eis vltra mors, neq; sterilitas. Hoc etiã figuratũ fuit in Exo. 15. vbi dicitur. Murmurauit populus contra Moysen dicens. Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum, qui ostẽdit ei lignum, quod cum emisisset in aquis, in dulcedinem versę sunt. Per lignum autem vera sapientia designatur. Vnde Prou. 3. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint, eam, & qui tenuerit eam beatus. Aliter ab illo loco. *Et tertius angelus tuba cecinit* .i. tertius ordo prædicare incepit. *Et cecidit de cœlo stella magna* .i. diabolus de consortio angelico. Vnde Isa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Sed quomodo dicitur, qui nunc cecidit de cœlo diabolus, clangente tertio angelo, qui à principio mundi cecidit? Solutio. Ideo tunc dicitur cadere, quia tunc cœpit acrius contra Ecclesiam deseuire. Vnde tunc apparuit casus eius. Luc. 10. videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Imo

quanto

quanto magis tertius angelus clangebat, tanto magis diabolus seuiebat. Vnde sequitur. *Igne ardens, inuidia furens*, tanquam facula, quæ tota ardet Sap. 2. Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum, & cecidit in tertiam partẽ fluminum, & in fontes aquarum. Fontes sunt doctores maiores, qui dicuntur hæresiarchæ, flumina discipuli eorũ. Flumina enim à fontibus oriuntur, & postea currunt in mare. Sic ab hæresiarchis, discipuli nascuntur, qui postea sequentes magistros suos currũt in infernum. Aqua fontium sunt populi, ab eis decepti, idest credentes eorum. Vnde Iere. 17. Aquas vidisti vbi meretrix sedet populi sunt, & gentes, & linguę. Fontes igitur & flumina sunt omnes hæretici, qui sub tertia parte mundi continẽtur, in quos diabolus cecidit tunc, quia per eos doctrinam erroris seminauit, & quia isti sub specie sanctitatis prædicant, ideo stella appellatur, qui prior mons dicebatur, cum de Romanorum superbia agebatur. Magna vero dicitur, quia etiam magni, & potentes per eos seducuntur, sed quia doctrina hęreticorum peruersa est, & ad infernum ducit, ideo sequitur. Nomen stellæ **B** dicitur absinthyum, quæ est herba amarissima, & ideo per eam recte significatur hæreticorũ doctrina, quæ in se amara est propter falsitatem, quam continet, & ad amaritudinem inferni trahit. *Et facta est tertia pars aquarum in absinthyum*, idest tertia pars hominum infecta est doctrina hęreticorũ, vt prima pars dicatur, qui nunquam fidem receperunt, vt Pagani, & Iudęi. Secunda qui fidem receperunt, & seruant eam, vt veri Christiani. Tertia qui fidem receperunt, & ab ea recesserunt, vt hæretici. De quibus. 1. Io. 2. Ex vobis prodierunt, sed ex vobis non erant. Nam si fuissent ex nobis vtique nobiscum permansissent. Et multi homines mortui sunt, vtique de aquis, idest hæreticorũ doctrinis, quia amaræ factæ sunt per illos hæreticos male exponentes. Et reuera multi mortui, nõ tantũ mortui, mortuæ animæ, sed morte cordis. Quia multi sunt combusti.

Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ, & tertia pars Stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei nõ luceret pars tertia, & noctis similiter. Et vidi, et audiui vocem vnius Aquilæ volantis per medium cœli dicentis voce magna. Væ, væ, væ, habitantibus in terra, de cæteris vocibus trium angelorum, qui erant tuba canituri. **C**

Et quartus angelus, &c. Sicut dictum est in principio huius capituli. In hac visione ostenditur prędicatio sanctorum, monstrans per comminationem reproborum damnationem, & distinguit per septem status Ecclesiæ, & septẽ clangores tubarum, & septem angelos: primus angelus fuit primus ordo prædicantium, quo ad primum statum ecclesię, demonstrans damnationem Iudæorum: & ostenditur in pœna damni, & transgressionis. Vnde dictum est ibi: quod primo angelo clangente. i. cetu apostolico prędicante. *Facta est grando*. i. verborum contumelia. *Et ignis*. i. animorum iracũdia. *Mixta sanguine*. i. corporum interfectione. *Et combusta est* **D** *tertia pars terræ, arborum, & omne fœnum viride*. i. cupidi: qui per terram: & elati, qui per arbores: & luxuriosi, qui per fœnum designantur. Et dicitur tertia pars comburi, quia duę sunt partes electorum. s. innocentes, & pœnitentes: & tertia est reproborum, vt dictum est. Secundus angelus fuit secũdus ordo prædicantium: quo ad secundum statum ecclesiæ, demonstrãs damnationes reproborum, Romanorum principes, qui martires occiderunt: vt similiter ostenditur pœna damnationis secundum propositionem transgressionis. Vnde Romani principes significantur per mare, propter elationem superbiæ, & amaritudinem iracundiæ. Et dicitur ibi, quod secundo angelo clangente. i. secundo ordine prædicante sanctorum. *Mons magnus*, idest diabolus, magnus per potentiam. Vnde Iob. 42. Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeat, omne sublime videt, ipse est rex super omnes filios superbiæ. Dicitur quod igne ardens. i. inuidia furens contra ho-

A minem, qui locum eius adepturus est per humilitatem, quã ipse perdidit per elationem. Et dicitur missus in mare. i. in Romanos, quos inflãmauit contra sanctos, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est, tertia pars creaturæ, quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interijt. Tres ponit differentias pœnæ, secundum differentias culpę. Mare designat superbia Romanorum, vt dictum est. Creatura habens animas in mari, designat carnalitatem eorum. Nauis vero cupiditates eorum. Cupiditate enim sicut quędam naues aguntur, de Prouincia in Prouincia, de contrata in contrata ad augendas diuitias. Tamen quia his tribus inuoluuntur etiam aliquando electi, qui sunt due partes. s. perfecti, & imperfecti, quorum comparatione, tertia pars sunt reprobi. Ideo dicitur, tertia pars sanguinis facta est, & mortua est. Tertius angelus fuit tertius ordo prædicantium, quo ad tertium statum Ecclesię, demonstrans dãnationem hæreticorum, qui fidem Ecclesiæ corrumpere voluerunt. Videns enim diabolus, quod nec per Iudæos, **B** nec per Romanos potuit extinguere Ecclesiam, suscitauit hæreticos contra ipsam. Et dictum est ibi, quod tunc tertio angelo clangente. i. tertio ordine prędicante. s. confessorum. *Cecidit de cœlo stella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiã partem fluminum, & in fontes aquarum.* Et dictum est, quod diabolus dicitur stella propter scientiam. Magna propter potentiã. Ardens propter inuidiam. Quæ de cœlo cecidit, in tertiam partem fluminum, qui in tertiam partem hominum, idest super hęreticos maiores s. & minores, propter quos multi, postea mortui sunt illis adhęrentes. Quartus angelus est ordo quartus prędicatorum, quo ad quartum statum Ecclesię, demonstrans damnationem hipocritarum. Et hic quatuor narrantur, vt pręsentia, sicut dicit glosa. Tria sequẽtia narrantur, vt futura, quo ad finalem statum Ecclesiæ. i. in quibus introducuntur clangores trium angelorũ. s. quinti, sexti, & septimi. Quintus mõstrat antecessores Antichristi. Sextus Antichristum. Septimus finem mundi. Dicit ergo. Et quartus angelus. Hic igitur ostendit damnationem **C** hipocritarum, secundum triplicem differentiam ipsorum, & primo ostenditur damnanda hipocrisis pręlatorum, quæ signatur in tertia parte Solis. Secundo ostenditur damnanda hipocrisis clericorum, quæ significatur in tertia parte Lunæ. Tertio ostenditur damnanda hipocrisis religiosorum, quę significatur in tertia parte stellarum. Quarto ostẽditur damnanda hipocrisis laicorum, quæ signatur in tertia parte diei. Dicit ergo. Et quartus angelus. i. quartus ordo prædicantiũ, qui modo sunt tuba, cecinit. i. à parte prędicauit, & percussa est tertia pars, Solis, iaculis prædicationis illorum, per Solem, vt dictum est significantur pręlati Ecclesiæ. Nam sicut Sol totum mundum illuminat, ita prælati totam Ecclesiam debent illuminare. Vt dicitur Matth. Vos estis lux mundi. Item sol non variatur per augmenta, & decrementa: sed stat, ita prælati stabiles debent esse, vt ne aduersitate, nec prosperitate, nec destructione, nec adulatione moueantur. Vnde Eccle. 27. Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol. 2. Reg. 14. Sicut angelus domini sic **D** dominus meus rex, vt nec benedictione, i. adulatione, nec maledictione. i. detractione moueatur. Item tertia pars percutitur, sed non occiditur, quia fidem informem retinent, sed in moribus lęduntur. Horum ergo tres sunt partes, nã Sol corpus habet magnum, in quo notatur potestas prælatorum, & hęc est prima pars. Item Sol habet corpus calidum saltem in effectum, in quo notatur charitas prælatorum, & hæc est tertia pars, quæ ferè in omnibus prælatis percussa est. Quia & si potestatem, & fidem retineant, feruorem charitatis perdiderunt. Item prælatorum quidam ardent, & lucent, hi sunt prima pars. Alij ardent, sed non lucent, hi sunt secunda pars. Tertij lucent, sed non ardent, hi sunt tertia pars Solis, & hæc percussa est à serpẽte ignito, & ideo non inueniunt, vel recipiunt medicinã. Iuxta illud Eccle. 12. Quis medebitur incãtatoris a serpente percussi, quasi dicat difficilis est eius percussio. Caput enim animalis difficile excoriatur. Hæc est pars prælatorum, quæ percussa est, quæ lucet exterius simulata sanctitate, sed non ardet interius

terius,habita charitate,& hanc percussit dominus.Mat.23.
vbi dicitur,væ vobis Scribæ,& Pharisæi hipocritę,qui si-
miles estis sepulchris dealbatis,quę a foris apparent homi-
nibus speciosa,intus vero plena sunt ossibus mortuorum,
& omni spurcitia.Sic vos quidem a foris apparetis homi-
nibus iusti,intus autem pleni estis hipocrisi, & iniquitate.
Et tertia pars Lunæ percussa est similiter gladio hipocrisis,& si
mulationis,vel potius gladio prędicaoonis propter hipo-
crisim,& simulationem,per lunam clerici designantur.Nā
sicut a Sole luna recipit lumen, sic a prælatis clerici infor-
mantur,& quales suot prælati,tales sunt clerici. Vnde Ec-
le.10.Qualis rector ciuitatis, tales& habitantes in ea. Ho-
rum autem tres sunt partes, nam alĳ scolares, qui frequen-
tant scolas. Alĳ sunt corales,qui sequuntur chorum.Alĳ cu
riales,qui sequuntur curias principum,& prælatorum, &
hęc teroa pars ferè tota percussa est,& vtioam nō mortua,
de his enim dicitur Matth.25.*Stellarum tertia pars*,hic agitur de
hipocrisi religiosorum, qui per stellas significantur, stellæ
enim paruę videntur,& tamē magnæ sunt,sic religiosi pau
ci debent videri exterius mundo, & magni esse interius co-
ram Deo. Item stellę noctem illuminant,& religiosi Eccle
siam. Vnde Phil.2.Inter quos lucetis sicut luminaria in mū
do.Item stellę stant fixę in cœlo,nisi paucæ,quę mouentur
sub cœlo, sic religiosi fixi stant in claustro nisi pauci, qui
sunt officiales,& procurāt oegocia,exteriora. Vnde Iudith
5.Stellę manentes io cursu,& ordine suo contra Sisaram pu
gnauerunt, horum tres sunt partes iuxta tria, quæ vouent
omnes.s.obedientiam,continentiam,paupertatem. Prima
& secunda pars non sunt adhuc ita aperte percussę, sed ter-
tia pars.s.paupertas iam omnino,& aperte ferè vbiq; per-
cussa est. Ita vt dicat Apostolus. Omnes, quę sua sunt
quærunt,non quę Iesu Christi, & hoc est signum quod re-
friguit,vel defecit charitas.Quia non quærit quæ sua sunt,
sed,quę Iesu Christi,cōtra hoc dicitur.Phil.2.Non quæ sua
sunt singuli considerantes,sed quæ aliorum. Item tres par-
tes stellarum.i. religiosorum, sunt prælati officiales clau-
strales,hæc tertia pars percussa est magna parte vulnere si
mulationis.Quia simulant sanctitatem donec fiant officia-
les,vel pręlati,ita vt obscuretur tertia pars eorum .i. amit-
tant interiorem illuminationem, & sui, ac Dei cognitionē,
& tertia pars diei non luceret,& noctis. Similiter hic agit̃
de hipocrisi laicorum,qui nomine diei,& noctis iotelligun
tur. Nam sicut dies a Sole,& nox a Luna, & stellis recipit
lumen,sic laici à prælatis,& clericis, & religiosis doctrinā,
& informationem. Horum autem tres sunt partes.Prima il
li,qui alĳs dominātur,& nulli seruiunt,vt maiores, & prin
cipes.Secunda illi,qui omnibus seruiunt,& nulli dominan
tur,vt rustici,& laborantes.Tertia sunt medium statum ha
bentes,qui suis prioribus seruiunt, quæ vniuersitati domi-
nantur. Quęlibet istarū potest dici tertia pars,& licet quæ-
libet istarum peruersa sit, tamen illa tertia quam secundo
posuimus maxime est percussa. Quia omnes illam oppri-
munt,& spoliant,& nullus eam defendit. Vnde conquerit̃
dominus. Isa.3. Quare atteritis populum meum, & facies
eorum emollitis?Vel duæ partes laicorum sunt perfecti,&
imperfecti de numero delectorū. Tertia pars sunt reprobi
inter eos, vel certe prima pars sunt illi,qui sunt in statu vir-
gioali. Secunda illi,qui sunt in statu viduali. Tertia illi,qui
sunt in statu coniugali, & in quolibet statu istorum trium,
quidam sunt boni, & perfecti, quidam reprobi, & hi sunt
tertia pars percussi.*Et vidi*. Hic ostēdit̃ differentia inter qua
tuor prędictas visiones,& tres sequentes.Nā quatuor præ-
cedentes narrantur, vt præteritę, tres autem sequentes nar-
rantur vt futurę. In quo potest intelligi quod tres sequētes
status Ecclesiæ,grauiores,& periculosiores erunt,quā fue-
runt quatuor procedentes. Ideo introducit, vocem vnius
Aquilæ volantis per quam designatur prędicatorum subli
mium cœtus,qui oostras miserias peccatoribus denuntiat.
Dicit ergo. Et vidi, visu interiori, & intellexi, & audiui,
auditu exteriori vocem vnius Aquilę,idest prędicatorum
qui dicuntur Aquila propter acutum visum,& altum vo-
latum. Aquila siquidem vltra mare videt escam suam. Sic

E prædicatores,non in hoc mundo, sed vltra in cœlo conspi-
ciunt,& quærunt refectiooem suam. Iob.39. Nunquid ad
pręceptum tuum æuacuabitur Aquila, & in arduis ponet
nidum suum,in petris manet,& in ruptis silicibus commo
ratur,atq; inaccessis rupib.us inde contemplatur escam,&
de longe oculi eius prospiciunt. Dicuntur autē vna Aqui-
la licet multi sint, propter concordiæ vnitatem, quia con-
corditer in vnum sentiūt, vnum quærunt, vnum prædicāt.
De quo vno dicit psal.Vnam petĳ a domino hanc requirā.
Luc.Porrò vnum est necessarium. *Volantis per medium cœlum*.i.
discurrentis velociter,non propter terrena, sed propter cæ
lestia,per mediam Ecclesiam non dextram tantum.i.ad di
uites tantum,nec ad sinistram .i. non ad pauperes tantum,
sed communiter ad omnes, sine personarum acceptione.
Et dicentis .i. prędicantis, voce magna, quia propter magna
fiebat,vel quia in toto mundo resonabat, vel quia ex ma-
gno affectu procedebat. *Væ,væ,væ* .i. triplex miseria immi-
net habitantibus in terram, mente, & corpore,hoc est dili-
F gentibus terrena. Non filĳ dei quorum habitatio in cœlis
est.Iuxta illud Phili.3.Conuersatio nostra in cœlis est,ideo
tales non timent Væ terrenum.Vnde Prouer.1. Frustra ia-
citur rete ante oculos pennatorum. Ibi Glo. Facile euadit
laqueos in terris,qui semper oculos habet in cœlis. Terrę-
nę siquidem tribulationes reprobis veniunt in dispendiū,
quę bonis cooperantur in bonum, vt dicitur Ro.8. Qui se-
cundum propositum vocati sunt sancti agios .i. sine terra.
ideo non dicit simpliciter. Vę habitantibus, sed addidit in
terra. Et dicitur ter væ,væ, væ, propter triplex periculum
mundi,in quibus ferè omnes periclitantur.s.concupiscen-
tia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, id-
est diuitiæ,delitię,& honores. Ideo dicitur in delitĳs casti-
tas,in diuitĳs charitas,in honoribus humilitas.Isa.24.For-
mido,& fouea, & laqueus super te, qui habitas in terram.
Fouea luxuriosis, formido auaris, laqueus ambitiosis. Et
huic ternario misero, respondet alius ternarius miserior, in
inferno. Ignis contra auaritiam, sulphur contra luxuriam,
G Spiritus procellarum pars calicis eorum. Vel væ propter
pœnarum diuersitatē, væ propter pœnarū acerbitatē, væ
propter pœnarū ęternitatem.Itē vę aię, væ corpori, væ cō-
iuncto. Item vę Gentili, vę Iudęo, vę malo Christiaoo. Itē
væ coniugatis, væ uiduis, væ virginibus fatuis. Item væ cle
ricis, væ laycis, væ religiosis. Item vę propter peccatū cor-
dis. væ propter peccatum oris, væ propter peccatum ope-
ris. Item væ propter peccatum in Deum, væ pp pcm̄ in pro
ximum, væ propter peccatum io seipsum. Item vę propter
peccatum in patrem, væ propter peccatum io filium, væ
propter peccatum in spiritum sanctum. Item væ pro culpa
originali, væ pro culpa actuali, væ pro ommissione prece-
pti. Item væ facientibus, vę consentientibus, væ negligenti
bus. Item væ in mundo, væ in purgatorio, væ io inferno.
Itē væ nascentibus, væ viuentibus, væ morientibus. Dia-
bolus promisit homini tria.s.vitæ perpetuitatem. Nequa-
quam moriemini.Potentiæ libertatem,eritis sicut dĳ.Sciē
tiæ vniuersitatē, scientes bonum, & malū. Gen.3.Et ipse mi
H ser cecidit in tria contraria.s.in moriendi necessitatem, in
seruitutis vilitatem,in ignorantiæ cæcitatem. Ergo dicitur
væ,propter primum væ, propter secundum væ, propter
tertiū væ,propter omnes istas causas dicitur Zach.2.O,o,o
fugite de terra Aquilonis.Ierem.1. A,a,a domine Ezech.9.
Heu,heu,heu,domine deus. Ioel. A,a,a diei, qui prope est
dies domini secundum glosam triplex væ, respondet tri-
bus angelis sequentibus. Sed quomodo conuenit væ tertio
angelo,qui inter omnes prospera nunciat? vt patebit in suo
loco.Sed dicimus quod gloria electorum, quā ille nunciat
erit occasio quædam augens pœnam reproborum, sicut è
conuerso pœna reproborum erit occasio augens gloriam
dictorū. Ad literā ergo triplex ponitur, propter futurū tri-
plicem statum Ecclesiæ. Vnde sequitur de cæteris duobus,
trium angelorū, qui erant tuba canituri, supple oritur hic
triplex væ. Tamen quidam dicunt,quod hoc non respicit
præcedentia,sed est quasi titulus,sequentis capituli, io quo
agit̃ de tribus alĳs angelis. Tn̄ Glosator isto modo exponit.

CAPVX

CAPVT IX.

Et quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol, & aer de fumo putei, et de fumo putei exierunt locustæ in terram: & data est illis potestas, sicut habent potestates scorpiones terræ, & præceptũ est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signũ Dei in frontibus suis, & datũ est illis ne occiderẽt eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque, & cruciatus eorũ, vt cruciatus scorpij cum percutit hominẽ. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, et desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium, & super capita earum tanquam coronæ, similes auro, & facies earum tanquam facies hominum; & habebant capillos, sicut capillos mulierum; & dentes earum, sicut dentes leonum erant, & habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum, & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum, & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque; & habebant super se regem angelum abyssi cui nomen Hebraice Abaddon, Græce autem Apollyon, idest Exterminans. Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ, post hæc.

ET *quintus angelus, &c.* Hoc est nonum capitulũ, in quo agitur de duobus penultimis angelis tuba canentibus, & de persecutionibus ad eorum lubricinium contra Ecclesiam suscitatis: Secundum hoc patet, quod hoc capitulũ duas habet partes, secundum quod in eo status Ecclesiæ, & duo angeli consolantes Ecclesiam describuntur. In prima parte de persecutione Ecclesiæ, sub præcursoribus Antichristi futura, & de quinto angelo consolante eam, & hic est quint⁹ Ecclesiæ status. In secunda agitur de persecutione Ecclesię sub Antichristo futuro, & de sexto angelo cõsolante Ecclesiam, qui est sextus status Ecclesiæ. Ibi. *Et sextus angelus* Ad vocem ergo vltimi angeli introducuntur præcursores Antichristi sub specie locustarum, de quibus quatuor determinantur. Primo est generatio eorum, ibi. *Vidi stellam* secundum paritas eorum, ibi. *Et ita data est*. Tertium est similitudo eorum ibi. *Et similitudines*. Quartum est rex eorum ibi. *Habebant*. Generatio harum locustarum est cognitio præcursorum Antichristi per signa antecedentia, potestas ostẽditur per signa sequentia. Similitudo per signa præsentia, et hæc notitia sumitur ex parte rei, præcursores vero Antichristi quodam modo cognoscuntur per nomina sui regis, qui quarto loco ponitur. Postquam enim diabolus sigillatim per Iudæorum æmulationem, per Romanorum crudelitatem, per hæreticorum calliditatem, per hipocritarum falsitatem, impedire non potuit prædicationem, multa mala contra Ecclesiam hic modo struit, vt quod per singula non potuit, per prædicationẽ multa facere conetur, Vt nec sic tñ potuit, vel potest prædicationem oĩno auferre immo plus modo quam alias prædicatur, quod est quartus stat⁹ Ecclesiæ, & prope quintum. Dicit ergo. *Et quintus angelus*. i. quintus ordo prædicatorum secundum ordinem narrationis, & temporis, & statum Ecclesiæ. Nam bene potest fieri vt desinẽt ꝓdicationes in quinto statu, qui fuerunt in quarto, qui ita, sunt de quarto, & de quinto ordine. Nam magis attenditur diuersitas, & ordo statuum Ecclesię quàm diuersitas prędicatorum sibi adinuicem succedentiũ. Apo

A stoli enim multi, & suo primo ordine, & secundo fuerunt sicut, & multi sub quarto, & sub quinto potuerunt simul esse. Non determino tamen quod ita sit. *Tuba cecinit*. i. prædicare, & Ecclesiam consolari, & præuenire incepit, & se ad prælium portare. Hoc enim innuit clangore tubæ. *Et vidi spiritualiter stellã*. i. diabolũ, qui prius, vt stella splendidissima luxit, nam plenus sapientia, & perfectus decore fuit, vt dicit Ezech. 28. De cœlo Empireo vbi creatus fuit cecidisse, propter peccatum superbiæ, qui semper habet casum. Iuxta illud Prou. 29. Superbum sequitur humilitas. i. deiectio. Luc. 10. Videbam Sathanam de cœlo cadentem, & vbi ceciderit determinat in terra. i. in terrenos, in quibus accepit dominiũ, vel in terram. i. in istũ aerem terræ vicinũ, qui quasi carcer teterrimus respectu cœli Empirei, deputatum est eis ad hominum probationem, vsque in diem iudicij. Vnde Eph. 5. Colluctatio est nobis aduersus principes, & potestates mundi huius, aduersus rectores tenebrarum, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus. i. in aere habitantes, vel in ter-

B ram. i. in infernum, vbi forsan iam aliqui sunt, & in finẽ oẽs proiciendi. Vnde. 2. Pe. 2. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed inferni rudentib⁹ detractos in Tartarũ tradidit cruciandos in iudicium reseruari. Isa. 23. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terra, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo. In cœlũ ascendam, & ero similis altissimo, super astra cœli exaltabo soliũ meũ, sedebo in monte testamẽti. In lateribus Aquilonis ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. *Et data est ei clauis putei abyssi*. i. concessa est ei potestas nocẽdi, & dominandi super eos, qui sunt puteus propter malitiæ profunditatem. Iuxta illud Pro. 18. Peccator cum venerit in profundum peccatorum, veniam contemnit, & qui sunt abusus propter conscientiæ tenebrositatẽ. Iuxta illud Eph. 4. Tenebris obscuratum habentes intellectum. Item per puteum abyssi intelligitur Antichristus, qui erat puteus, idest profundus per astutiam, & tenebrosus per malitiam, vnde

C de ipso dicitur Dan. 8. Cum creuerint iniquitates cõsurget rex impudens, faciens, & intelligens propositiones, & reprobabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis, & supra quod credi potest vniuersa vastabit, & prosperabitur. Et secundum hoc sic exponitur litera. *Et data est ei*. i. diabolo *Clauis putei abyssi*. i. potestas reuelationis Christi. i. concessum est quod suscitet, & reuelet Antichristum. Vnde sequitur. *Et aperuit puteum abyssi*. i. reuelauit, & extulit malitiam, & astutiam Antichristi, & eduxit extra de corde ipsius, & suorũ satellitum, ad nocendum bonis. Huic est vsus clauis. i. potestas concessa à diabolo. Vnde Iob. 39. Super ipsum sonabit pharetram. i. decipiet eum. s. prædicatorem si potest machinatione occulta, & si non potest, vibrabit hastam, & clipeũ. i. aperta pugnatione deseuiet. Vnde ibi dicit. Grego: Contra prædicatorem Dei post sonitum pharetrę. Hasta vibratur, quando post terrores exhibitos, e vicino iam ferietur, aperta pœna perducitur. *Et ascendit fumus*. Hic ostenditur triplex effectus acceptę potestatis, qui sequitur ex vsu

D eius. Primus productio prauæ doctrinę ei⁹. Secund⁹ obseruatio verę doctrinę. Terti⁹ multiplicatio falsorum prædicatorum, qui erunt præcursores Antichristi, de quibus agitur sub nomine locustarum. Dicit ergo. *Et ascendit fumus*, idest praua doctrina inualuit, obscura, & obscurans, & excecãs oculos multorum. Ascendit, dicit per superbiam, Antichristi, & præcursorum eius, de quo dicit Dan. 11. Aduersus dominum dominorum loquetur magnifica. Item fumus est mala cogitatio, de corde in opus exiens, & sicut fumus ascẽdens signum est ignis ardentis sub cinere, sic mala operatio signum est malitiæ accensæ in corde. Vnde Isa. 14. De radice colubri egredietur regulus. i. de mala cogitatione malũ opus, & semen eius absorbens volucrem. i. bonos deuorare intendens, & quia non modicum inualescit praua doctrina Antichristi, & præcursorum eius, ideo sequitur. Sicut fum⁹ fornacis magnæ, à qua magnus fumus, & altus ascendit, & signanter comparatur Antichristus, & præcursores eius fornaci magnæ, Primo propter abundantiam ignis malitiæ.

tiæ, & propter magnam nocendi cupiditatem. Vnde Oseę 7. dicitur de ipsis. Applicuerunt quasi clibanum cor suũ, cũ insidiaretur eis, tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammę, omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos. In hoc clibano coquitur panis mendacij. i. falsa doctrina. De quo Prouer. 9. Aquæ furtiuę dulciores sunt, & panis absconditus suauior, in principio, sed postea fit valde amarus. Vnde Iob. 20. Panis eius in vtero eius vertetur, in fel aspidũ īptrinsecus. Item comparatur fornaci, quia purgat bonos, & consumit malos, sicut legitur. Dan. 3. De fornace Babylonica, cuius flamma Caldæos interficit, & pueros illæsos seruauit. De hac fornace potest intelligi illud. Gen. 19. Vidit Abrahã fauillam ascendentem de terra tanquam fumum fornacis. *Et obscuratus est Sol.* Ecce effectus diabolicæ potestatis. s. obscuratio verę doctrinæ. Per Solem enim intelliguntur hic doctores catholici, alios illuminantes ad cognitionem veri, & inflammantes ad amorem boni. Per aerem vero illi, qui illuminã tur vtroq; fumo fornacis. i. praua doctrina Antichristi, & **F** præcursorum eius obscurabuntur. Quia vera doctrina nõ reputabitur, immo tanquam falsa à multis repudiabitur. Vnde Iob. 41. Sub ipso erunt radij solis, & sternet aurum quasi lutum. Et hoc est quod dicitur. *Et obscuratus est sol, & aer* idest doctores, & discipuli catholici. *De fumo putei.* i. ex praua doctrina eorum non reputabitur, propter nouam doctrinam pseudo prædicatorum, & videtur quod iam venerit in tempore illud, quia hodie plus placet nouitas, quàm veritas, & libentius auditur vana subtilitas, quæ facit admirationem quàm vtilis veritas, quæ facit compunctionem. Vnde. 2. Thimo. 4. Erit enim tempus, cum sanam doctrinã non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Psal. Narrauerũt iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Vel certe hoc dicit, quia multi ex his, & illis. i. ex maioribus, & minoribus praua doctrina malorum procurante diabolo decipientur, & contempta sana doctrina Christi, confugient ad præcurso- **G** res Antichristi. Dicitur autem Sol, & aer obscuratus, non penitus excecatus, quia Antichristo, & suis, lumen dextri oculi sui. i. veram sapientiam Dei subtrahẽt, sed lumen sinistri oculi. i. sapientiam, & astutiam mundi relinquent. Sicut Naas voluit facere Iabes Galaad. 1. Reg. 11. Naas autem interpretatur Coluber, & significat Antichristum, de quo dicitur Gen. 49. Fiat Dan coluber in via, Cerastes in semita, idest Antichristus de Tribu Dan nasciturus, mordẽs vngulas ęqui, vt cadat ascensor eius retro. *Et de fumo putei.* Ecce tertius effectus clauis. i. diabolicæ potestatis. s. multiplicatio pseudo prophetarum, vel prædicatorum, qui reuera ex doctrina Antichristi, & præcursorum eius multiplicabantur. Vnde Salomon de Antichristo. Eccle. 4. Vidi cunctos Iuuenes, qui ambulabant sub Sole cum adolescente secundo. i. Antichristo, qui est Adolescens secundus Christi, qui consurget pro eo. i. loco Christi. Infinitus est numerus populi omnium, qui fuerunt ante illum, & qui postea futuri sunt, non lętabuntur in eo. Dicit ergo de fumo putei. i. de praua, & va- **H** na doctrina Antichristi *Exierunt locustæ in terram.* i. exibunt falsi prædicatores in Ecclesiam, terrena amantes, & quęrentes. Matth. 24. Surgent pseudo Christi, & pseudo Prophetę, & dabunt signa magna, & prodigia, & isti comparantur locustis, quia salient in altum per superbiam, cadent in terram per auaritiam, plus diligent terrena, quàm cœlestia, quod signant crura locustarum, quæ retro sunt longiora. Tales modo sunt in Ecclesia multi doctores, & prædicatores. Vnde Naum. 3. Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum. Ioel. 1. Residuum erucę comedet locusta. Per erucam signatur humana corruptio, quę mores deprauat, & quæ modo non corrumpitur malis moribus, decipietur ab illis falsis prædicatoribus. Isti etiam alte saltabunt, sed cadent sicut locustę, quia per Enoc, & Eliam destruetur praua doctrina eorum. In cuius rei significationẽ Iohannes Baptista, qui est Elias, vt dicitur Matth. 3. Comedebat locustas, & hoc est, quod virga

E Moysi, virgas Magorum deuorauit, vt dicitur Exo. 7. *Et data est illis.* Hic agitur de potestate præcursorum Antichristi. Quorum duo genera erunt. s. quidam mali principes, & quidam pseudo prædicatores, & dicuntur hic quatuor. Primo ostenditur potestas, per similitudinem scorpionum. Secundo ostenditur refrenatio potestatis impiorum. Ibi. *Præceptum est.* Tertio ostenditur in quibus nocebunt. Ibi. *Et dictum est.* Quarto ostenditur, quod quamuis refrenetur eorum malitia, tamen tanta erit persecutio, quod homines desiderabunt mori. Ibi, & cruciatus eorum. Dicit ergo. *Data est illis.* i. pseudo prædicatoribus, & malis principibus præcursoribus Antichristi. *Potestas nocendi,* & seuiendi, & affligendi data est. Sed vsus malus illius potestatis permissus, in simile. Dan. 7. Post hæc aspiciebam, & ecce alia bestia quasi pardus, & alas habebat quatuor super se, et quatuor capita erant ei, & potestas data est ei, sicut habent potestatẽ scorpiones terræ, qui blandientes cauda pungunt occulte. Sed isti blandiendo verbis, per temporalia, quæ debent esse re- **F** tro decipient, & sicut nõ sentitur in principio punctio scorpionis, sed postea paulatim venenum diffunditur per totũ corpus, & moritur punctus, sic decepti ab istis præcursoribus Antichristi primo non sentient deceptionem, sed tandem miserabiliter perimentur. Pro. 5. Fauus distillans labia meretricis eius, &c. Item in eodem 23. Ne intuearis vinũ quando flauescit, cum splendet in vitro color eius, ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & quasi regulus venena diffundet. Psal. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. *Et præceptum est illis.* Hic ostẽditur refrenatio potestatis, & malitię illorum Antichristianorum. Nisi enim dominus illorum malitiam refrenaret, nullus aut paucissimi possent resistere. Vnde Matt. 24. Erit tribulatio magna qualis nunquam fuit ab initio mundi vsq; modo, neq; fiet postea, et nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabũtur dies illi. i. non diu durabit illa tempestas tribulationis, quia dominus temperabit, & abbreuiabit, & saluabuntur **G** quidam de numero incipientium, quidam de numero perfectorum, quidam de numero proficientium. Primi per fo[e]num proficientes per viride, perfecti per arborem designãtur. Dicit ergo. *Et præceptum est illis,* idest diuina virtute prohibiti sunt, licet occulta. Vnde dicit Glo. licet non intelligant, ne læderent fœnum terræ incipientes, virides in fide, & decipi faciles. Neque omne viride. i. prouectos, seu proficientes, qui iam virent in bona operatione, neque omnem arborem, idest perfectos, & alijs fructum bonum exemplorum tribuentes. Sed quare non apponitur omne primum sicut alia duo? Solutio. Quia incipientium maior numerus est, nec oẽs qui incipiunt perseuerant, quia de facili seducuntur tanquam nouellę plantationes. Cant. 6. Sexaginta sunt reginę, ecce perfecti iam coronati, & 80. Concubinę. Ecce proficientes, qui iam cubabant cum sponso, & adolescentularum non est numerus, ecce incipientes. Et nota quod dicit. Ne lęderent, & non dicit ne percuterent, quia sancti percussionem corporum non reputant lęsionem, sed ma- **H** gis lucrum. Vnde Gregorius. Sancti pœnas præsentes lucrum putant, quia per has ęternas euadere non ignorant. Phil. 1. Donatum est vobis pro Christo, non solum: vt in eo credatis, sed etiam, vt pro eo patiamini. Ideo apostoli gaudebant, quando pro Christo aliquid sustinebant. Actu. 5. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Vel per ista tria significantur tres ordines saluandorum. s. Daniel, Noe, & Iob. i. Cõiugati qui terræ adhærent. Per viride Daniel. i. continentes, qui virorem corporis seruant. Per arborem Noe. i. prælati designantur, quorum rami vmbram refrigerij pręstant alijs. Est ergo sensus. Præceptum est illis à Deo limitante potestatem eorum, ne lęderent fœnum terræ. i. coniugatos, in anima, licet corpus affligerent, & temporalia auferrent. Iob. 2. Ecce in manu tua est, veruntamen animã illius serua. *Neque omne viride.* i. Continentes vigore pudicitiæ, neq; omnem arborem. i. prælatos folijs arborum. i. verborum suorum alios

sanantes,

sanantes, & fructis operum sufficientes, & verba exemplorum, vel coosolationum alios recreantes. Nisi tantũ homines ab humo.i. carnales.1. Cor.3. Cũ sit ioter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? qui non habent signum Dei io frontibus suis. In aperto hoc signum est Tau, quod post signum crucis, est vltima litera in alphabeto Hębreorum, & interpretatur confirmatio. Vnde significat finalem poenitentiam, quæ confirmat hominem, & hoc signo liberamur omnes, qui id habent. Vnde Ezech.9. Signa Thau super frontes virorũ dolentium, & gementium super cunctis abhominationibus suis, et ita omnem super quem videritis Thau ne occidatis. Hoc signũ nõ solũ in corde, sed etiam in ore, et in fronte vbi est locus erubescentiæ, & est locus manifestus portare oportet, ne homo erubescat poenitentiam facere aperte, & confiteri nomen domini nostri Iesu Christi. Luc.9. Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum, quasi dicat. Illi qui erubescunt agere poenitentiam, & confiteri nomen domini nostri Iesu Christi, lęduntur ab istis pseudo prædicatoribus, & aliĩs præcursoribus Antichristi, & hos permittet lædi dominus, quia non męrentur á domino custodiri, quia diligunt plus carnem suam, quã animam suam. Io.12. Qui amat animã suam.i. istam carnalem, perdet eam. Et dictum est. Hic ostenditur in quib⁹ lędentur Christiani boni. in corporibus, & non in animabus, & ideo non sunt timendi, Iuxta illud Matth.10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Dicit ergo. *Et dictum est illis* .s. Antichristianis, idest prouidentia ordinatum, siue dispositum, ne occiderent eos in anima, quamuis io corpore permittantur occidi. Vnde Glo. Cum per dolos nequeunt hæretici, in aliqua volunt: contra quos Dei præceptum est, vt occidant corpora, sed animas non decipiant. Et hoc est quod sequitur. *Sed vt cruciarent mensibus quinque* .i. io corporibus, q̃ quinque sensib⁹ reguntur, vel secundum aliam literam. Mensibus sex.i. ętatibus seculi, in quibus Dei permissione tribulantur electi, vt in septima sint securi. Iob.6. In sex tribulationibus, liberabit te dominus, & in septima nõ tanget te malũ. Deut.15. Si sex annis seruierit tibi, in septimo dimittes eũ liberũ. *Et cruciatus eorum*. Hic ostendit Iohannes quàm grauis erit illa persecutio. Possent enim dicere, ex quo dominus refrenabit potestatem illorum, nõ oportet multum timere. Ideo dicit, quod adhuc, oportet timere, quia nimis grauis illa persecutio erit. Et hoc est quod dicit. *Et cruciatus eorum* .i. illatus ab eis, vt cruciatus scorpĩj, cuius cruciatus valde grauis est, et vix potest sanari cum percutit hominem, facie blandiẽs, & cauda pungens. Sic illi primo dicunt blanda, & quędã vera, & io fine miscent venenum mortiferũ erroris. Vnde Io.2. Omnis homo primo bonũ vinũ ponit, & cũ inebriati fuerint, id quod deterius est, vel hoc dicit, quia isti nõ proprĩjs manib⁹ seuient in electos, sed occulte principibus suggerent, vt torqueant eos, & in diebus illis, scilicet quando aliĩs lędent, per hæresim aliĩ per exemplum timore cadentes. Quærent homines mortem.i. mori cupientes desiderabunt corporaliter prę nimio terrore, & dolore tribulationũ affecti tedio viuẽdi. Sicut Elias in persecutione Iezabel.3. Re.19. quęsiuit animę suę vt moreretũ, dicens. Sufficit mihi domine tolle animam meam, neque enim melior sum quã patres mei. Et Tob.3. Et tu domine Deus secundum voluntatem tuam fac mecum misericordiam, & pręcipe in pace recipi spiritum meum: expedit mihi mori magis quàm viuere. Ionas.4. Et nunc domine quæso tolle animam meam à me, quia melior est mihi mors quam vita. Iob.10. Tedet animam meam vitæ meæ. Et non inuenient eam, vt probatiores reddantur, vel pp minores quos ipsi consolantur, & ne in morte eorum minus perterriti vincantur. Et vt ostendat Iohãnes magnũ affectum, et desiderium moriendi quẽ habebunt electi illius temporis, propter mala quæ videbũt subiungit. *Et desiderabunt mori timentes casum, & dolentes de his, quæ videbunt*, & fugiet mors ab illis, ne minores absq; consolatione remanẽtes, caderent in desperationem. O domine Iesu

A quantus dolor erit videre, hæc quando amici tui turpiter occidentur, nec audebit aliquis loqui, & inimici tui florebunt diuitĩjs, & honoribus, & affluent delitĩjs, insuper, & miracula multa facient, o domine quis poterit sustinere. Matathias pater Macabæorũ propter quandam modicam tribulationem quam vidit in Israel, non valens amplius sustinere, inquit.1. Maca.2. Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctę. *Et similitudines locustarum*. Hic determinat Iohannes qualitatẽ prædicatorum Antichristi, quæ in vndecim conditionib⁹ comprehænduntur, quorum quinque pertinent ad mali perpetrationem, quatuor ad boni declinationem. Decima ostendit prædicatores Antichristi sub similitudine locustarum similes, in quo habent potentiam nocendi. Vndecima mõstrat quo instigante nocebunt. Prima autem illarum quinque conditionum, quæ complent malitiã, & desiderium nocendi. Vnde dicit. *Et similitudines locustarum*, Equis paratis in bellum erant, supple in impetu, & sine discretio-

B ne currentes in conculcatione electorum. Trenorum 4. Velociores fuerũt hostes, tui Aquilis coeli. Aequaliter currunt, & irruunt in ciues, & in hostes, sic illi non attenderẽt quos opprimant, & conculcent, dummodo non faciant voluntatem eorum. Isa.5. Vngule equorum eius quasi silex. Erunt igitur similes equis propter velocitatem, atrocitatẽ impetuositatem, & sic nota desiderium eorum, qui desiderabunt vehementer exaltare nomen Antichristi, sicut boni prædicatores nomen Christi, sed tamen differenti fine. Quia illi propter diuitias, & delitias, & honores, quæ Antichristus dabit illis. Isti vero tantummodo propter gloriam Christi quam toto corde volunt, & desiderant exaltare. *Et super capita eorum, &c.* Hic ostenditur secunda conditio eorum, quę est peruersa in tertio eorum, qui intendũt exaltare suos hæresiarchas, & suum dominum Antichristum, & sicut nos apostolos honoramus, & dominum nostrum Iesum Christum, attribuentes illis victorias, quas dicent se habere ab Ecclesia, & se inde pręmia habituros. Sed re ve-

C ra, nec illi victoriam, nec isti pręmia habebunt. Vnde dicit. *Et super capita eorum* .i. super doctores eorum, tanquam coronę, sua.s. opinione, sed non re vera coronę.i. victoriæ de pręcipitatione iustorum. *Similes auro* .i. apostolis quibus suos doctores ęquiparabunt. Item super capita eorum .i. in mentibus eorum, *Tanquam coronæ*, idest retributiones æternę, similes auro.i. veræ sapientiæ, quasi dicat suis doctoribus, victorias attribuerunt, & sibi præmia æterna, de hoc quod per sapientiam suam vicerunt, Ecclesiã. Sed re vera nec doctores eorum victoriam, nec ipsi præmium habebunt, sed vterq; descendent in infernum. Vnde.2. Pet.2. Hi sunt fontes sine aqua sapientiæ, & nebulæ turbinibus exagitatæ cuilibet caligo tenebrarum reseruatur. Et facies eorum sicut facies hominũ. Hæc tertia conditio.s. hypocrisis, qua exterius apparebunt boni, & interius erunt mali. Vnde Matth.6. Attendite á falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Itẽ per tria, quæ sunt in facie hominis.s. oculi, nasus, & os,

D notantur tria.s. intelligentia, discretio, eloquentia, quibus isti videbũtur pollere, propter quod etiam multos seducẽt quia facilius creditur prędicatori, quando est intelligens, discretus, & eloquens, & insuper mansuetus, & tales apparebunt isti. Et hoc est quod dicit. Et facies eorum.s. locustarũ.i. prędicatorũ Antichristi, sicut facies hoĩs.i. mansueti, intelligentes, discreti, & eloquentes apparebunt, sed non erunt, quod notat hæc dictio, sicut. Quarta ipsorum est latens malitia. De qua subdit. *Et habebãt capillos, sicut capillos mulierum* .i. habebant mores foemineos, molles in vita, lucentes in apparentia. *Ad terram dependentes*, in quo notatur auaritia. *Collum tegentes*, in quo fallacia. Sicut enim capilli colli tegunt turpitudinem, sic isti maiorum suorum prauitatem abscõdent. Vnde Psal. Inhabitabunt, & abscondent, ipsi calcaneum meum obseruabunt. Calcaneum Christi sunt vltimi sancti, qui tũc portabunt Ecclesiam, quibus illi insidiabũtur. Vnde, & de Eua io figura Ecclesiæ dicitur, Gen.3. Ad diabolum. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis cal-

canco eius. Item capilli eorum sunt sicut capilli mulierum, quibus adhærentes sibi decipiunt, subtrahentes vigorem fidei, & virtutum, subtiles in malicia, sibi inuicem cohærentes, ad inuicem se defendentes. Vnde Iob. 41. Corpus eius. i. Beemot, quasi scuta fusilia compacta squamis sese prementibus vna vni iungitur, vt nec spiraculum quidem incedat per eas. E quia omnes tales erũt molles, & flexibiles in omne vitium, sicut mulieres. Ideo dicit. *Et habebant* .i. habebunt præcursores Antichristi. *Capillos* .i. discipulos sibi adhærentes, sicut capilli capiti adhærent. Sicut capillos mulierũ .i. molles, & effœminatos, & flexibiles ad omne malum. Quinta conditio eorum est, aperta credulitas. De qua sequitur. Et dentes eorum sicut leonum erant, quasi dicat. Quando per falsi boni ostentationem, & veri mali occultationem lędere non poterunt, tunc aperte seuient in electos, laniantes eos, & deuorantes quasi leones sine omni contradictione; Vel per dentes locustarum intelliguntur doctores eorum, qui exponunt eis scripturas, & præparant panem mendacij, sicut dicit. Iob. 24. Vigilantes ad prædam præparant panem liberis. Et dicuntur dentes leonis propter crudelitatem, quia crudeliter sine pietate deuorabunt sanctos. Vnde Eccle. 21. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. De istis dentibus dicit Iob. 29. Conuertebã molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Tria igitur dicuntur habere isti pseudo prædicatores. s. faciẽ hominis, quia omnia se dicent agere ad normam rationis. Itẽ capillos mulieris, quia ad mollitiem vitæ fraudulenter detrahent. Item dentes leonis, quia crudeliter, & aperte in bonos deseuient. Per primum simulant bonum, per secundũ malum, per tertium aperte deseuient. De his dicitur Iob. 41 Quis reuelabit faciem indumenti eius. i. diaboli. i. quis deteget speciem boni quam prætendit, & in medium oris ei⁹ quis intrabit? i. latẽs malum eius, quod cogitat, quis manifestabit? De tertio nihil dicit, quia apertum est malum omnibus notum. Vide ergo quàm signanter posuit illa quinque, quæ faciunt ad completionem mali, vt diximus. s. desiderium nocendi, malam intentionem, simulationem boni, dissimulationem mali, apertam seuitiam in electos. Sequitur. *Et habebant*. Hic ostenditur quatuor, quę pertinent ad declinationem boni. Primum est obstinatio. Secundum clamor ibi. *Et vox*. Tertium malus conatus, ibi, & habebant caudas. Quartum defensio mali, ibi, & aculei. Dicit ergo. *Et habebant loricas, sicut loricas ferreas*. i. corda obstinata, & scientijs deceptorijs munita. Vnde de diabolo dicitur Eccle. 43. Super omnem congregationem aquarum. i. mentium frigidarũ, & fluidarum requiescit, & sicut lorica induit se aquis. i. cordibus frigidis, & gelatis, & in peccato obstinatis. Ferreas autem dicit loricas: propter duritiam talium cordiũ, quæ non possunt sagittis sacræ scripturæ penetrari. Vnde Iob. 41. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringet quasi malleatoris incus. Et postea additur. Reputabit quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs, non fugabit eũ vir sagittarius. In stipulam enim versi sunt lapides fundæ, quasi stipulas estimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Pluraliter autem dicit loricas propter duritiam affectus ad amãdum bonum. Vnde Luc. 24. Dixit dominus discipulis suis. O stulti, & tardi corde ad credendum. *Vox alarum earum*, idest tres eorum quibus. i. quasi quibusdã alis eleuabantur, vt iusti, & sapientes credantur à multis. Sicut vox curruum equorum multorum currẽtium in bellum. i. diuersi currus diuersis equis tracti, cum impetu currẽtium in bello, contra eandem personam. Sicut isti Antichristi diuersis hæresibus interfecti, & diuersis rationibus præmuniti current vnanimiter contra Ecclesiam expugnandã, quorum vox clamosa, impetuosa, irrationabilis, & multiplex erit. Vnde signãtur Iudith. 15. Per vulpes caudas habentes ligatas: sed facies diuersas. De hoc bello Antichristianorum contra Ecclesiam dicitur. Iob. 39. Procul odorabitur bellũ, exhortationem ducum, & ululatum exercitus. Itẽ. 38. Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quos paraui in tempus hostis, & in diem pugnæ, & belli? *Et habebant caudas similes scorpionum*. i. doctrinas blandas,

E & deceptorias. Vnde Isa. 9. Disperdet dominus ab Israel caput, & caudam incuruantem, & deprauantẽ in die vna. Lõgeuus, & honorabilis ipse est caput, & propheta docens mendacium ipse est cauda. Vel *Caudas*, vocat principes illius temporis, qui ad modum caudarum blandiẽdo, & terrendo multos peruertent, qui caudas Antichristiani sibi associabunt contra Ecclesiam vtrique pugnantes. *Et aculei* Hic ponitur quarta conditio. s. defensatio mali, quę fiet per potentiam principum, & astutiam pseudo prędicatorum, quibus se defendent à bonis. Cum. n. nõ potuerint eos per blandimenta seducere, oppriment per tormenta. Vnde dicit. *Et aculei* .i. violentiæ in caudis eorum. i. in principibus tẽporis illius. Itẽ aculei in caudis eorũ. i. blasphemiæ, & astutę argutię, & in fine prædicationis eorũ. Sicut enim aculeis pungitur equus, vel asinus, vt recalcitret, sic illi falsi prædicatores sanctos illos, qui tunc erunt, & argutijs, & blasphemijs pungent, si quo modo possent eos mouere ad iram, & à recta semita facere deuiare. Sed frustra iacitur rete ante

F oculos pennatorum, vt dicitur Prou. 1. *Et potestas eorum*. Hęc decima conditio. s. potentia nocendi, quàm habebunt principes, & pseudo prędicatores illius temporis. Vnde dicit. *Et potestas earum locustarum* .i. pręcursorum Antichristi, nocere hominibus. i. ad nocendum carnalibus, humum sapientibus. *Mensibus quinque* .i. omni tempore, sicut supra expositum est. *Et habebant*. Hic ponitur vndecima conditio. s. instigatio, seu suggestio diaboli. Ipso. n. procurante, & instigante, facient hæc principes, & pseudo prędicatores. Et ad quid tendent? s. ad oppressionem sanctorum, monstrat per quæ potuerunt hoc. s. per diabolum. Vnde dicit. *Et habebant omnes*, prędicti Antichristiani. s. locustæ, & capita, & caudę eorum, hoc est pseudo prædicatores, & doctores eorum, & principes eis assentientes, & eos defendentes. *Super se regem*, quem ipsi sibi constituerant. *Et angelum abyssi*, idest diabolum, qui est de abysso inferni. i. sine bisso, & candore omnis boni, & si aliquando se transfiguret in angelum lucis. 2. Cor. 11. Diabolus autem dicitur rex super omnes filios superbiæ. *Cui*

G *nomen Hebraice Laabadon*. Aliqui libri habent Aabadon. Sed vera litera est Laabadon. Vnde Hieronymus dicit Laabadon, Hæbraicum, & interpretatur exterminans, Abadon vero Græcũ & interpretatur iudicans. Vnde cũ postea ponitur idem nomen in græco Apolleon, & in Latino exterminans, patet quod non debet esse Abadon, sed Laabadon, Gręce autem Apollion. i. quod Laabadon, & eadem interpretatio. s. exterminans, & Latine habens nomen exterminans, tres linguas solemnes ponit, vt in omni lingua versutia diaboli intellecta vitetur, & hoc præcipuę, quia in triplici lingua, euangelica doctrina scripta est. Matthæus enim in lingua Hæbraica, Lucas, & Iohannes in Græca, Marcus vero scripsit in Latina. Vnde, & titulus domini super crucem, hac triplici lingua script⁹ fuit. Iohã. 19. In omni igitur lingua nomen diaboli significat exterminãs. Quia de omnibus aliquos exterminat. i. extra terminos catholicæ fidei ponit, et in terram exterminij in infernum, quia exules à patria sua relegat. Vnde psal. Exterminauit eam aper de syl-

H ua. i. Antichristus, qui dicitur Aper propter ferocitatem. Syluaticus autem, seu syluester dicitur propter inhumanitatem. Sap. 3. Ab itinere iusto abierũt in exterminium. i. in infernum, ad quem diabolus multos trahet. Vnde Iob. 21. Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit, dulcis fuit glareis cocyti, & post se omnẽ hominẽ trahit, & ante se innumerabiles. Væ, vnum abijt. i. tribulatio, quæ sub tuba quinti angeli continetur. Et ecce veniunt adhuc duo væ, post hæc. i. duæ tribulationes, quæ sub tubis sexti, & septimi angeli, continentur. De quibus consequenter dicit.

Et sextus angelus tuba cecinit, et audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto angelo, qui habebat tubam. Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, et

diem,

diem & mensem, & annum: vt occiderent tertiam partē hominum. Et numerus equestris exercitus, vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum. Et ita vidi equos in visione, & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulfureas & capita equorum erant tanquam capita leonum; & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulfur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & de fumo, & sulfure, quæ procedebant ex ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum. Nam caudæ eorum, similes serpentibus; habentes capita, & in his nocent. Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum: vt nō adorarent dæmonia, & simulachra aurea, & argentea, et ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neq; audire, neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis, neque à veneficijs suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

Et sextus angelus. Ecce post singularem descriptionē quinque angelorum consolanoum Ecclesiam in quinque persecutionibus prædictis, subiungit Iohannes de sexto angelo. Et hęc est secunda pars huius capituli, in qua ostendit acerbitas persecutionis futurę sub Antichristo. Et dicuntur hic septem, quę fient in illa misera persecutione. Primo ostenditur potestas, & conatus dęmooum ad nocendum, & durationi malitię eorum. Ibi. *Qui parati sunt.* Secundo ostenditur malus profectus eorum. ibi. *Et occiderunt.* Tertio ostendit numerus dęmonum, ibi. *Et numerus equestris.* Quarto agit de numero equorum diaboli, ibi. *Et vidi equos.* Quinto de armatura equitū, ibi. *Et qui sedebat.* Sexto de potestate equorum, ibi. *Et capita equorum.* Septimo ostenditur damoatio infidelium, ibi. *Et cæteri homines.* Dicit ergo. *Et sextus angelus* .i. sextus ordo prędicatorum, qui tempore Antichristi erit. *Tuba cecinit* .i. dulciter, & terribiliter prędicabit. Dulciter bonis, & hoc innuitur in cantu. Et terribiliter malis, & hoc innuitur in tuba, & talis debet esse omnis prędicator, vt sit dulcis per consolationem, & promissionem, & terribilis p consummationem, & asperā reprehensionem, & sic prim⁹ angelus dicitur. *Tuba cecinit.* *Et audiui vocem vnā* .i. intellexi per spiritum futura prędicationis, procedentē, ex quatuor cornibus altaris aurei .i. ex quatuor euangelijs, quę sunt cornua .i. protectio altaris aurei, in qua offertur omois oblatio, quę accepta est Deo. De quo altari dicit Psal. Tunc accepta bis sacrificium iustitiæ oblationes, & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos. Quod dicitur aureum, quia Ecclesia rubea est per charitatem, fulgida per castitatem. Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Item solida per patientiam, ductilis per obedienoam, sancta per prædicaoonem, ponderosa per maturam conuersationem. *Quod est ante oculos* Dei .i. quam Ecclesiam semper respicit De⁹ oculis misericordię. Sap. 4. Gratia Dei, & misericordia Dei est in sanctos ei⁹, & respectus in electos illius. Psal. Oculi domini super iustos. Deut. 11. Terra ad quam gradieris possidendam non est sicut terra Aegypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquę ducunē irriguę, sed montuosa est, & campestris, de cœlo expectans pluuiam, quam dominus De⁹ semper iouisit: & oculi illius io eo sunt, à principio anni, vsque ad finem eius. Item nomine eius altaris intelligitur Christus, super quem omnis oblatio est accepta Deo. De quo dicitur Exo. 20. Altare de terra facies .i. Christū de virgine educes. Et dr̄ aureū, pp diuinitatē, sapientię claritatē, vel charitatis puritatē, vel obedientię facilitatē, vel pp doctrinę seueritatem. Quatuor cornua altaris sunt prędicatores quatuor euangeliorum, per quos debet Christus eleuari, qui debēt Syriam .i. mundi superbiam ventilare, quę debent intingi sanguine agni .i. fide, & memoria dominicę passionis. Quę dicuntur qua-

A tuor, quia debent de Christo prędicare, vt dicit Glo. 4. Natiuitatem, passionem, resurrectionem, & admirabilē ascensionem. Omoia alia ad hæc quatuor referuntur. Duo prima sunt infirmitatis. Duo alia sunt potestatis. De istis cornibus dicit̄ in Psal. Omnia cornua peccatorum confringam, idest malos Antichristi prędicatores, & exaltabuntur cornua iusti .i. boni prędicatores Christi. Vox vna quam audiuit Iohannes, est concordia prędicatorum, & ad vnum. Dicit ergo. *Et audiui aure cordis* .i. intellexi spiritu reuelante vocē vnam .i. concordię doctrinam. *Ex quatuor cornibus altaris aurei* .i. Ex vniuersis prędicatoribus Christi procedentem. *Quod est ante oculos.* Dei, vt filij ante patrem, idest in beneplacito patris. Matth. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Item vt aduocatus ante iudicem. 1. Iohan. 2. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem dominum nostrum Iesum Christum iustum. Beatus Bernardus. Securum habes, ò homo accessum ad Deum, vbi habes filium ante patrem, & ante filium habes matrem. Filius ostē

B dit patri latus, & vulnera. Mater ostēdit filio pectus, & vbera. Nulla certe potest esse repulsa, ubi tot occurrunt charitatis insignia. Ideo clamat Ecclesia in Psal. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. *Vocem*, dico. *Dicentem sexto Angelo*, idest ordini prædicatorum tempore Antichristi futuro. *Qui habebant tubam* .i. qui habebant officiū prędicandi. *Solue quatuor angelos* .i. dęmones vniuersos prædicat soluendos, vt homines cautiores reddantur. *Qui alligati sunt diuina virtute* in flumine magno Euphrate .i. in malignorum hominum societate, seu congregatione Euphrates enim fluuius profundus est, & impetuosus currens per Babilonē & interpretat̄ humus, vel puluerulentus, vel crescens, & significat amatores huius mundi, qui sunt profundi in astutia, & impetuosi in malitia, & currunt per seculum, ex auaritia, io humo, & puluere, in carnalibus delitijs, & in tēporalibus diuitijs crescentes. In hoc sunt alligaó omnes dęmooes, quia in istis habitant quasi io proprijs domicilijs. Nec adhuc permittuntur aperte pro sua voluntate deseuire io

C bonos, quod tamen fiet tempore Antichristi, & tunc soluētur dęmones .i. seuire crudelius, & apertius permittentur in bonos. Et bene dicuotur fluuius magnus amatores mundi, fluuius quidem, quia sunt fluuidi per luxuriā, tumidi per superbiam, procliui per auaritiam, & tandem decurrent in mare .i. in amaritudinem inferni. Eccle. 1. Omnia flumina intrāt in mare. Magnus vero dicuntur vel pp multitudinē, vel propter scientiarum magnitudinem. Quia maiores in seculo sunt his tribus vicijs .i. luxuria, auaritia, superbia irretiti. 1. Io. 2. Omne quod est in mundo, aut est concupiscētia carnis, aut coocupiscentia oculorum, aut superbia vitæ: Item dæmones dicuntur angeli .i. missi, quia mittuntur à Deo ad probationem bonorum à principe suo, & sua propria voluntate, ad deceptionem, et damoationem malorū. Quatuor autem dicuntur, quia per quatuor mundi partes, quatuor vitia principalia suggerendo discurrunt. Vnde Supra. 7. *Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ.* Item per magnum fluuium Eufratem, potest significari

D baptismū vbi dæmones alligantur, quia ibi eorum potestas debilitatur, & vincula peccatorum soluuntur. Vnde Exo. 15. Ingressus est Pharao eques cum curribus, & equitib⁹ eius in mare, & reduxit super eos dn̄s aquas maris. Itē Eufrates fluuius potest dici sanguis, & aqua, quæ de latere Christi in Ecclesia exierunt. De quo Ezech. 47. Ecce aquæ redundantes à latere dextro, cum egrederetur vir ad Orientem .i. Christus ad immortalitatem, per ostium mortis, vbi ligati suot dæmones, quia ibi debilitata est eorum potestas. Vnde sequitur bene in Eze. Qui habebant funiculū in manu sua, quo scilicet dæmones ligarentur, & fuerunt ligati vsque hodie, sed in fine .i. io tempore septimi angeli, & sexte tubæ .i. in sexto statu Ecclesiæ .i. in tempore Aoochristi soluentur, quia minus refrenabuntur à Deo, & magis permittentur seuitiam suam eicere in bonos. Vnde sequit̄. *Et soluti sunt* .i. soluentur. Præteritū pro futuro, vel soluti sunt iam in Dei præsentia quatuor angeli .i. dæmones vniuersi, qui dicuntur quatuor ratione prædicta, vel propter qua-

tuor suggestiones quas faciunt in ordinandas, & corrumpēdas quatuor animę, affectiones, vt anima sit temperata, amet, quæ non dicet timeat, quæ non oportet: gaudeat vane, doleatq; vanius, vt dicit beatus Bernardus. Vel propter quadruplicem modum temperandi. Est enim quædam tētatio grauis, & occulta: quædam grauis, & aperta: quædā leuis, & occulta: quædam leuis, & aperta: sicut Beatus Bernardus. Super illud. Non timebis à timore nocturno. Ecce prima. A sagitta volante. Ecce secunda. A negocio perābulante in tenebris. Ecce tertia. Ab incursu, & dæmonio meridiano. Ecce quarta. *Qui parati erant* paramēto malitię, & astutię diligentis. *In horā, et diē, et mensem, et annū*, & in omni tpe diei mensis, et anni, sine interpolatione, et sine termino, quasi dicat nulla pars est in die, vel mēse, vel anno, in qua dęmones non sint parati ad nocendum, nunquam enim dormiunt. 1. Pe. 5. Vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret. Iob. 30. Qui me comedunt, non dormiunt. Vel in his nominibus exprimuntur conatus, & diligentia dæmonum ad nocendum, qui statim vt soluti sunt dicuntur parati. *In horam, & mensem, & diem, & annum*, idest in tribus annis, et dimidium. Tantum enim durabit persecutionis illius acerbitas, vt per horam dimidius annus significetur, per alia tria tres anni, & quia primo ponitur hora, postea dies, postea mensis, postea annus, significat qualitatē illius processus persecutionis, semp crescendo procedet. In principio grauis erit, sed in secundo grauior, in tertio grauissima, & in fine omnino deseuiet ille iniquus, vt vix omnino possit ab aliquo sustineri. Vnde Iob 40. Stringet caudam suam. i. vltimam malitiam, quasi cedrum. Et 41. Sub ipso erunt radij Solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. Semper ergo parati referuntur dæmones vt nos semper parati esse studeamus, ne imparati inueniamur. Matth. 25. Et vos estote parati. Quanto ergo potestas diaboli decrescet in tempore, tanto crescet in malignitate. Vnde Iere. 12. Vę terræ, & mari, quia descendet diabolus ad vos habens iram magnam, sciens, quia modicum tempus habet. Sic tentatio diaboli in fine crescit, & hoc est signum, quod debet cessare tentatio, quando incipit aggrauari. Vnde dæmones quando exibant ab obsessis corporibus, grauius affligebant. Ad quem autem finē tendant dęmones, in suis tentationibus, & ad quid tendat Antichristus, ostendit Iohannes cum subditur. *Vt occiderent tertiam partem hominum*, prius morte peccati, & postea morte inferni. Tertiam partem hominum vocat omnes reprobos, vt dicit Glo. In quos habebunt potestatem. Prima pars sunt innocentes. Secunda pœnitentes. Tertia reprobi, in malitia pertinaces, & hos occidet, vt supra 8. *Tertia pars terra combusta est. Et tertia pars arborum concremata est. Et numerus equestris.* Hic ostenditur Iohanni numerus equorum diaboli, & equorū Dni, secundum vnam expositionem. Et sic in solutione quatuor angelorum, ostenditur libertas diabolicæ potentiæ tēpore Antichristi. Ita in visione equorum, & equitum ostenditur nocumentum malitię. Equi diaboli sunt prædicatores Antichristi, equites vero sunt ipsi dæmones, qui ducunt eos quocūque voluerūt. Equi Dei sunt prædicatores Christi, equites sunt boni angeli, qui regent eos, & defendent. Triplici autem ratione ostenditur Iohanni numerus equorum, & equitum Dei post ostensionem equorum, & equitū diaboli. Primo ne visa multitudine malorū desperarent sancti. Sic fecit Eliseus. 4. Reg. 6. Puero suo nimis timenti visa multitudine siriorum, qui obsidebunt Samariam, per orationem suam aperuit oculos, & vidit, quod mons erat plenus equorum, et curruum igneorum in circuitu Elisei. Item secunda, vt consolarentur boni super solutionem dæmonum, quia & si soluendi sunt tunc dæmones, non permittentur omnino facere quod volunt, sed per bonos angelos coercebuntur, & per eosdem seruabuntur electi. Item tertio vę illi, qui stabunt tunc possint præsumere, de suis viribus, & se solos inter pressuras stabiles remansisse. Sicut Elias, qui dixit. Zelo, zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum domini filij Israel, altaria sua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio,

E & relictus sum ego solus. Et dictum est ei. Dereliqui mihi septem milia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal. Primo ponitur numerus equorum diaboli, & signatur per vicies milies, postea ponitur numerus equorū Dei, & signatur per dena millia, & plures sunt mali, quàm boni, ideo maiori numero designatur numerus equorum diaboli, q̄ equorum Dei. Vtrobique tamen ponitur finitū pro infinito. Vtrobiq; ponitur mille, qui est numerus cubitus. i. habens tres dimensiones. Nam decies decem decies, faciunt mille, & illi peccant in tribus. s. in Deum, in proximum, & in seipsos. Isti autem viuunt sobrie, pie, & iuste. Sobrie sibi, pie Deo, iuste proximo. Item illi habent trinam dimensionem malitiæ. s. concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & superbiam vitę. Isti autem habent trinam dimensionem bonitatis s. fidem, spem, & charitatem. Item denarius simpliciter ponitur ex parte bonorum, quia ipsi seruant decalogum præceptorum, sed denarius duplicatus ponitur ex parte malorum. s. vicies, quia
F binarius recedit ab vnitate, & sic significat transgressionē, vnde binarius denarij transgressionem significat decalogi. Mille enim perseuerantiam significat. Bene ergo dicuntur equi diaboli vicies milies, qui prædicatores Antichristi erunt transgressores decalogi habētes malitię dimensionē, & in ea perseuerantes. Boni vero dicuntur dena millia, quia in obseruantia decalogi, & in bona dimensione perseuerabūt. Dicit ergo. *Et numerus equestris exercitus*. i. numerus equorū exercitus. i. numer⁹ equorū, & equitum diaboli vicies milies. i. multi, & infiniti, sed pauciores. Equi diaboli sunt prędicatores mali, qui portant, vbique diabolum, equites sunt dæmones, qui ducunt eos, vt diximus. Equi Dei sunt boni prędicatores. Equites Dei sunt angeli, & hęc expositio de vtroq; exercitu simul. i. bono, & malo ponitur in Glosa. Et sumitur ex eo, quod dicitur numerus equestris exercitus. Nec additur Dni, vel diaboli. Sed quare malos significat p aduerbia, bonos vero per nomina? Solutio. Ad ostendendum, quod malum non stat per se, sed coalescit in bono, vt
G dicit Augustinus. Bonum vero per se stat. Item quęritur quare exercitus tam bonorum, q̄ malorum designetur p numerum significantem, & non per numerum numerantem? Nam numerus hic positus, non numerat exercitū dæmonum, vel angelorum, sed tantum signat. Nā multo plures sunt mali, q̄ vicies millies, & boni multo plures, q̄ dena millia? Ad hoc dicimus, quod numer⁹ significās magis, exprimit qualitatē vtriusq; exercit⁹, q̄ numerus numerās. Per numerum. n. hic positum ostenditur quales sunt illi, & isti, vt diximus, quod non fieret per numerum numerantem. Aliqui intendunt per hos numeros, tantum malos, designari. Nā cū sint tantū tres ordines angelorū, ad decimū, qui cecidit decē millia referuntur: p millies vero qui est numerus multiplex, dęmonū multitudo signatur, p vicies vero qui bis decē continet, ostenditur dicimus ordo ex dęmonibus, & malis hominibus duplicatus. Nihil ergo aliud est, vicies millies, dena millia equestris exercitus, nisi quod dicimus ordo, ex malis hominibus, & dęmonibus dupli-
H catus, innumerabilis, & quasi infinitus existit, qui contra Ecclesiam tempore Antichristi pugnabit. Modo autem cōseruat Deus Ecclesiam suā. Alij dicunt, quod per vtrunq; numerū designātur boni per vicies designantur sancti noui testamenti, qui decem mandata legis dupliciter seruant. s. corde, & opere, & secundum literam, & secundum spiritualem intellectum, & perfecti sunt in iustitia. In vicenario est duplex obseruantia decalogi, & in millenario perfecta iustitia monstratur. Per dena millia significantur sancti veteris testamenti, qui legem ad literam seruauerunt, vt pote vmbram futurorū. Et quia contra vtrosque diabolus bellū habuit. Ideo per hos numeros etiā exercitus, numerus dæmonum, & malorum hominum, per quos pugnat diabolus designātur. Omnes istas expositiones tenuit glosa, sed satis obscure. Sequitur. *Et audiui numerum eorum*. i. intellexi quid numerus eorum significaret, & ita vidi equos in visione. Sicut dixit supra secundum numerum equitum, numerum tam bonorum, q̄ malorum, per hoc quod dicit: Vidi

in visione. Nota hic. Non corporaliter, sed tantum spiritualiter, vel sic. & ita vidi equos in visione. i. sicut equites. i. sicut dæmones intendunt ad destructionem Ecclesiæ. *Sic vidi equos*. i. malos prædicatores laborare ad destructionem Ecclesiæ. Nam equi, & equites, in prælio ad idem tēdunt, sed equi per equites ducuntur. Sic Antichristiani per dęmones, contra Ecclesiam malignabuntur. *Et qui sedebant*. Hic agit de armatura istorum equitum, quæ duplex est, vna ad muniendū, altera ad expugnandum, tamen hic non agitur nisi de armatura munitionis. Quia diabolus nullum potest vulnerare nisi Deo volente, & ideo cassa esset, armatura impugnationis. Dicit ergo. *Et qui sedebant super eos equos*. i. prædicatores Antichristi. Prima furor iræ feruētis in principibus. Secunda simulatio sanctitatis in prædicatoribus. Tertia fetens doctrina in prælatis, qui tunc erūt. Et huic triplici persecutioni conuenit hæc triplex qualitas armaturæ equitū, idest dæmonum, qui super istos equos sedebunt. Diximus enim, quod equi sunt falsi prædicatores vltimorum temporum, equites siue sessores eorum dæmones, qui dicūtur habere hanc triplicem armaturam, qua se, & equos muniūt. Per loricas significatur durities obstinationis, & scientiarū perplexitas, quæ dicuntur igneę propter iracundię feruorem, quæ erit in principibus contra Ecclesiā. Item dicuntur *Iacintinæ* propter simulationē sanctitatis, quæ erit in prædicatoribus. Iacintus enim habet colorem similem cœlo. Itē dicuntur sulphureæ propter doctrinæ fetorem, quæ erit in prælatis, & doctoribus temporis illius. Dicit ergo. *Et qui sedebant*. s. dæmones super eos. i. falsos prædicatores, habebāt loricas. i. duriciam obstinationis, & scientiarum perplexitates. *Igneas*. i. igne iracundię accensas. *Et iacintinas*. i. sanctitatis simulatione coloratas. *Et sulphureas*. i. peruersa doctrina fętentes. Hæc dicuntur habere equites. i. dæmones, qui habebant ea in equis. Erunt ergo equi. i. prædicatores, & ministri Antichristi obstinati, iracundi, simulati, hęretici. Vel aliter. Equi sunt prædicatores, vt diximus. Loricæ sunt omnes ministri eius, quibus quasi lorica corpus suum tegitur, & munitur, ne sagitta verbi Dei vulneretur. Vnde quilibet malus est vna macula loricæ huius, qui coniuncti ad inuicem contra Ecclesiam faciunt loricam diaboli, qua corpus eius munitur. Vnde Iob. 41. Corpus eius, quasi scuta fusilia compactum squamis se se prementibus, vna vni coniungitur, & nec spiraculū quidē incedit per eas. Quod Iob dicit scuta, vocat Iohannes loricas. Iste loricæ dicuntur igneę hyacinthinæ, sulphureæ, quia ministri Antichristi erunt cupidi, superbi, luxuriosi. Nam per ignē cupiditas, per hyacinthum superbiæ vanitas, per sulfur fętor luxurię designatur, & maxime luxurię contra naturam, propter quam pluit dominus ignem, & sulfur. Gen. 19. Omnes etiam, qui tales sunt computantur in familiam Antichristi, propter quod dicit Iohannes in prima Canonica cap. 2. Sicut audistis, quia Antichristus venit, et nunc Antichristi multi sunt. Bene ergo dicit. *Qui sedebant super eos*. i. dæmones falsi prædicatoribus insidentes, & eos regentes habebant loricas. i. ministros se protegentes, & munientes. Igneos, igne cupiditatis accensos, & hyacinthinos. i. vanitate superbiæ elatos. Hyacinthus enim colorem habet aureū, & ideo significat vanitatem. *Et sulfureas*. i. luxuria fetentes. Hic etiam bene dicūtur habere dæmones quasi arma, quia his vitijs impugnant Ecclesiam vnicuiq; suggerendo, id in quo ipsius animum magis declinare concupiscunt. Sequitur. *Et capita*. Postquam agit de armatura equitum Iohannes, agit de potestate, & virtute equorum. Incipiens à capite ipsorū, quæ sunt hæresiarchę doctores, & cæteri maiores inter eos erāt, idest erunt tanq; capita leonum. In quo notatur superbia crudelitatis, & aperta malitia. Nam maiores inter eos armabuntur cōtra Ecclesiam, superbia, crudelitate, & aperta malitia. Vnde Iere. 6. Crudelis erit, & nō miserebitur. Hoc de potestate eorum, & conuenit etiam membris. *Et de ore ipsorum*. i. de prædicatione, & doctrina falsorum prędicatorum procedit ignis auaritiæ, & fumus superbiæ, & sulfur luxuriæ. Vel ignis furoris odij, & iracundiæ, & fumus erroris, & cęcitatis faciens mentes hominū caligare, ne possint

A veritatem agnoscere. Et sulfur verba maledictionis, & blasphemiæ. Item ignis inuidiæ, & fumus idolatriæ. Et sulfur, idest fętor blasphemiæ. Item ignis. i. malitia comminationis, et fumus. i. obscuritas simulationis. i. fętor corruptę eruditionis, & ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum. i. reprobi, quia alijs duabus partibus. i. innocentibus & pœnitentibus, non nocebunt hæ plagæ, immo proderunt potius iuxta illud Rom. 8. Omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Itē prima pars hominum sunt perfecti. Secunda sunt proficiētes. Tertia incipientes, siue imperfecti, & his pro maiori parte nocebunt hæ tres plagæ. Item prima pars hominum sunt illi, qui inceperunt pœnitentiam, & compleuerunt, & in gratia decesserunt, & his debetur paradisus. Secunda pars sunt, qui inceperunt pœnitentiā, sed non compleuerūt, & in gratia decesserunt, & his debetur purgatorium. Tertia pars sunt illi, qui nec inceperunt, nec compleuerunt, & tamen peccauerunt, his debetur infernus, & his nocebunt

B hæ tres plagæ. Item prima pars illi sunt, qui latitabant in speluncis, et cauernis, propter metum Antichristi. Secunda illi, qui audacter confitebuntur, & prædicabunt Christū. Tertia illi, qui aperte negabūt, & hæc tertia pars ab his plagis occidetur, & de igne, & de fumo, & de sulfure, quæ procedent de ore ipsorum. Hic determinat, quæ sunt illę partes, & tres plagę. Vnde ponitur Prou. 1. Potestas enim equorum, &c. hic ostendit Iohannes in quo sit potestas prædicatorum Antichristi, & ponit duo in quibus consistit potestas eorum, scilicet in ore, & in cauda. s. in prędicatione. Per caudam, quæ tegit turpitudinem, simulatio intelligitur, & hæc est potestas Antichristi. *Equorum*. i. prædicatorum Antichristi. *In ore eorum est*. Glo. 1. In mala prædicatione. *Et caudis eorum*. i. occultis deceptionibus, si aperte nequeunt, & bene dico, quod in caudis habent potestatem nocendi. Nam cauda eorum similis serpentibus, qui blandiuntur facie, occulte mittunt venenum. Item per os equorum intelligitur persuasio, siue comminatio, seu promis-

C sio prędicatorum, per caudas intelligitur malitia ministrorum, qui occident sanctos, & his duobus consistet tota potestas prædicatorum Antichristi, scilicet falsa persuasione, & in malitia eorum. Dicit ergo. *Potestas equorum*. i. malorum. *In ore eorum est*. i. in fallenti persuasione eorum. *Et in caudis eorum*, idest malis ministris. *Nam caudæ eorum*, idest ministri, qui sequuntur prædicatores ad faciendum voluntatem eorum, similes sunt serpentibus, quia non quęrent nisi puluerem terrenorum. Mich. vlti. Lingent puluerem sicut serpentes. Isa. 65. Serpētis puluis panis eius. Psal. Inimici eius terram lingent. Gen. 3. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Item per os significatur rationum inductio, per caudas temporalium donorum largitio, quę data fuerit homini, ad velandum, & supplendum defectum. Et per hęc duo. i. per inductionem rationum, & per largitiones donorū multos subuertent, & ideo bene dicit, quod potestas equorum, in eorum ore est. i. in rationum inductione, *Et in caudis eorum*. i. in dona temporalia eorum. similes ser-

D pentibus, quia in fine venenum mortiferum infundunt, quo dantes, & recipientes occiduntur licet placeant quando recipiuntur. Item per os intelligitur gula. Vnde Eccle. 6. Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius nō implebitur. Per caudam vero accipitur luxuria. Vnde legitur Iudicum Quod Sanson cœpit trecentas vulpes, & caudas earum ligauit, & faces ligauit in medio, quas igne succendens dimisit, vt illuc, & huc discurrerent. In his duobus multum consistit potestas diaboli, & ministrorum eius. Nam per hæc duo vitia multi corrumpuntur. De quibus dicit Prou. 30. Sanguisugę. i. diaboli sanguinem sugentis duæ sunt filię, quæ semper clamant, affer, affer. s. gula, & luxuria. Et bene dicuntur caudę similes serpentibus, quia luxuria in principio habet voluptatem, sed postea pænitudinē. Vnde quidam sanctus cum tentaretur de luxuria dixit. Non emo tāti pęnitere. *Habentes capita*. i. principes, qui præsunt ministris. *Et his nocent*. i. auctoritate, & violentia eorum. Vel capita eorum sunt doctores falsorum, Philosophorū. s. Plato,

Pythagoras, & huius quorũ dictis corroborabũt sentẽtias suas. *Et in his nocebunt* .i. decipient formando per eos doctrinam suam. *Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis prædictis*, idest reprobi contra quos diabolus non faciet conatũ suũ per Antichristum, quia erunt omnino obedientes ei. Neq; egerunt pœnitentiam de operibus manuum suarum .i. de peccatis suis. Vt adorarent dæmonia post pœnitentiam, & simulachra aurea, & argentea, & ęrea, & lapidea, & lignea, quæ scilicet simulachra, nec videre possunt, nec audire, neq; ambulare .i. aliquem actum exercere. Et non egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis, neque à veneficijs suis, nec a fornicatione sua, nec a furtis suis. Omnes enim inquam peribunt morte ęterna. Quamuis conatus diaboli non sit contra eos, quia mortui sunt iam morte prima. Et tangit hic Iohannes Paganos Idolis seruientes. Sed queritur. Quare potius determinatur de equis, q̃ de equitibus? Solutio. Quia quicquid facient dæmones, facient per malos prędicatores. Item quare ponit fornicationẽ in singulari numero, cum alia vitia ponat in plurali? Solutio. Ad notandum, quod plures pereunt per fornicationem, q̃ per cætera prædicta. Plus enim importat numerus singularis, q̃ pluralis, & sic dicitur nomen spei, quæ omnibus conuenit. Dæmonium interpretatur scientia. Vnde dęmonium aureum potest dici theologia, quę in splendore, et valore omnes scientias superat, sicut aurum cętera metalla. Aliæ enim scientiæ sunt ancillę, & ipsa est domina, sicut dicit Boetius in libro consolationum. Vnde de illis potest intelligi illud. Prouer. 8. Misit ancillas suas, vt vocarent arcẽ, idest ad theologicũ apicem, quo vix aut nunquam potest ascendi nisi per illas. Item dæmonium argenteum est legalis scientia, quę lucratur argentum, vnde lucratiua scientia appellatur. Item dæmonium est sermocinalis sciẽtia .i. logica, quę plus alijs resonat, immo etiam quasi mutę essent alię nisi ab ista reciperent sonum. Item dęmonium lapideũ, est naturalis scientia, quæ est immutabilis, nec nobis subiacet, vt dicit Agazel, & ideo dicitur lapidea. Item dæmonium ligneum est moralis scientia, quæ sicut lignum formari potest. Qui ergo istas scientias addiscunt, tantum vt sciãt, vel sciantur, vel certe vt ditent, vel ditentur, vel honorentur, nec alium finem ponunt in studio suo: proculdubio hi adorant dæmonia, vel argentea, &c. Et de his dicit Psal. corrupti sunt, & abhominabiles facti sunt in studijs suis. Beatus Bernardus. Quidam student, vt sciant: quidam vt sciantur, & vanitas est: & quidam vt ditentur, & cupiditas est: quidam vt ędificent, & charitas est: quidam vt ędificentur, & prudentia est. Baruch. 3. Vbi sunt principes gentium, idest Philosophi, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorũ, qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum eorum. Et respondet. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Itẽ simulachra possunt dici multi pręlati. Iuxta illud. Zac. 11. O pastor, & idoliũ, & derelinquens gregem. Dicuntur autem aurea per auaritiam, argentea propter apparentiam, ęrea propter impatientiam, lapidea propter duritiã, lignea, quia materia sunt ignis infernalis, qui sunt tales. Isa. 30. Pręparata est abheri Tophet rege, profunda, & dilatata. Nutrimẽta eius ignis, & ligna multa. Bar. 5. Cum sint lignea, & inaurata, & inargentata scietur postea, & falsata sunt à gentibus vniuersis, & regibus, quæ manifesta sunt, quia non sunt Dij .i. veri prælati, sed opera manuũ hominum. Hęc simulachra adorant, qui tales pręlatos adorant, honorant, et eis seruiunt, propter diuitias temporales, vel honores seculares. De quibus Psal. dicit. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Item, similes illis fiant, qui confidunt in eis.

C A P V T X.

ET *vidi alium angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt Sol, & pedes eius tanquam columnæ ignis, & habebat in manu sua libellũ aper*-

E *tum, & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrũ autem super terram, et clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset: locuta sunt septem tonitrua voces suas. Et cum locuta fuissent septẽ tonitrua voces suas, ego scripturus eram, & audiui vocem de cœlo dicentem mihi. Signa, quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere.*

ET *vidi alium*, &c. Decimum capitulũ est in quo agitur de consolatione fidelium tempore Antichristi, & diuiditur in tres partes, secundum tres consolationes, quæ hic ponuntur. Quarũ prima est de pœna malorum, quæ hic affirmatur. Secũda de promissione vitæ immutabilis, ibi. *Et angelus quem vidi.* Tertia de prænuntiatione futurorũ malorum, vt citius caueantur, ibi. *Et vocem quam audiui.* Et nota quod sicut Solutio quatuor angelorum iudicauit super violentiam po-

F tentiæ dæmonum, vt vitio equorum, & equitum nocumẽtum malitiæ: sic significatio tonitruorum, quæ ponitur in hoc capitulo, indicat subtractionem prędicationis, et sapiẽtiæ tempore Antichristi. Procedit autem Iohannes: hoc ordine. Primo cõmendans Christum, describit eũ à quatuor conditionibus. Secundo ipsius testimonium, pœnam malorum futuram ostendit ibi. *Et clamauit.* Tertio hoc idem probat testimonio prædicatorum idem prędicantium, ibi. *Ergo.* Dicit ergo. *Et vidi.* Coniunctio copulatiua. Nota quod hæc visio non est alia, à præcedente, sed illi quasi pars parti copulatur. *Alium angelum*, a prædictis .s. Christum, qui angelus est magni consilij. Isa. 9. Et Deus totius consolationis. 2. Cor. Qui dicitur alius .i. contrarius. Illi enim ad nocendum intendunt, iste ad saluandum. Illi sunt pura creatura, iste creator simul, & creatura. *Fortem.* Quia ipse est Dei virtus, vt dicitur. 1. Cor. 1. & Psal. Dominus fortis, & potẽs: sed fortitudinem suam ipse abscondit, in sanctam crucem. Abacuch. 3. Ibi abscondita est fortitudo eius, sed eam ma-

G nifestauit ibidem, quia mortem moriendo destruxit. Amplius autem eam manifestauit resurgendo. Sed plenissime manifestabit eam in futuro iudicio. Vnde Psal. Cognoscẽ dominus iudicia faciẽs. Iob. 9. Si fortitudo quęrit, robustissimus est? Ergo fortitudo Dei recipit comparationem? Verum est quantum ad manifestationem, vt dictum est. Fortis enim apparuit moriens, mortem superando, fortior à morte propria resurgendo, fortissimus dæmones omnes cum omni suo corpore mortaliter condemnando. *Descendentem de cœlo*, idest de incognitione, ad cognitionem, siue de inuisibilitate, ad visibilitatem, siue de occulto ad publicum, siue de patre ad mundum humiliter venientem. Iohan. 15. Exiui a patre, & veni in mundum. Psal. A summo cœlo egressio eius. Iohan. 6. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. *Amictum nube* .i. vestitum carne. Isa. 19. Ascendet dominus super nubem leuem, et ingredietur Aegyptum .i. mundum. 3. Reg. 8. Dixit dominus, vt habitaret in nebula, de qua venerunt salutifera. Vnde Eccle. 42. Medicina om-

H niũ in festinatione nebulę. Ergo nube amictus fuit in natiuitate, siue in incarnatione, quãdo veritas de terra orta est. sicut nubes ex aqua. 2. Reg. 7. Ecce in nebula parua, quasi vestigium hominis ascendebat de mari .i. Christus puer paruulus, nascebatur de Maria, hæc nubes in cruce leuata refrigerium dedit toti mundo, ardorem solis .i. iram Dei patris temperans. Psal. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Cant. 2. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi. Tunc de illa pluuia pluit dñs duplicẽ pluuiam .s. pluuiã sanguinis in redemptionem, & pluuiam in ablutionem. Io. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo, exiuit sanguis, & aqua, his duobus indigebat genus humanum. Quia venditum erat, indigebat redemptione, quia sordidum erat, indigebat ablutione. Hæc nubes dicitur leuis, quia ab omni onere peccati immunis est. Itẽ quia surrexit, & ascendit. Psal. Ascendit dominus super Cherubim, & volauit super pennas ventorum .i. velocius, & leuius ventis, *Et iris* .i. iritus reconciliandi, & propiciandi. *In*

capite

capite eius .i. in diuinitate, quę est caput humanitatis. 1. Cor. 11. Caput Christi Deus. Et bene dicitur. *Iris in capite*, quia nõ esset sufficiens redemptio, nisi Christus esset Deus. Vnde. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Vel *Iris in capite eius*, idest clementia, & pietas in intentione eius. Osee. 6. Misericordiam volo, & non sacrificium. *Et facies eius*, idest pręsentia humanitatis ipsius. *Erat sicut Sol*, illuminans & inflammans, mentes hominum, quas fumus putei caligauerat. Isa. 9. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iustitiæ. Hec est facies, quam ita desiderabant antiqui. Vnde Psal. Ostende nobis domine misericordiam tuam, et salui erimus. Exo. 33. Si inueni gratiam in conspectu tuo ostende mihi faciem tuam. Hester 15. Valde mirabilis es tu domine, & facies plena est gratiarum suarum. i. facies eius sicut Sol, in virtute sua. Item facies eius. i. diuinitas eius. *Erat sicut Sol*. i. fons omnis luminis, & caloris, quia ab ipso inquantum Deus est omne bonum. Iaco. 1. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum, de sursum est descendens a patre luminum. *Vel sicut Sol*, quia splendore suo reuerberat oculos humanos, vt in suo fronte non plene possit videri. 1. Thi. 6. Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Cant. 6. Auerte oculos, quia ipsi me auolare fecerunt. Item facies eius. i. sancti, in quibus lucet facies eius, idest imago, & similitudo ipsius. Iuxta quod dicitur in psal. Illumina super nos lumen vultus tui domine, & alibi. Illumina faciem tuam domine. *Erat sicut Sol*. i. fidei cognitione clari, & calore charitatis feruidi, & immutabiles, & infatigabiles in seruitio Christi. Eccl. 23. Homo sanctus in sapiẽtia manet sicut Sol. Nam stultus vt Luna mutatur. *Et pedes eius*. i. finales prædicatores per totum mundum ipsum portantes, non solum in corde per fidem, & in ore per confessionem, & prædicationem, sed etiam in corpore per sanctã conuersationem. 1. Cor. 6. Empti enim estis pretio magno glorificate, & portate dominum in corpore vestro. *Tanquã columnæ ignis*. i. plani per iustitiam, recti per charitatem, erecti per contemplationem, & desiderium æternorum, fortes per fidem, alios portantes per pietatem infirmorum sustinere. Gal. 2. Iacobus, & Cephas, & Iohannes, qui videbantur columnę esse. Nec dicit simpliciter. *Tanquam columnæ*, sed addidit. *Ignis*. Quia ipsi erunt ardentes in se per zelum: lucentes aliis per exemplum, & doctrinam. Iohan. 5. Ipse erat lucerna ardens, & lucens. Matth. 5. Vos estis lux mundi. de his pedibus dicitur Isa. 52. Quàm pulchri pedes annunciantis pacem, annunciantis bona, prædicantis salutem. *Et habebat in manu sua libellum apertum*. i. in potestate sua totam legẽ iam reseruatam. Ipse enim omnia, quæ in figuris de seipso in lege legebatur implendo aperuit, & prædicãdo per Apostolos manifestauit. Vnde Supra in 5. Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire, & soluere signacula eius. Ibi satis diximus de libro, & ideo hic transimus, & bene dicit, quod habebat in manu sua libellum, quia operatione legẽ adimpleuit. Vnde Matth. Non veni soluere legem: sed adimplere. Sed quia dixit supra, Librũ, nunc dicit, libellum, diminutiuo nomine vtens. Solutio, Ibi clausus ostenditur, quem superbia claudit. Hic autem liber apertus ostenditur, quẽ humilitas aperuit, quia per humilitatem venitur ad intelligentiam legis. Vnde Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorũ. i. in intellectum. Supra in quarto. Ecce dedi te in ostium apertum, quia modicam virtutem habes. i. humilitatem. *Et posuit pedem suum dextrum*, idest fortiores prædicatores. *Super mare*, idest super impios, et infideles plenos amaritudine peccatorum. Quia dominus ad maiores peccatores misit firmiores prædicatores. Verbi gratia Petrum, & Paulum ad Romanos, qui semper omnibus ferociores, & crudeliores fuerunt. Et quia Romę maxime vigebat ritus Gentilium, & cultus idolorum. *Sinistrum autem super terram*, idest minores prædicatores missi sunt ad minimos malos peccatores. Itẽ per mare, significatur Gentilitas amaritudine, infidelitatis, & idolatriæ. Per terram, significatur duritia, & auaritia Iudæorum, quæ frequenter fuit arata prophetia. Per pedem dextrum significatur vita æterna, per sinistrũ por-

A na ęterna. Vnde in iudicio boni ponentur à dextris iudicis, mali vero à sinistris, vt dicitur Matth. 25. Propter quod dicitur Prouerb. 4. Vias, quæ à dextris sunt, nouit dominus, peruersę vero sunt, quæ a sinistris sunt. Est ergo sensus. *Et posuit pedem suum dextrum super mare*, idest Gentilitatem illuminans ad fidem prædicando conuertit, & perduxit ad beatitudinem. Vnde Luc. 2. Lumen ad reuelationem gentium. Gen. 49. Ipse erit expectatio gentium. *Sinistrum autem super terram*, idest Iudæos, qui fuerunt terra culta per legem, & prophetas propter duritiam suam, & auaritiam excecari permisit ad æternam damnationem. Roma. 11. Cęcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret. Item pes dexter est amor Dei, qui debet omnem tribulationem, & aduersitatum amaritudinem conculcare, & ideo poni dicitur super mare. Vt sicut Christus pro amore nostro calcauit amaritudinem passionis, sicut ipse dicit Isa. 63. Torcular calcaui solus, et de gentibus nõ est vir mecum, sic nos pro amore ipsius calcemus omnem amaritudinem mundi

B etiam non timentes pro ipso mori si necesse fuerit. Vnde dicit beatus Bernardus. Audi luctam, sustinuit te dilectus, sustine, & tu dilectum, non illi vincent peccata tua, te quoque illius flagella non superent. Hoc pede quicquid tangimus nostrum facimus. Vnde Deu. 11. Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. Pes sinister est amor proximi, quo omnia terrena debemus calcare, quia amorem proximi debemus omnibus terrenis pręponere. Iuxta illud Leuit. 19. Diliges proximum tuũ, sicut te ipsum. i. citra Deũ, & super omnia terrena, & hoc exigit iustitia. Vnde Pro. 18. Qui negligit damnũ propter amicũ, iustus est. Ecclesia. 29. Perde pecuniam propter fratrem, & amicũ, & non abscondas sub lapide in perditionem. Ideo hunc pedem dicitur posuisse super terram, vt sicut ipse propter nos omnia terrena contempsit, & amorem nostrum toti mundo pręposuit, sic, & nos toti mundo amorem proximi præponamus, alioquin non habemus hunc pedem. 1. Iohan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessi

C tatem habere, & clauserit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo? quasi dicat. Nullo modo. Quia probatio dilectionis exhibitio est operis, & qui non habet hunc pedem, non habet dextrum. Quia qui non amat proximũ non amat Deum. Vnde. 1. Iohan. 4. Qui non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Quasi dicat. Nullo modo. Nota quod in hac serie verborum, quæ posita sunt, describitur, & cõmendat Christus à decem, quæ debet habere quilibet prælatus, & quilibet prædicator. Primum est obedientia, quia missus a patre impleuit, eius mandatum pro nobis moriendo. Vnde Iohan. 14. Et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Phil. 2. Factus obediens vsque ad mortem, &c. Hęc obedientia notatur per hoc, quod vocatur angelus. *Vidi inquit alium angelum &c*. Secundum est charitas siue amor, quod notatur per hoc, quod dicit, alium a prædictis, qui missi sunt in mundum, a principe suo ex odio implent obedientiam suam. Christus autem ex amore charitatis. Iohan. 15.

D Maiorem hac dilectionem, nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ephe. 1. Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, tradidit semetipsum. 1. Io. 3. In hoc apparuit gratia Dei. Tertia est patientia, quæ notatur per fortem. De qua Prouer. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Isa. 42. Silui, patiens fui, semper tacui, &c. Quartum est humilitas, quæ notatur per descendentem de cœlis. De qua Philip. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Ibi ponit Glo. quatuor gradus humilitatis dicens. O quanta humilitas Christi, humiliauit se vsque ad incarnationem, vsque ad mortalitatis humanę participationem, vsque ad diaboli tentationem, vsque ad populi irrisionem, vsque ad flagella, vsque ad alapas, vsque ad vincula, vsque ad sputa, vsque ad mortem, & si parum est hoc. Addẽdum est aliquid de genere mortis. Mortẽ autem crucis, quę erat ignominiosior. O pellis morticina quid tenderis, o sanies feda quid inflaris, princeps tuus humilis, & tu superbus, caput humile,

& mem-

& membrum superbū. Absit ecce habemus humilitatis exemplum, superbiæ medicamentum. Quintum est misericordia, quæ per amictū nubis notatur. Vnde Eccle. 23. Tronus meus in columna nubis. Sextum est iustitia, quæ notatur per iridem capitis, de qua Psal. Iustitia ante eū ambulabit, & ponet in via gressus suos. Sed annexa erit iustitiæ eius misericordia, quod significat ceruleus color iridis, qui coniungitur igneo. Vnde psal. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi iustitia, & pax osculate sunt. Septimum est patientia, quæ notatur ibi. *Et facies eius sicut Sol.* Eccle. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius. Eccle. 27. Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol. Octauum est rectitudo affectionum, quæ notatur ibi. *Et pedes eius sicut columna ignis.* De qua psal. Dulcis, & rectus dominus, & propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Nonum est perfecta doctrina, quia ostendit opere, quod prædicauit ore, & hoc notatur ibi. *Et habebat in manu sua libellum.* De quo dicitur Actu. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Luc. vlt. Qui fuit vir potens in opere, & sermone. Decimum est discretio prædicationis, quæ notatur ibi. *Et posuit pedem suum*, quia aliter, & alia prædicauit duris, & rebellibus Iudæis, aliter, & alia gentibus obedientibus, Gentibus blande loquebaē, Iudæis autem dure, & acriter comminabatur. Matth. 24. Væ vobis Scribę, & Pharisęi, & ponit octo, quę omnia comminātur Iudęis, sic prædicator alios increpando debet prædicare veritatem. 2. Thi. 4. Argue, obsecra, increpa. Sequitur. *Et clamauit.* Hic ostendit testimonio Christi, & suorum prędicatorum pœnam malorum futuram, in consolationem bonorum, qui & si ad modicum puniantur modo, postea coronabuntur in gloria, & econuerso puniniones eorum, & si modo sunt in gloria punientur post modum in Gehēna. Iuxta quod dicitur. Iohā. 17. Plorabitis, & flebitis vos, mūdus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Dicit ergo. *Et clamauit angelus* .s. Iesus Christus. *Voce magna* .i. prędicatione magna. *Promittente* .s. regnum cœlorum. *Et magnas comminationes* .s. pœnas inferni. Ideo dicitur prędicatio vox magna. De primo dicitur Matth. 4. Cœpit Iesus prędicare, & docere. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. De secunda Matt. 23. Væ vobis Scribę, & Pharisæi. i. ęterna dānatio. Matth. 11. vobis. Deinde determinat modum clamoris. *Quemadmodum cum leo rugit* .i. Audacter, & terribiliter. Vnde Glo. Vox leonis ostendit eius virtutem, & infert terrorē, cum leo cauda circa syluam sulcum fecerit, nulla bestiarū audet exire. Ita Christus fide concludens rugit, vt aliquis exeat. Osee 11. Quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Legitur autem triplex clamor Christi. Primum fecit Iesus in templo docens psal. Laboraui clamans rauce factę sunt fauces mee. Secundus fuit in cruce. Matth. Clamauit Iesus voce magna dicens. Eli, Eli, &c. Item in terra Iesus iterum clamans voce magna emisit spiritum. Hebr. 5. Cum clamore valido, & lachrymis offerēs exauditus est pro sua reuerentia. Tertius clamor erit in iudicio. De quo Isa. 42. Vociferabitur, & clamabit super inimicos suos. Prouer. 20. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis, qui prouocat eum peccat in animam suā. Quarto autem legitur clamasse in Lazari suscitatione. Iohan. 11. Cū hæc dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras. Sequitur. *Et cum clamasset* .i. cum pœnam malorum futuram insinuasset, & bonorum remunerationem. *Locuta sunt septem tonitrua* .i. vniuersi prædicatores, septiformi gratia spiritus sancti repleti. *Voces suas* .i. tempori, & negocio eorum congruas. Item voces suas ab eos receptas. Nihil enim prędicabunt nisi quod ab eo audierunt. Matth. 10. Quod in aure audistis, prędicate super tecta. Sed quęritur quare dicat Christum clamare, & prædicatores loqui. Solutio. Eius est comminari, cuius est punire. Ideo dicitur Christus clamare comminando, quia est eius punire. Prædicatorū autem est cum modestia populum exhortare, & ideo dicunē loqui. Item Supra. 5. Signantur prædicatores, per angelos habentes tubas, hic autem per tonitrua. Quare hoc est. Quia ibi hortabantur ad bellū, quod est vsus tubarū. Hic

E agitur de pœna malorum, quā prædicatores comminando annunciant, & ideo tonitrua voces suas. i. cum prædicatores annunciantes malorum pœnam futuram, vt à malo cessarent, & bonorum remunerationem, vt amplius ferventes in bono perseuerarent. *Et ego scripturus eram* .i. paratus scribere audita, vt alijs nunciarem. *Et audiui* .i. intellexi *vocem de cœlo* .i. inspirationem a Deo missam, vel admonitionem angelicam Antichristi, qui volent prædicare, sed prohibebuntur, ne sanctum dent canibus, & margaritas spargant ante porcos. *Signa* .i. claude, & ne reueles, quę locuta sunt septem tonitrua. i. omnes prædicatores. *Et noli ea scribere* .i. infidelibus manifestare, in quibus non habent locum, quia in eis non capit sermo. Tunc enim erit tempus cum sanam doctrinam non recipient, sed coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus. Vt dicitur. 2. Thi. 4. Tob. 12. Sacramentū regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est.

F *Et angelus quem vidi stantem super mare, & super terrā, leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cœlum, & ea, quæ in eo sunt, & terram, & ea, quæ in ea sunt, & mare, & ea, quæ in eo sunt. Quòd tempus non erit amplius, sed in diebus vocis septem angeli, cū cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas.*

Et angelus. Hic incipit secūda pars huius Capituli, in qua datur secunda consolatio, de promissione vitæ, & commutabili facta a Christo, quam per se, & per partem confirmat. Vnde dicit. *Et angelum quem vidi stantem supra mare*, quo ad pedem dextrum. *Et super terram*, quo ad pedem sinistrum. *Leuauit manum suam ad cœlum* .i. modum, & gestum iurantis accepit. *Et iurauit per viuentem in secula seculorum* .i. firmiter statuit, & veraciter affirmauit contra hęreticos. Qui dicunt, quod

G non licet iurare. Et ostendit, quod ille per quod iuratur potens est promissa implere dicens. *Qui creauit* .i. de nihilo fecit cœlum empireum .s. *Et ea, quæ in eo sunt* .i. angelos simul cū cœlo creauit. Vnde Beda. Hoc superius cœlum, quod a volubilitate mundi secretum est, mox vt creatum est, angelis impletum est, quos in principio cum cęlo conditos testatur dominus dicens. Vbi eras cum me laudarent astra matutina? Iob. 39. Item cœlum sidereum. *Et ea, quæ in eo sunt*, idest stellas. Item cœlum aereum, & ea, quæ in eo sunt. s. volucres, & terram, & ea, quæ in ea sunt. i. animalia gressibilia, & reptilia tam mina, quám immitia. Item *Terram*, idest Ecclesiam. *Et ea, quæ in ea sunt* .i. distinctiones personarum, dona gratiarum, distributiones officiorum, bona temporalia, & quę data sunt Ecclesię ad sustentationem bonorum. *Et mare*, quamlibet aquarum congregationem. *Et ea, quæ in eo sunt* .i. pisces. Item *Mare* .i. tribulationum amaritudinem. *Et ea, quæ in eo sunt* .i. tribulationum vtilitates. Et ex hac litera conuincitur Manichęus, qui dicit tantum inuisi-

H bilia creata a malo Deo. i. a Diabolo. Item, qui creauit cęlum. s. spiritum humanum, & ea, quæ in eo sunt. i. sensus, & membra. *Et mare* .i. seculum, vbi maior minorē deuorat, et sicut in mare maior piscis minorē deuorat. Vnde Abacuch 1. Facies hominis sicut pisces maris. *Et ea, quæ in eo sunt* .i. homines, & iumenta, & omnia alia quibus vita hominū sustentatur. Deinde ostenso qualis est per quæ iurauit angelus. i. Christus, qui iurauit dicens. Quia tempus non erit amplius. Contra psal. Et erit tempus eorum in secula. Solutio. Tempus duobus modis accipitur, vno modo prout est mensura motus primi mobilis, sic non erit, quia stabit firmamentum, & Sol, & Luna, & cæteri Planetæ, & Stellę omnes. Vnde Abacuch. 3. Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo. i. stabunt in loco, in quo creata fuerunt in principio. Secundo modo dicitur tempus, prout est mora motus rerum mutabilium, sic erit tempus, quo ad malos in inferno, vbi transibunt ab aquis niuium, ad calorē nimiū. Vt dicitur Iob. 24. Verbum ergo possibile intelligitur de

statu

statu malorum in inferno, quod vero dicitur hic, intelligitur (A) de statu bonorũ in cœlo, vbi erunt omnia in statu. Vnde Roma. 8. Creatura vanitati subiecta est .i. immutabilitati, sed liberabitur a seruitute corruptionis in libertate gloriæ filiorũ Dei. Triplex ergo est vanitas a qua liberabitur creatura. Prima est mortalitatis, & hæc est in homine. Secunda mutabilitatis, & hęc est in his, quæ facta sunt propter hominẽ. Tertia est curiositatis, & hæc est in his, quę sunt ab homine. Et quia homo omnium causa est, & omnes habet in se, ideo dicitur in Psal. Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Quid ergo iurauit angelus. s. quod non erit tempus amplius, intelligitur. i. rerum vicissitudo, siue vanitas, & successio gaudiorum, & tribulationum, quasi dicat Angelus fidelibus, qui tunc erunt. Estote patientes modicum tempus, quoniam tanta hac horaria persecutione, nihil amplius tribulationis, & varietatis patiemini. Neque etiam illud durabit multum. Sed in diebus vocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere. i. diebus vltimorum prædicatorum post tempus Antichristi cũ ipsi cœperint prædicare. i. (B) ipso initio prædicationis eorum. *Consummabitur mysterium Dei*, idest implebitur promissio Dei, super remuneratione sanctorum, qui modo tribulationibus præmuniur, quæ dicitur mysterium. Quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. 1. Cor. 2. Psal. Magna multitudo dulcedinis tuę domine, quam abscondisti timentibus te, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas, quorũ intentio fuit de aduentu domini, & consummatione seculi prophetare. Quando bonis pręmium, malis pœnam reddet Deus. Per hoc enim, & bonos ad pœnitentiam, & malos retrahebant á peccans. Iere. 23. In nouissimo dierum intelligetis ea.

Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, et dicentem. Vade, & accipe librum apertum de manu angeli stantis super mare, et super terram. Et abij ad angelum, dicens ei, vt daret mihi librum. Et dixit mihi. Accipe librum, & deuora illum. Et faciet amaricari ventrẽ tuum, (C) sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum; et erat in ore meo tanquã mel, dulce, & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus, & dixit mihi. Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

Et audiui vocem Tertia pars Capituli, in qua datur fidelibus tertia cõsolatio, quę est de eo, quod Iohanni pcipitur, vt ea quæ vidit nunciet, vt sic ex prouisione habeatur cõsolatio, et cautela in futuris persecutionibus. Mala enim, quę videntur minus lædunt. In hac enim parte duo dicuntur Iohanni. Primo vt accipiat librum. Secundo, vt prædicet gentib⁹: postea ostenditur ei modus prædicandi. Infra 11. Cap. Dicit ergo. *Et vocem quam audiui* .i. angelicam admonitionem, vel diuinam inspirationem. *Iterum de cælo* .i. de secreto, & in occulto cordis interius. *Loquentẽ mecum* .i. mihi desideranti. (D) Vnde quia desiderium cordis est locutio, qua anima loquitur Deo, & Iohannes desiderabat scire hæc, ideo dicitur. *Loquentem mecum*, & non mihi. *Et dicentem* .i. præcipientem. *Vade*, passibus mentis, *Et accipe librum apertum* .i. euangelij prædicationem, quod in veteri lege clausum est, & signatum ipse Christus aperuit, nascendo, moriendo, & resurgendo, ascendendo. *De manu angeli* .i. de potestate Christi, stantis super mare, & super terram .i. parati iuuare Gentiles, & Iudæos accedentes ad se. Sed quomodo dicitur Iohãni, quod accipiat librum, qui iam dudum ipsum acceperat, quando sibi, & alijs discipulis Christus dedit officiũ prædicandi, & aperuit sensum, vt intelligerent scripturas. Solutio. Hoc dicitur Iohanni in persona futurorum prædicatorum, qui non acceperant officium prædicandi, sed accepturi erant. Item dicitur quod vadat in diocesim suam, vt accipiat librum apertum sibi, vt resumat prædicationis officiũ, quod intermiserat propter exilium, in quo erat. Vnde prædicitur (A) ei reditus de exilio, & libera potestas prędicandi, ea quæ sibi ostensa fuerunt. s. graues tribulationes, quas patientur sancti tempore Antichristi, & eorum remunerationem, & hoc ad consolationem præsentium, vt illis auditis non reputent magna, quæ paciantur, & cum illa venerint sapientius sustineantur, vel potius caueantur. Item sic. *Et vocem*, idest angelica reuelatio. *Quam audiui*, aure cord. s. Item. *De cælo loquentem mecum* .i. de Ecclesia, vel de vtilitate Ecclesiæ, & dicentem, idest prædicantem. *Vade* .i. vades, vel vade ex præcepto. *Et accipe librum de manu angeli* .i. prædica, manifesta omnia mysteria legis adimpleta iam operatione domini nostri Iesu Christi, stantis supra mare, & super terrã. i. qui superauit omnes passiones, amaritudines, & mundi cupiditates, & regnat immobilis, & impassibilis in cœlo. Stare enim dicitur Christus post resurrectionem, quando factus est immutabilis, & impassibilis. Vnde. Iohan. 20. Dicitur stare Iesus in littore, & discipuli maris fluctibus laborabãt. Et nota quod illud quod Iohannes dicit. Vox de cœlo di- (B) cit cuilibet clerico: licet pauci audiant. s. se audiuisse ostendant. Vnde contra. Quæritur quare dominus per Isa. 42. Quis cæcus nisi seruus meus, & quis surdus ad quem misi nuntios meos? i. Clericus, cui fit vox primum, & iterũ & frequenter. s. in lectione, & in prædicatione, in disputatione in secreta meditatione. Vel primo fit inuitando ad fidem. Secundo inuitando ad operationẽ. Et quid dicit vox? *Vade, & accipe librum apertũ de manu Angeli, stantis supra mare, & super terram.* Liber est vita Christi, in quo sunt tot litere quot virtutes. Humilitas enim eius vna litera est, patientia alia, benignitas alia, & sic de alijs. Quas literas ipse met suscepit in se. Vnde Iob. 31. librum scribat ipse, qui iudicat. i. filius, cui pater dedit omne iudicium, vt dicitur Iohan. 5. Sed postea in hoc libro scripserunt homines, & alias literas satis legibiles nimio sanguine rubricatas. s. vulnera pedũ, & manuũ, & lateris, & sulcos virgarum totius flagellati. Vnde Isa. 8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo cum stilo hominis. i. lancea Pilati, & clauis Iudæorum, vtręque literę valde (C) legibiles sunt. Nemo enim potest se excusare quod non potuerit legere in libro. Vnde Abacuch. Scribe librum, & explana illum super tabulas, vt percurrat, qui legerit. Ad exemplar huius libri, debet quilibet scribere suum, quod qui non fecerit iudicabitur de falso. Ipse enim dicturus est nobis, ostẽdite mihi numisma census. Quo ostenso quæret cuius imago, & super scriptio, væ illis, qui dicent Cæsaris, nam sententiando concludet consequenter. Reddite ergo, quę sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo. Nec poterit, quis decipere iudicem, quia liber exẽplaris in iudicio apertus omnibus apparebit, vt videant omnes falsitatem librorum suorum, & etiam aliorum. Vnde infra 20. Libri aperti sunt, & alius liber, qui est vitæ apert⁹ est, & iudicati sunt mortui, ex his, quæ scripta erant in libris. Itẽ liber est lex diuina, siue scriptura sacra. De qua dicitur in psal. In capite libri scriptum est de me. i. in principio scripturæ, ibi. s. In principio creauit Deus cœlum, & terram. Hunc librũ debent habere magistri legis diuinę, in corde per intelligen- (D) tiam, in opere per efficaciam, et tãdem in ore per doctrinã: Sic habuit, qui dicit Roma. 15. Non audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non effecit Christus. Ideo Eze. 3. Missus est liber in manu, vt ipse doctor, aut prædicator legem faciat priusquam doceat, & sic auditores librum accipiant non solum de ore, sed etiam de manu. Vnde non solum a lingua, sed magis á vita, procedat doctrina necesse est. Dupliciter enim accipiendus est liber a doctore. s. de manu, & de ore. De primo dicitur hic Iohanni. *Vade, & accipe librum de manu angeli* .i. boni magistri, vel prædicatoris, qui est nuncius Dei. De secundo dicitur. Mal. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem, ex ore eius requirent, quoniam angelus domini exercituum est. Sed quoniam exempla efficacius mouent quàm verba, & quia multi librum in ore, pauci in manu habent, ideo dicitur hic. *Accipe librum de manu angeli* .i. exemplum tene boni magistri, qui facit quod docet. E conuerso, Matth. 23. Super cathedram Moysi, &c. Quæcũque dixerint vobis facite, secundum autem opera

corum

eorum facere nolite, quaſi dicat dominus. Accipite librum de ore eorum non de manu, ſed de bono doctore. *Stantis ſuper mare, & ſuper terram* .i. ſuperantis aduerſa, & proſpera mũdi huius. Talis enim doctor, nõ emolliet, neq; mirabitur exponendo ſcripturam, ſed nudam dicet veritatem, & talis quærendus eſſet magiſter, & talis credendus eſſet. Sed heu talis magiſter non quęritur, & ſi eſſet aliquis talis non audiretur, quia non dicit placentia. Iſa. 30. Erit in die nouiſsimo teſtamentum vſque in æternum, populus enim ad iracundiam prouocans eſt: filiiq; mendaces: filii volentes audire verbum Dei, qui dicunt videntibus nolite videre, & aſpicientibus nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt, loquimini nobis verba placentia. Videte, vobis errores, auferte à me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet a facie noſtra ſanctus Iſrael. i. doctor docens veritatem. Hoc conſonat apoſtolis. 2. Tim. 4. Erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & a veritate quidem auditũ auertent, ad fabulas autem conuertentur. Sequitur. Et abii. i. mundanis renunciaui, & terrenis curis me expoliaui, ſtatim tanquam vere obediens. *Ad angelum* .i. ad Chriſtum, ad quem aliter non itur. Vnde Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem. i. mundum, & matrem ſuam. i. concupiſcentias, & vxorem ſuam. i. ſecularem ſapientiam, & filios & fratres. i. totam parentelam, adhuc autem, & animam, ſuam. i. vitam carnalem, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Dicit enim Glo. quod verbo, & opere, vt daret ei gratis nõ venderet meritis, mihi audienti, & poſtulanti librum, id eſt libri intelligentiam. Ex libro iſto patet quod ore, & obedientia debet quęri ſapientia. Vnde Iaco. 1. Siquis indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat. Eccl. 1. Fili concupiſcens ſapientiam, ſerua iuſtitiam, & Deus præbebit eam tibi. Loquitur autem Iohannes hic in perſona prædicatorum, qui erunt in vltimis temporibus, qui forſitam non habebunt doctores veritatis, niſi euangelium. i. Chriſtum, qui eos docebit per ſpiritum ſanctum. Et dixit. *Mihi oranti, & dicenti,* obedienti. *Accipe librum* .i. legis intelligentiam, & prędicandi officium. Hic dicit Gloſa. Deus ſi quem inuenit paratum, quod neceſſarium ſponte offert, inter alia, quæ præparauit, animã ad ſuſcipiendam intelligentiam, ſapientiæ diuinæ, eſt humilitas. Iaco. 2. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam ſuam. Pſal. Inter medium montium pertranſibunt aquæ. Item Pſal. Valles abundabunt frumento. i. humiles intellectu diuino. Prouer. 12. Vbi humilitas ibi ſapientia. *Et deuora illum* .i. audi. *Et feſtinanter comede illum.* Non dicit maſtica illum, exponendo, & prædicando aliis, ſed deuora includendo in corde, & memoriter retinendo. Quia myſteria Chriſti, & Eccleſiæ, non tunc erunt prædicanda, ſed tamen a bonis, ne pereant erunt colligenda. Sicut dicitur Io. 6. Colligite fragmenta ne pereant. *Et faciet amaricari ventrem tuum* .i. mentem tuam, & hoc dicit, quia veritatem oportebit tunc in corde cęlare, quod facient cũ magno dolore, & amaritudine, quia libentius prædicarent, ſi haberent auditores. *Sed in ore tuo erit dulce tanquam mel,* quaſi dicat. Amarum erit prędicatoribus illius temporis facere veritatem, quam habent in corde clauſam, ſed dulce erit ſi poſſent eam aliis ore prædicare. Sed reuera ſignatur liber tunc, quia auferetẽ prædicatio omnino, & doctrina veritatis. Vnde ſupra eodem dixit angelus. Io. 1. Chriſtus vltimis prædicatoribus. *Signa, quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua.* Et Dan. 12. Dixit alius angelus. Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum, hoc eſt vſque ad mortem Antichriſti, quando licebit libere prædicare, ſed ipſo viuente non audientur, neq; poſſent ſi velint, quia non permittent. Item *accipe librum*: intelligendo. *Et deuora illum,* operando. *Et faciet amaricari ventrem tuum* .i. ſenſualitatem tuam, quę mollis eſt, & fragilis. Scriptura difficilis eſt ad intelligendum, maxime fragilibus, ſed tamen facilis, & dulcis ad prædicandum. Magnus labor eſt in ſtudio legis, & maior in exercitio operis, ſed quædam recreatio eſt prędicatio ſermonis. Vnde pſal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper

E mel ori meo. Vnde & hic ſequitur. Sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. i. illud quod cum amaritudine intellexiſti ſtudendo: & operando cum iocunditate, & dulcedine dices prædicando, ergo qui non laborant ſtudendo, & operãdo, non ſentiunt aliquam deuotionem, vel ſuauitatem legẽdo, & prædicando, & ideo tales nec libenter legunt, nec libenter prędicant, quia nullam ſentiunt deuotionem. Illi autem, qui forti animo laborant ſtudendo, & operãdo, quãdo legunt, vel prędicant ſentiunt aliquam deuotionem, ex his, quę reficiuntur in ipſa locutione, vel prædicatione, propter quod etiam libentius prędicant, & legunt, & minus grauantur legendo, & prędicando. Iob. 3. Antequam comedam. i. reficiar per deuotionem ſuſpiro. ſ. in ſtudio, & operatione. Sequitur. *Et accepi librum* .i. ſcripturę intellectum, et prędicandi officium. *De manu angeli* .i. ex dono, & opere filii Dei, non ex meo merito, vel ſtudio. *Et deuoraui illum* .i. memorię tradẽs, & opere adimplẽs. *Et erat in ore meo tanquam mel dulce* .i. in prædicatione. *Et cum deuoraſſem eum* .i. memorię co-

F mendaſſem, & opere adimpleſſem. i. hoc dupilici modo mihi incorporaſſem. *Amaricatus eſt vẽter meus.* i. ſenſualitas mea, in ipſa. ſ. deuoratione. i. in ſtudio, & operatione. Iere. 4. Ventrẽ meũ doleo, ventrẽ meũ doleo, ſenſus cordis mei turbati ſunt in me. Item accepto, & deuorato libro, dicit Iohãnes, amaricatum eſſe ventrem ſuum, quia intellectis malis, quę paſſuri erãt ſancti temporibus vltimis, ex paſsione doluit. Et hęc mala oſtenſa fuerunt Iohanni, vt ea præſentibus prędicaret ad eorum conſolationem. Nam iſta mala: quę modo patitur Eccleſia, vel paſſa eſt temporibus Iohannis, modica ſunt reſpectu eorum, quæ patietur tempore Antichriſti. Et vt cautior reddatur Eccleſia: cõtra mala futura. Ideo ſequitur. *Et dixit mihi angelus* .ſ. oportet te iterum, poſt quam exieris de exilio prophetare. i. futura mala, quę præuidiſti, prędicare popolis, & gentibus, & linguis. i. diuerſis nationibus, & regibus multis: ſed quæritur, quibus, quia non legitur, quod Iohannes poſt reditũ ab exilio exierit de Aſia. Dicimus quod ſi non verbo, tamen ſcriptura pluribus regi-

G bus prædicauit, & adhuc hodie prædicare non ceſſat, quia quæcũque ab eo ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Roma. 15. Item hoc dicitur de prædicatoribus vltimis, quos oportebit iterum prædicare, mortuo. ſ. Antichriſto. Vnde ſenſus eſt. *Et dixit mihi* .i. prædicatoribus vltimis, quorum perſonam gerebat Iohannes. *Oportet te* .i. eos mortuo Antichriſto. ſ. prophetare. i. libere prædicare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis, qui erunt tũc quibus dabitur ſpacium ad pœnitentiam agendam, vt dictum eſt ſupra quadraginta dierum.

CAPVT XI.

ET datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictum eſt mihi. Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Atriũ autem quod eſt intra templum, eyce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum eſt gentibus, & ciuitatem ſanctam

H *calcabunt menſibus quadragintaduobus.*

E*T datus eſt mihi calamus.* In primo oſtenditur auctoritas, & modus prędicandi. Nam in fine pręcedentis Capituli fuit promiſſa Iohanni libertas redeundi ab exilio. Facultas pdicandi, & ideo in principio huius Capituli bene oſtẽditur modus, & auctoritas pdicandi. In ſecunda ponitur pdicatio, mors, & reſurrectio Elię, quę eſt quarta conſolatio Eccleſię, vt diximus in principio Capituli pcedentis, & hęc pars incipit ibi. *Et dabo duobus.* In tertia agitur de tubicinio ſeptimi angeli, vbi terminatur tertia viſio, et hęc pars incipit ibi. *Septimus angelus.* Dicit ergo Iohannes. *Et datus eſt mihi calamus.* i. libertas pdicandi, quę calamo ſcribitur, vel calamus. i. ſcientia ſcripturę, lingua, ſiue eloquentia ad pdicandum ipſam ſcientiam. Iſa. 50. Dominus dabit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. Eccle. 51. Dedit mihi dominus linguam, &c. Et ſimilis

virgæ

virgæ per quam significatur regia Maiestas, quasi dicat Iohannes. Ex auctoritate iubentis accepi libertatem prædicationis, quasi dicat. Non ex mea voluntate: sed Christi auctoritate prædicandi accepi libertatem, hic dicit contra illos, qui non missi a Deo prædicabant. Contra quos dicitur Rom. 9. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? & Ier. 23. Non mittebam eos, & ipsi currebant. Prædicatio autem scripturæ dicitur calamus, quia sicut calamo scribitur sic fides, & cæteræ virtutes ministris, prædicationes auditorum cordibus inserentur. Vnde Ro. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Deu. 30. Dabo legem meam in visceribus eorum, & scribam eam. Virgæ vero dicitur similis, quia regit homines, sicut virga pastoris oues. Vnde psal. Virga directionis, virga regni tui. Item quia flagellando castigat. Prou. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Item quia virga flexibilis est in omnem partem, sic & scripturæ prædicatio catholicam exquirit expositionem. 2. Thi. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguēdū, ad corripiendum, ad erudiendum, in iustitia, vt perfectus sit homo Dei. Item virga recta, & rectos facit credentes. Prouer. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum, recti sunt intelligentib⁹, & æqui inuenientibus scientiam. De hoc calamo dixit Psal. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Scriba est spiritus sanctus. Matth. 10. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Sicut ergo non laudatur calamus de bona litera, sed scriptor, ita non debet laudari de prædicatione bona prædicator, sed spiritus sanctus. Vnde beatus Bernardus. De bona scriptura laudatur manus, non calamus, sic de bona scientia laudatur non prædicator, sed spiritus sanctus. *Et dictum est mihi ab angelo: surge*, de lectulo pigritiæ. Prouer. 6. Vsque quo piger dormis, quando cōsurges ex somno tuo, vel surge. i. a morte erige. Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. i. a terrenis, quæ mortua sunt, & illuminabit te Christus, sicut Sol electos, & conuersos ad se illuminat, non conuersos ad terram. *Et metire templum, & altare, & adorantes in eo*. i. omnibus secundum eorum capacitatem, prædica maiora maioribus, sicut Apostolus. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et minoribus minora. 1. Cor. 3. Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquā paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escā. Per templum Dei signatur Ecclesia cōmuniter. i. fidelium congregatio. 1. Cor. 3. templum Dei sanctum est, quod estis vos. Per altare signantur pœnitentes, qui die, ac nocte vigiles in ieiunijs, & disciplinis, & alijs spiritualibus, exercitijsque macerant, & mortificant carnem suam, in sacrificiū Deo, iuxta illud Roma. 12. Obsecro vos per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra Deo hostiam viuam, sanctam, & beneplacentem. Viuam fide, sanctam spe, Beneplacentem charitate. Per adorantes in templo signantur viri spirituales, qui magis orationi, & contēplationi intendunt. De quibus Iohan. 4. Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. Nam & ipse pater tales quærit, qui adorent eum, spiritus est De⁹ & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Item per templum quod totum erat auro tectum interius, & immobile, signatur Ecclesia triumphans, vbi splendet, & lucet aperta Dei bonitas, & sapiētia, & immobilis perseuerat. Vnde Isa. 33. Respice Sion ciuitatem, solemnitatis vestræ, oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquā transferri potest, nec auferentur claui eius in sempiternum. Et de hoc templo dicit psal. In templo eius omnes dicent gloriam. Quid enim ibi dicitur, erit gloria dicentis. Per altare significatur Christus, super quod offeruntur Deo patri omnes oblationes Ecclesiæ. De quo Exo. Altare de terra facietis mihi. i. Christum de Virgine nasciturum, secundum carnē credetis per me. Per adoratores signantur omnes fideles, & valde eleganter ponuntur altaria inter templum, & adorantes, quia per Christum coniungitur militans Ecclesia,

A triumphanti, & triumphans militanti. Vnde & mediator dicitur. 1. Thi. 2. Mensura templi est bonorum operum contemplatio, quæ sunt in Ecclesia triumphante. Quæ mensura extenditur a summo cœli, vsque ad profundum inferni, et in circuitu vndique, quia quocūque te vertas inuenies gloriam. De qua mensura dicitur Luc. 6. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum, bonam, quia de re bona, confertā, quia profundam, Coagitatam. i. dilatatam, supereffluentē, quia altam, Mensura altaris est fides, qua credendū est de Christo, quod est verus Deus, & verus homo. Vnde Sap. 8. Attingit a fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Prouer. vlti. Mulierem fortem quis inueniet, procul, et de vltimis finibus precium eius. Primus finis Deus est, vltimus finis homo, Christus est Deus, & homo. De hac mensura dicitur Roma. 12. Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Mensuram adorantium, est a Solis Ortu, & Occasu, ab Aquilone, & mari, quia ex omnibus gentibus

B hominum constat Ecclesia, & ipsa se extendit ad quatuor partes mundi. Vnde Eze. 37. A quatuor ventis veni spirit⁹ & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Dicitur ergo Iohanni. i. cuilibet prædicatori. *surge*. i. soporem tolle, vel. *surge*. i. mentem ad cœlestia erige. *Et metire templum Dei*. i. contemplare gaudia cœli, vt alijs dicas, sicut exploratores, qui post explorationem, vt alios incitarent ad amorem terræ, attulerunt inde vuam, ficum, & malogranatum. Num. 14. Per vuam intelligitur lætitia diuinæ visionis, per ficum dulcedo dilectionis, per malogranatum securitas habitationis, quia sub cortice quasi in securitate sunt concorditer grana ordinata sicut sancti in cœlo. Vnde Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in habitaculis fiduciæ, in requie opulenta. De qua securitate dicit Salomon. Pro. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. *Et altare metire*, supple, idest Christum verum Deum, & verum hominem crede, & hoc alijs prædicare stude. *Et adorantes in eo metire*. i. numerum, & multitudinem fidelium. Attende quia non ex vna

C gente tantum congregata est Ecclesia, immo ex omni gente sine personarum acceptione. Vnde & omnibus annuncianda est mensura templi, & altaris. i. gloria cœli, & fides Christi. Vnde Eze. 40. dicitur. Ecce vbi erat species æris, & funiculus lineus, in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius, stabat autem in porta, & locutus est mihi in die victoriæ. Fili hominis uide oculis tuis, & auribus tuis, audi, et pone cor tuum in omnia, quæ ego ostendam tibi, quia vt ostendantur tibi adductus sum huc. Iste vir est prædicator qui debet vigere virtutibus, & ad modū æris sonare in prædicatione, et dilatari in tribulatione. Funiculus lineus est castitas, quam debet habere, non solum in ore, sed in opere. Calamus mensuræ est prædicationis discretio, qua mensurat vnūquēque secundum capacitatem eius, quam recte portat in manu, quia quod dicit prędicator ore, debet opere demonstrare. Sed quare Supra. 9. Dicitur de Ecclesia malignantium quod fuit numerata, Ibi. *Et numerus equestris exercitus*. Hic autem dicitur de Ecclesia fidelium, quod sit mensurata. Vnde hic Solutio. Numerus dicit diuisionem. Men-

D sura vero continuitatem, quia ergo mali diuisi sunt ab inuicem, & a Christo. Ideo recte dicitur eorum Ecclesia numerata. Sed quia boni coniuncti sunt adinuicem, & continui ad inuicem, & cum Christo glutino charitatis coniuncti. Ideo recte dicitur eorum Ecclesia mensurata. Sequitur. *Atrium autem quod est foris templum*. i. falsos Christianos, qui sunt extra Ecclesiā numerato, & sine numero, numero licet non nomine. *Ecce foras*. Glo. 1. Excōmunicādo ostende esse foras. Et est argumentū quod pro quolibet peccato mortali episcop⁹ potest excōmunicare subditos suos, quod cōcedimus si post legitimam admonitionem noluerunt dimittere peccatum suum. Vnde Thi. 3. Hæreticum post vnam, & secundam correctionem deuita. Item *Ecce foras*. i. prædic eiiciendo in futuro cum diabolo. Vnde Infra vlti. Foris canes, &c. Matth. 8. Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cū Abraham, Isaac, & Iacob, & omnib⁹ prophetis in regno Dei, vos expellemini foras, & venient ab Oriente, &

Occidente,

Occidente:ab Aquilone,& Austro,& accumbent in regno Dei. Hæc est mensura,de qua supra diximus,qua mensurãtur omnes adorantes in templo,Matth.13.Elegerunt bonos in vasa sua:malos autem foras miserunt. Hoc signatũ fuit in eiectione Adam de Paradiso.Gen.3. Et in eiectione Agar,& Hismael.Gen.21.Vnde Paulus Gal.3. Eice ancillã & filium eius,non enim erit hęres filius ancille cum filio liberę. Bene autem per Atrium signantur mali Christiani, quia & si per baptismum sint sanctificati, tamen sunt intus pleni peccatis,sicut atrium in terra sancta est, & tamen ibi reponuntur cadauera mortuorum. Item Atrium adhęret Ecclesię,quia tamen informis est,propter peccatũ manet extra. Sequitur. *Et ne metiaris illud*.i.mensuram prædicationis omnino subtrahe illis quasi indignis, non enim merentur meriri calamo verbi, qui nolunt subesse præcepto. Vnde Matth.7. Nolite sanctum dare canibus, neque spargatis margaritas ante porcos. Et quare?quia datum est gẽtibus.i.dati sunt erroribus, & vitiis gentium, & quia sunt conformes in culpa. *Et ciuitatem sanctam*.i. Ecclesiam in vnitatem fidei congregatam,calcabunt.i.persequentur ad conculcandum,Gentiles.s.& falsi Christiani. *Mensibus quadraginta duobus*.i. tribus annis, & dimidin, quibus regnabit Antichristus. Item per hunc numerum, qui constat ex senario ductum in septenarium, significatur tota vita præsens; quæ septem diebus agitur,& sex misericordię operibus occupatur. Vel conculcauit bonos, quod significat persecutio Caim contra Abel:& Ismael,contra Isaac:& Esau,contra Iacob: & Saul, contra Dauid: & Iudæorum, contra Christum, in cuius rei figuram fecerunt filiį Israel,mansiones in deserto:vt dicitur, Nume.33.

Et dabo duobus testibus meis, & prophetabũt diebus mille ducentis sexaginta,amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ,& duo candelabra in conspectu domini terræ stantia. Et si quis voluerit eis nocere,ignis exibit de ore eorum,& deuorabit inimicos eorum, & siquis voluerit eos ledere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescũque voluerint. Et cum finierint testimonium suum,bestia,quæ ascendit de abysso, faciet aduersum eos bellum,& vincet illos,& occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ,quæ vocatur spiritualiter Sodoma,& Aegyptus,vbi, & dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & populis,& linguis,& gẽtibus corpora eorum per tres dies & dimidium,& corpora eorum non sinent poni in monumentis,& inhabitantes terram gaudebunt super illos,& iocundabuntur,& munera mittent inuicem,quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos, qui habitant super terrã. Et post dies tres,& dimidium spiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos,qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo dicentem eis. Ascendite huc. Et ascenderũt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræmotus magnus,& decima pars ciuitatis cecidit. Et occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cœli. Væ secundum abiit, & ecce væ tertium veniet cito.

Et dabo. Secunda pars Capituli,in qua præmittitur Ecclesiæ aduentus Enoc,& Eliæ quorum prædicatio fuit eorum consolatio,& dicuntur nouem. In hac parte de his duob⁹. Primũ est de tempore prædicationis. Secundum est de ha-
E bitu corporis eorum; Ibi *amicti saccis*. Tertium de habitu mentis eorum. Ibi. *Hi sunt duæ oliuæ*. Quartum de fiducia eorum. Ibi. *Et si quis*. Quintum de potestate eorum. Ibi. *Hi sunt*. Sextum de morte ipsorum. Ibi. *Et cum finierit*. Septimum de resurrectione eorum. Ibi. *Et post dies tres*. Octauum de ascensione in cœlum. Ibi. *Et audierunt vocem*. Nonum de plaga futura in mundo, in ascensione eorum, ibi. *Et in illa hora*, & sicut dicit Glo. per istos duos intelliguntur omnes aliį prædicatores, qui sunt modo, & erunt: istos autem adducit in exemplum, vt sicut illi per tam graues persecutiones, non dimittunt tunc prædicare, ita, & aliį per minores tribulationes, non debent cessare prædicare etiã si propter hoc debeant mori, quia sicut illos suscitabit, & remunerabit dominus, ita interfectores damnabit, ita faciet, & aliįs prædicatoribus. Dicit ergo. *Et dabo*, non dicit quid, ad significandũ, quod inenarrabile est illud, quod dabit Isa.44. Oculus non vidit Deus absq;,&c. Simile dicitur in psal. Ponam in salutari, non dicit quid, vt intelligas omne bonum.
F *Duobus testibus meis* Elię, & Enoc, & aliįs omnibus, qui ideo sub binario ponuntur, quia de duobus testamẽtis accipiũt quod prædicant. Vnde Psal. De medio petrarum dabunt voces. Item, quia duo de Christo prædicant. s. quod pertinet ad humanitatem, & quod pertinet ad diuinitatem. Item, quia Christum prædicando magnificant, & Antichristum damnando monstrant. Item, quia præmia bonorum ad consolationem, & supplicia malorum, ad resurrectionem prædicant. Item, quia docent declinare à malo, & facere bonum, quæ sunt duæ partes iustitiæ. Item, quia in ore duorum, vel trium testium, stat omne verbum, & vt dicitur Deut. 8. Ideo etiam misit dominus duos discipulos suos binos ante faciem suam in omnẽ locũ, quo ipse erat venturus, vt dicitur Luc.10. Hi fuerunt testes Christi. Primo prædicando. Vnde actu.1. Et eritis mihi testes, in Ierusalem, & in omni Iudæa. Secundo moriendo. Vnde Supra.2. In diebus illis Antiphas testis meus fidelis occisus est apud vos. In hoc, quod dicit dabo, notat quod maxi-
G mam gratiam facit dominus illi, cui dat gratiam, vt prædicando, & moriendo fit testis eius. Phil.1. Donatum est vobis non solum, vt in eum credatis, sed etiam, vt pro eo patiamini, ideo. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu conciliį, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati, vt dicitur Actu.5. *Et prophetabunt diebus mille ducentis & sexaginta*. Glo. In tribus annis, & dimidium, tamen alia Glosa dicit. Nota quod hi dies non perficiunt tres annos, & dimidium: & hoc verum est, quia desunt viginti vn⁹ dies, sed non est contrarietas, quia Elias, & Enoc solũmodo prædicabunt, tanto tẽpore, quanto Christus prædicauit tribus annis, & dimidium, vno defuit ferè quinta pars dimidiį anni. Christus enim postquam fuit baptizatus superuixit trib⁹ annis tantum, & quãtum est ab Epiphania vsq; ad Pascha quod pro anno dimidio computatur. Vnde sicut Christus præcise nõ perfecit tres annos, & dimidium in sua prædicatione, sic isti non perficient, & hæc solutio habetur in interlineari, quæ dicit sicut ipse prædicauit. Alia solutio, potest
H dari. s. quod scriptura non facit vim in numeris, minutisq; minutorum, et ideo licet mille ducẽti sexaginta dies desint, non facit vim scriptura. Prima solutio melior est, quia ita poterat, ita bene dixisse. *Prædicabunt mille ducentis sexaginta diebus*. Sequitur. *Amicti saccis*. Hic agitur de habitu corporis, qui satis vilis, & abiectus erit. s. saccus, & hoc facit Iohannes, vt ostẽdat, quod Ecclesia in sua senectute reuertetur ad diẽ iuuentutis suæ. Idem enim dicitur de pręcone primi aduentus. s. Iohanne Baptista Matth.3. Et erat Iohannes vestitus pilis camelorum, & Zona pellicea circa lumbos eius. Item vt ostendat qualem habitum debent habere prædicatores mediį, qui scilicet prædicant inter prædicationem Iohannis Baptistę, et istorum duorũ. Non debet enim mediũ ab extremis discrepare. Vnde de Isaia, qui fuit magis prædicator euangelicus, quàm propheta, vt dicit Io. dicitur. 20. eiusdem. Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calciamenta tolle de pedibus tuis, & fecit sic. Item Isa.50. Induam cœlos tenebris, & ponam saccum operimentum eorum,

rum, quasi dicat. Precones aduentus domini, licet sint cœlestes, tamen vilibus induentur, ergo qui pretiosis, & mollibus induuntur non sunt precones aduentus domini, sed potius Antichristi, ideo dicuntur prædicatores. *Amicti saccis.* qui est habitus pœnitentium, quia debent prædicare pœnitentiam, non solum verbo, sed exemplo. Sequitur de habitu mentis. *Hi sunt*, non enim sufficit habitus exterior. Nã multi sunt qui habent habitum sanctitatis exterius, & interius portant habitum iniquitatis, sicut dicitur Eccle. 19. Est qui nequiter se humiliat, interiora eius plena sunt dolo. De quibus dicitur Matt. 7. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Dicit ergo. *Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra*. Oliuæ propter opera misericordiæ. Dicit vero duplicem effectũ misericordiæ. Interiorem .s. qui est compassio cordis, & exteriorem, qui est subuentio operis. Zac. 4. Isti sunt duo filij olei. Candelabra propter lumẽ doctrinæ. Duo propter exemplum, & verbum. Matth. 5. Vos estis lux mundi: Vos estis sal terræ. *In conspectu domini terræ stantes*. Glo. i. quod domino placeant attendentes, sicut Elias, qui dicit 3. Regũ. 18. Viuit dominus ante vultum cuius sto. Item stantes dicuntur in conspectu domini, quia in nullo se inclinabunt ante conspectum Antichristi, licet cadant corporaliter ante eũ. vel stantes dicuntur ante eum. i. erecti in cęlis: sic omnes prędicatores, qui portant Christum, & Ecclesiam in atrijs tuis Ierusalem. i. in tribulationes, per quas intrat in gloriã. Act. 14. Per multas tribulationes, &c. *Et si quis*. Hic ostenditur fiducia eorum, quam habebant in Deum, per quam stabũt firmi, & immobiles, secundum quod dicitur Iere. 17. Benedictus vir, qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, & erit quasi lignum, quod plantatum est super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit ęstus. i. tribulatio. Dicit ergo. *Si quis paruulus, vel magnus homo, vel diabolus voluerit nocere eos.* Glo. i. a prædicationis proposito reuocare, vel eorum doctrinam annullare, vel eos a fide retrahere. Sicut, qui primo blanditijs, postea minis conabitur eos auertere, vel ad minus facere eos tacere, sed non poterit, quia dominus custodiet eos. *Ignis*. i. prædicatio verbi diuini, quę dicitur ignis, quia inflammat ad amorem, illuminat ad cognitionem, emollit ad compassionem, consummit peccati rubiginẽ. Vnde Iere. 23. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & sicut malleus conterens petrã. Exiet de ore eorum quasi de fornace accẽsa. Eccl. 48. Surrexit Elias quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat. *Et inimicos eorum deuorabit*. i. deuorandos, & damnandos ostendet. Quod significatum est 4. Reg. 1. In duobus quinquagenarijs, qui ad verbum Elię consumpti sunt igne cœlesti. Vnde ibi dicitur. Ecce ignis descendit de cœlo, & deuorauit duos Principes quinquagenarios. Item deuorabit principes eorum. i. prædicando, & disputando, confutabit, quia Antichristus, & sui non poterunt respondere eis. Iuxta illud verbum domini. Luc. 21. Ecce dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Ideo Antichristus videns eos inflexibiles, & in doctrina fortes, tentabit eos occidere, sed non impune. Vnde sequitur. *Et si quis voluerit eos lædere*, i. corporali morte occidere. *sic*, i. simili sententia sicut primi, oportet eos occidi. i. ęternaliter condemnari. Matt. 26. Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit. *Hi sunt*. Hic agitur de potestate eorum, quæ consistet in clausione, & resurrectione sanctorum, quę in scriptura celantur, propter quod vocatur cœlum, & in manifestatione falsę doctrinæ aduersariorum, & commonitione peccatorum. Vnde dicit. *Hi sunt, qui habent potestatem claudendi cœlum*. i. scripturas, quibus celantur arcana, vel totam Ecclesiam, quę est Gaza, Elias. i. domus Dei. Isa. vlti. Cœlum mihi sedes est. *Ne pluat pluuiam doctrinæ diebus prophetiæ illorum*, quæ durabit per tres annos, & dimidium, quod significatum est 3. Reg. 17. Vbi ad præces Eliæ clausum est cœlum, ne daret rorem, vel pluuiam annis tribus, & mensibus sex. Vnde Iaco. 5. Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & mẽses sex,

A & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. s. potestatem habẽt super aquas. i. suas doctrinas, quibus fidelium mentes irrigantur, vt fructificent. *Conuertendi eas in sanguinem*. Glo. i. In peccatum, vel cum audita negligitur, vel cum audita contemnitur. Hoc duplici modo conuertitur doctrina sanctorum reprobis in peccatum, scilicet cum audire contemnunt, vel cum audita facere nolunt. Iaco. 4. Scienti facere bonum, & non facienti, peccatum est illi. Item potestatem habent super aquas. *Conuertendi eas in sanguinem*. i. contra peccata malorum redarguenda, & contemnenda. Ier. 48. Maledictus vir, qui prohibet sanguinem suum a sanguine. i. doctrinam suam a peccati reprehensione. Item potestatem habẽt super aquas. i. super humanas mentes. *Conuertendi eas in sanguinem*. i. in fidẽ passionis dominicæ, & martyrij amorem. Exo. 7. Eleuans Aarõ virgam. i. doctrinam percussit aquam fluminis. i. mentes populi fluuidi, quæ versa est in sanguinem. i. in fidem Christi, & amorem martyrij, & in carnis mortificationem. Itẽ

B potestatem habet super aquas. i. super falsorum prædicatorum doctrinam. *Conuertendi eas in sanguinem*, offerendi eorum falsitatem, & latentem peruersitatem, quia peruertere intendunt bonos, & percutere terram. i. terrenos, qui dicunt terra propter nimium amorem, quo vniuntur ipsi terræ. Omni plaga, omni genere damnationis, sicut dominus per Moysen, & Aaron, percussit Aegyptũ multis plagis. Luc. 12. Seruus, qui cognouit voluntatẽ domini sui, & non se pręparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis. Quotienscũque voluerint. Quia sicut ipsi faciunt voluntatem domini, ita dominus facit voluntatem eorum. Vnde psal. Voluntatem timentium, se faciet dominus. Iohan. 15. Quodcũque volueritis, petetis, & fiet vobis. *Et cum finierint*. Hic agitur de morte illorum, & de derisione, seu illusione, quam facient eis mali. Postquam enim prędicauerunt tribus annis, & dimidio, tunc Antichristus occidet eos, in medio platearum Ierusalem. Dicit ergo. *Et cum finierint testimonium suum*. i. prædicationem suam, in qua testi-

C monium perhibebunt veritati. Vnde supra eodem appellati sunt testes. *Bestia*. i. Antichristus ferox, & malus, & immisericors, vt bestia. *Quæ ascendit de abysso*. Glo. i. per tenebrosos exaltabitur ad regnum. Item. *Quæ ascendit de abysso*. i. quę de vilitate generis sublimatur in regem, & per hoc significatur, quod de fornicatione vili nascetur. Item. *Quæ ascendit de abysso*. s. qui nascetur de vili tribu. s. de Dan. qui fuit de concubina Bala, ancilla Rachel, vt dicitur Gen. 49. Fiat Dan coluber in via. Glo. ibi Antichristus veneno consumens eos, quos ad latitudinẽ vitę prouocat. Item. *Quæ ascendit de abysso*. i. de obscura, & occulta malitia cordis in opus exibit. In principio enim bonus videbitur, vnde tyrãni, & hypochritę ponent eum in regnum. De hoc dicitur Dan. 7. Post hæc accipiebam, & ecce bestia quarta, per quam designatur regnum Romanorum, terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos. i. principes seueros magnos. Comedẽs atque cõminuens. i. omnes reges destruens, & reliqua pedibus suis conculcans. i. omnia sibi subiugans. Dissimilis au-

D tem erat cęteris bestijs, quas ante videram. i. regno Assiriorum, et regno Medorum, regno Græcorum, quia omnibus illis ferocior, & crudelior fuit. *Et habebat cornua decem*. i. Reges decem, quos sibi subiugauit, & considerabam cornua, & ecce paruulum cornu ortum est de medio eorum. i. Antichristus, qui tempore regni Romanorum nascetur, & tũc fiet dissensio Romani Imperij temporalis, vel Ecclesiastici. vt dicitur secundę Thes. 2. Faciet aduersus eos bellum multiplex. s. disputando, blandiendo, promittendo, miracula faciendo, & vincet illos, secundum vulgi opinionem. *Et occidet eos* corporaliter. *Et corpora eorum iacebunt, in plateis ciuitatis magnæ*. i. Ierusalem, quæ dicitur magna, vel multitudine, & magnitudine ædificiorum, vel multitudine, & magnitudine peccatorum, quæ in ea erunt. Vnde Ier. 6. Hæc est ciuitas visionis, omnis calumnia in medio eius. Isa. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidę. *In plateis autem iacebunt corpora eorum*. Vel quia nullus audebit eos sepelire propter timorẽ

Antichristi, aut propter odium eorum, vel vt homines videntes, timeant eos imitari, vel eis conformari. Quæ vocaẽ spiritualiter sodoma.i. cessans a laude Dei. Vnde Isa.1. Legẽ Dei vestri populus Gomorræ. Hoc dixit Isaĩ. pro tempore Antichristi. Vnde Tren.4. Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, & Aegyptus.i. tenebrosa sine Dei cognitione, vbi & dominus eorum .i. Christus, qui duplici iure erat dominus eorum .s. iure creationis, & iure emptionis, & intellige, eorum.s. Eliæ, & Enoch, sicut dicit Glo. Cui ipsi seruient vsq; ad mortem. Crucifixus est in se corporaliter, spiritualiter in suis. Matt.24. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Luc.10. Qui vos spernit ergo qui vos occidit, me occidit. Vnde dixit Paulo Act.10. Saule, Saule, quid me persequeris. *Et videbunt de populis tribubus, & linguis, & gentibus.* Quidam oculis, quidam literis, quidam fama. *Et iacebunt corpora eorum inhumata per tres dies, & dimidium, & corpora eorum non sinebunt poni in monumentis.* Glo. ne memoris eorum habeatur, vel vt alij magis terreanẽ. Sed quare permittet dominus, tam inhumane, & tam crudeliter tractari seruos suos? Solutio. Vt maior sit eorum gloria: de his autem permittit, vt per hoc fiat eorũ euidẽtior resurrectio, quia & si sepulti essent, non ita clare pateret eorũ resurrectio, quæ facta sunt post tres dies. Sed iterũ quæriẽ. Cũ terra illa calida sit, quomodo possunt iacere super terram corpora illorum sine magno foetore? Solutio. Non putrefient corpora illorum, quia solidata erunt propter frequentem vsum ligni vitæ, quo ipsi vescuntur modo, & vsi sunt, ex quo translati fuerunt in paradiso, tamen tandiu possent ibi iacere qđ feterent, vel putrescerent. Vel forte hoc erit à virtute diuina, vt magis appareat bonitas eorum, & clarior sit eorum resurrectio. *Et inhabitantes terram* .i. omnia terrena, amantes, gaudebunt super illos, quia mortui sunt, & iocũdabuntur. Glo. Iustorum afflictio impiorum est epulatio. *Et munera mittent inuicem* .i. obsonia, & dona ad literam, vel cõgratulationes, & confabulationes in inuicem, de eis loquentes præ gaudio, & putantes se esse liberos, & securos, illis occisis, qui vitę eorum derogabunt. Vnde sequitur. *Quoniam ipsi duo prophetæ cruciauerunt eos* .i. prædixerunt cruciandos, vel contradicendo eorum iniquitati, & resistendo audacter, iuxta illud Prouer. 28. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. *Qui habitant super terram* .i. qui amant terrena, quę illi contemnebant, & contemnenda prædicabant, & ideo odiosi, & contemptibiles erant eis, sicut dicitur Iob.15. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta parata apud cogitationes diuitum ad tempus statutũ. Sap.2. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis, est alijs vita illius, & immutatę sunt vię illius. *Et post tres dies.* Hic agiẽ de resurrectione illorũ, quę fuit post tres dies, & dimidiũ: sed non videtur, hoc credibile, quod tanto tempore potuissent stetisse, & præterea Antichristus post eorum aduentũ non regnauit tantum. Verum est quod surrexerunt quarta die post interfectionem suam, mortuo prius Antichristo. Sed quæritur qualis erit eorum resurrectio .s. aut gloriosa fuerit, vt resurrectio domini nostri Iesu Christi, aut non gloriosa qualis fuit resurrectio Lazari? Si primo ergo ante alios erunt consummati, quod est contra Apostolũ. Hebr. 11. Hi omnes testimonio fidei probati, nec acceperunt repromissionem domini, pro nobis ad melius prouidente, ne sine nobis consummarentur. Si secundo modo, ergo fiet eis iniuria cum iterum sint morituri. Solutio. Dicimus, quod resurgent glorificati, sicut dominus noster Iesus Christus, nec iterum morientur. Cum enim nec alantur fructibus paradisi, propterquod nec corrumpenda sint corpora eorũ. Grauissima erit mors illorum, quia optimę sunt complexionis, & maxime vigent sensus in eis. Vnde maxime sentient dolorẽ, ex diuisione animæ, & corporis propter quod non volet Deus, vt iterum moriantur. Vnde dicimus, quod habebunt corpora glorificata, & quod obicitur de auctoritate Pauli, dicimus quod hoc erit eis priuilegium speciale, propter quod occidentur. Præterea non debent dici resurgere ante alios, quia parũ post erit resurrectio generalis. Sed iterum quæritur, si habebunt corpora glorificata, quo

E modo videbuntur ab hominibus? Ad quod dicimus, quod naturaliter, & sine miraculo. Nam corpora glorificata naturaliter sunt visibilia, quando non vtuntur sua subtilitate, sed quando vtuntur tunc non possunt videri, & hoc habẽt a virtute glorificationis, vt quando volunt, possunt vti, & nõ vti, & ita quãdo volunt videntur, & non videntur. Dixerunt quidam quod anima intrabat in corpora eorum, non vt in organa, sed vt in materia. Vnde nec corpora erũt viua, quod patet esse falsum, per hoc, quod hic dicitur.s. *Quod spiritus vitæ intrabit in eos.* Dicit ergo. *Et post tres dies, & dimidium ab interfectione eorum spiritus vitæ* .i. anima viuificans corp⁹, & viuificata a spiritu sancto, a Deo.i. virtute diuina, nõ sua natura. *Intrabit in eos* .i. intrabit per hoc, quod dicit a Deo, patet quod resurrectio corporum non erit naturalis, sed miraculosa. *Et steterunt* .i. stabunt super pedes suos. Glo. Immortales, & impassibiles. Et timor magnus ex tam subita resurrectione eorum. *Cecidit* .i. cadet sicut pondus graue opprimens pro Dei reuerentia, vel pro inferni poena. *Super eos,*
F *qui viderunt* .i. qui videbunt eos tam gloriose resurrexisse. *Et audierunt* .i. Audient Elias, & Enoch. *Vocem magnam* .i. magnæ potestatis iudicatiuam, vel magnam.i. omnibus audibilem. *De cælo dicentem* .i. a domino nostro Iesu Christo. Vel ab angelo in aere factam, & directam .i. Eliæ, & Enoch suscitans, & stantibus super pedes suos in terra. *Ascendite huc ad consortium sanctorum de medio hominum impiorum.* Et ascenderunt in coelum Empireum, in nube eos obumbrante, & malos terrente, sicut Christus. Act.1. Iustum est, vt illi, qui Christũ sic imitabunẽ in prædicatione, & tribulatione, conformentur ipsi in ascensione: & quia ipsi descenderunt prius humiliati saccis amicti, pro Christo occisi, iam merito dicuntur ascendere. Luc.14. Qui se humiliat exaltabitur. Io.2. Nemo ascendit in coelũ, nisi qui descendit de coelo filius hoĩs. Eph.4. Quis ascendit, nisi qui descendit filius hominis? In inferiores partes terræ, qui descendit ipse est, qui ascendit super omnes coelos. *Et viderunt illos* .i. videbunt sic glorificatos inimici, qui de morte eorum gaudebant, sed multo plus time-
G bunt, atq; stupebunt de resurrectione eorum. Vnde Sap.5. Videntes autẽ turbabuntur timore horribili, & mirabunẽ in subitatione insperatę salutis. *Et illa hora.* Hic agitur de plaga futura mundo post ascensionem. *Factus est terræmotus magnus*, ad literam, vel terrę.i. terrenorum, qui post mortẽ audacius, & violentius mouebuntur, & insurgent ad Ecclesiæ destructionem, vel ad suam damnationẽ, & forte mouebuntur aliqui ad poenitentiam, ex timore, & subita visione. *Et decima pars ciuitatis cecidit* .i. omnes sancti: de quibus decimus ordo angelorũ debet restitui. *Et humiliauerunt gratias agentes Deo de glorificatione seruorum suorum.* Vel ceciderunt in mortem gladio malorum. Vel decima pars ciuitatis dicitur omnes mali, qui decalogi præcepta transgressi sunt, & non sunt de aliquo nouem ordinum ecclesiasticæ Ierarchiæ. Ecclesia enim militans facta est ad similitudinem ecclesiæ triũphantis, secundum quod dictum est Moysi. Exo. 25. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Vnde sicut in ecclesia triumphante sunt nouem ordines
H angelorum, ita in ecclesia militante sunt nouem ordines hominum, & sicut de quolibet ordine aliqui ceciderunt, et tot quot possent facere decimum ordinem. Ita de nouem ordinibus hominum tot saluabuntur, quot poterunt reparare integrum numerum angelorum, & ideo numerus electorum signatur Luc.15. Per decimam ouẽ, quam pastor venit quęrere, & per decimam drachmam, quam mulier inuenit. Maligni, qui de nullo nouem ordinum sunt dicuntur decima pars ciuitatis, quæ cecidit .i. cadet in infernum irreparabiliter, sicut Antichristus dux eorum, de quo diciẽ in psal. Cadet cum dominatus fuerit pauperum, & alibi de malis. Cadent in retiaculũ eius peccatores. *Et occisi sunt in terræmotu supradicto nomina eorum septem millia* .i. omnes reprobi nominati, & septẽ vitijs irretiti, siue illaqueati. Occisi sunt inquam morte prima, & secunda: & dicit Glosa. Mali dicũtur nomina, quia tantum nomen habent, & non rẽ nominis. De quo Isa.14. Perdam Babylonis nomen. Pro.9. Nomen impiorum putrescet. *Et reliqui*, qui.s. non sunt in peccatis in-

eis indurati. *In timore sunt missi*.i. in reuerentiam Dei, visa pœna aliorum. Pro.21. Mulctato pestilente sapientior erit paruulus, vel in timore ne cadant, sicut alij ceciderunt, quia nemo securus est. Vnde 1.Cor.10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. *Et dederunt* .i. dabunt boni.s.gloriam Deo cœli gratias referentes Deo de exaltatione humilium, & depressione superborum sicut beata Virgo. Luc.12. Magnificat anima mea dominum, & postea addit, quare, quia, deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. *Væ secundum abijt* idest tribulatio tēpore Antichristi futura pertransijt, idest transibit celeriter. *Et ecce væ tertium veniet cito*.i. pauor, & tribulatio iudicij post mortem illorum veniet cito.

Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes. Factum est regnum huius mundi domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Amen. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes. Gratias agimus tibi domine Deus noster omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corruperunt terrā.

Et septimus angelus. Tertia pars est hui⁹ capituli, quę est finis tertię visionis, in qua agitur de septimo statu Ecclesiæ, & septimo ordine prædicatorum, qui erunt post mortem Antichristi, qui signatur per hunc septimum angelum, qui vltimo tuba cecinit, & dicuntur hic tria. Primum exultatio iustorum, & quies eorum in comparatione ad pœnā malorum, de qua immediate suppradictum est. Secūdum est gratiarum actio sanctorum. ibi viginti quatuor seniores. Tertium est causa exultationis iustorum, quia scilicet De⁹ malos iudicabit, & bonos exaltabit, ibi. *Quia accepisti virtutē*. *Et septimus angelus tuba cecinit* .i. septimus ordo prædicatorum dulciter, & terribiliter prædicauit, dulciter inquam bonis, & terribiliter malis. Dulcedo enim in cantu, terror in tuba signatur, quęcūque vero, & in isto, & in præcedenti angelo dicuntur, per præteritum probabili certitudine intelligūtur de futuro. *Et factæ sunt voces magnæ* .i. exultationes: & laudes bonorum de pace collata eis, & damnatione impiorū iuste reddita illis. De his duobus gaudebunt sancti, & laudabunt dominum saluatorem animę illorum. Vnde Isa.50. Consolabitur dominus Sion.i. Ecclesiam, & consolabitur omnes ruinas eius, & bis dicitur consolabitur, propter causam prædictam, & quia tempore Antichristi sustinebit Ecclesia duplicem desolationem. Vnam, quia á multis vexabitur. Secundam, quia non faciet miracula, & ideo post mortē Antichristi.s. tempore septimi angeli erit duplex cōsolatio.s. pacis redditio, & fidei multiplicatio. Tunc enim multi Iudæi conuertentur, ad fidem. Iuxta illud Isa.10. In veritate reliquię conuertentūr, & reliquię inquam Iacob ad dñm fortem. Mal.vlti. Ecce ego mittam vobis Eliā prophetam, antequam veniat dies domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, & post mortem eius, multi conuertentur visa eius resurrectione. Ex hac auctoritate manifeste habet, quod Elias est vnus de duobus testibus Christi, de quibus loquitur Iohannes in hoc capitulo. Sed vnde habet, quod Enoc sit alter eorum? forte ex hoc habetur, quod cū Elias translatus est viuus in paradisum. Tamen aliqui dixerūt, quod Moyses erit ille alter, quod conficiunt ex hoc: quod dominus apparuit tribus discipulis in monte cum Moyse, & Elia. Matth.17. Sancti magis consentiunt, quod Enoch erit ille alter, qui non dum mortuus est, & cum Elia occidetur ab Antichristo sicut Ioachin dicit, cui consentit. Iohannes consentire videtur, hoc quod dicitur hic de his duobus in spiritu esse consummādos, non in litera, & quod hi duo

A testes, sunt duo ordines, qui in fine mundi sunt venturi, & duæ oliuæ, & duo candelabra dicuntur, quia & oleo charitatis ardebunt, & splendore sapientiæ lucebunt, quorum duorum ordinum reliquias stare oportet in conspectu illius principis, qui tunc erit, sicut Moyses, & Aaron steterūt corā Pharaone, qui erat dominus terræ Aegypti, & Petr⁹, & Paulus coram Nerone, qui erat imperator totius orbis. *Qui habebant potestatem claudendi cœlum, vt pluat diebus prophetiæ illorum*, quia ipsi spiritualia verba scripturæ abscondent indignis, & prædicationem, & doctrinam Hæreticorum cessare facient, ita vt docere, & prædicare publice, non audeant, sic faciebāt ante aduentum illorum ordinum. Conuertent etiā aquam in sanguinem.i. doctrinam hæreticorum esse mortiferam ostendent, & non solum doctrinam hæreticorum mortiferam ostendent, immo etiam Philosophorum, quæ plena est vanitate, & scientias seculares, quæ sicut abyssum plenę sunt cupiditate, percutient quoque terram omni plaga, quia terrena, & carnalia corda hominum, ostendendo
B plagas mundi percutiunt. Quas illi, quia velamen habent ante oculos, per se videre non possunt. Cruciabuntur etiam populi a conspectu eorum. Vel quia prohibebunt pluuiā, vt descendat diebus suis, vel quia multorum scientiam, & doctrinam, quę putatur esse vtilis ostendant esse carnalem, ita vt non sit salutis, sed mortis, & perditionis feré omnib⁹ vtentibus ea, & sic hac de causa semper odio habebuntur. Tamen in fine, quando abundabit magis cupiditas, & refrigerabit plus charitas, tunc multi insurgent contra eos, in disceptationibus scripturarum, sed non prępualebunt, quia ignis exiet de ore ipsorū.i. spiritualis doctrina charitate, & sapientia euidenter plena, qui destruent, & confundent inimicos eorum, quod autem dicitur de finito testimonio eorum. *Ascendet bestia de abysso, quæ faciet bellum contra eos, & vincet, & occidet eos*. Hoc significat quod circa finem mundi rex ipsius assistentibus pseudo prophetis, qui cupiditate terrenorum ei fauebunt, incipiet disputare de fide Christi, & quos poterit attrahere ad perfidiam suam, vel donis, vel minis, vel
C roboribus, vel disceptationibus. Quod iterum dicitur, *Corpora eorum iacebunt inhumata, tribus diebus, & dimidio in plateis ciuitatis magnæ, quæ specialiter vocatur Sodoma, & Aegyptus*. Hoc significat, quod occisis a bestia.i. a rege impio, prædicatoribus veritatis in mundo, & maxime in illis, qui sunt plateę ciuitatis.i. lata via vadunt, quæ ducit ad perditionem, morientur omnino intellectus spirituales, & testimonia veritatis, quæ signantur per corpora sanctorum. Vnde mortuo domino, sol obscuratus est, sed eo resurgente multa corpora sanctorum, qui dormierant resurrexerunt, & apparuerunt multis in sancta ciuitate, hæc sunt testimonia veritatis pri⁹ occulta malis, domino resurgente reuelātur in ecclesia multis. Quod iterū dicitur. *Quod post ea spiritus vitæ intrabit in eos, & stabunt super pedes suos*. Hoc significat, quod mox, vt sancti occiduntur a carcere liberantur, & qui prius habebant corpora alia, quæ cadere poterant, virtute Dei fient spiritualia, quæ cadere non poterunt, sicut prius. Quod iterum dicitur. *In illa hora erit terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & oc-*
D *cisi sunt a terræmotu nomina hominum, septem millium, & reliqui in timore missi*. Hoc significat, quod ī hora vltimę persecutionis multi de clericis, & multitudo innumera layeorum, qui Christiano nomine censentur, seducti cadent a fide in cœlo.i. in ecclesia, quæ tunc maxime cœlestis erit, amissa terra. Voces dico dicentes. Factum est regnum huius mundi, in quo longo tempore regnauit hostis antiquus, domini nostri Iesu Christi. Glo. Patris, & filij, quorum semper fuit regnum huius mundi, secundum potestatem. Sed tunc dicitur finis eorum, quia fraudulentia, & seuitia diaboli, quæ diu regnauit in mundo penitus deficiet, & dominus in suis fidelibus, in tranquillitate, & pace perpetua regnabit. Vnde sequit. *Et regnabit in secula seculorum* .i. in ęternū. Vnde Dan.7. vbi agit de eadem materia dicitur. Suscipient autem regnum Dei altissimi sancti, & obtinebunt vsq; in seculum regnum, & seculum seculorum aliqui libri habent, sed non est textus, immo interlinearis, quæ ostendit, omniā firma, & vera. Nota quod mundus tribus modis accipitur. Vno, mund⁹

est cuius Deus creator est, & seruator. s. vniuersitas rerum, de quo dicitur Iohan. 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Alio modo dicitur. Mundus, cuius Deus redemptor est, & saluator. s. vniuersitas fidelium. De quo Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Tertio modo mundus est, cuius diabolus princeps, & rector est. s. vniuersitas malorum, qui mūdum istū plus debito diligunt. De quo Iohan. 12. Princeps mundi eiciet foras. Item 1. Iohan. 2. Filioli mei nolite diligere mundū, neque ea, quæ in mundo sunt. Primus mundus nunquam est diaboli, sed semper Dei. Secundus similiter semper est Dei, & nunquam diaboli per damnationem, licet diuina virtute eis exponatur in parte, ad exercitationem huius mundi. Regnum tunc perfecte fiet Dei, quando omnino exterminabitur potestas diaboli, & apparebit potestas Christi. Quintus mundus est diaboli, quo ad vexationē, & seductionem, & prauæ volūtatis suæ effectum, sed tamē Dei est, quo ad prauæ actionis ordinationem. Mera enim bonitate Dei fit, ne malum, quod ab ipso non est ortum, nunquam dimittat sub se inordinatum. *Et vigintiquatuor seniores*. Hic agitur de gratiarum actione sanctorum, de sua liberatione, & glorificatione, & diaboli, & suorum damnatione. Vnde dicit. *Et vigintiquatuor seniores* .i. vniuersi prædicatores, & doctores, & ecclesiæ doctores, tam noui, quàm veteris testamenti, qui in conspectu domini sedent. Actiue, qui semper quod diuino cospectui placet considerant, & intendunt. Psal. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, & passiue, quia & ipsi, & facta eorum a domino approbātur. Psal. Exultent iusti in conspectu Dei. Dicunt aūt sedere vt iudices sui ipsorum. 2. Cor. 11. Si nos ipsos, &c. *Vt reges*. Pro. 20. Rex qui sedet. 6. Episcopi. i. superintendentes. Actu. 20. Attendite, &c. *In sedibus suis*. vel sedent. i. sedebunt in sedibus suis. i. in thronis, de quibus dicitur Matt. 19. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. *Ceciderunt in facies suas* .i. intus considerantes conscientias suas, se humiliauerunt, nil suis meritis, sed Deo attribuentes. Glo. In faciē cadit, qui in hac vita culpā suā agnoscit, & eā pœnitēdo diluit. Retrocadit qui in hac vita repente cadit, & ad quæ supplicia ducat nescit, sic cecidit Elias, vt dicitur. Reg. 4. Sic omnes reprobi. Prou. 4. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt. *Et adorauerunt Deum*, omnia sua ei attribuentes, dicentes corde, ore, opere, quæ est dictio Christiana. Gratias agimus tibi, cui soli debetur honor, & gloria, vt dicitur. 1. Thi. 1. & vltra. Domine, cui serui sumus, Deus quem colimus, omnipotens quem timemus. Vel domine, qui nos liberasti, Deus, qui nos creasti, omnipotens, qui nos iudicabis, qui es immutabilis, qui eras olim cum despiciebaris. Non dicit, & qui venturus es, quia agitur de fine mundi, vnde apparebit iā venisse, vel statim venturus. *Qui accepisti*. Hic ostendit, quare gratiæ sunt agendæ, quia. s. bonos liberauit, & malos damnauit, quasi dicat. Merito gratias agimus, quia dignus es, qui accepisti virtutem magnam ecclesiam congregandi, à morte resurgendi, discipulos virtute ex alto induendi, malos damnandi, bonos glorificandi. *Et regnasti*. i. tuos a diabolo defendisti, & tuo imperio subiecisti, & iratæ sunt gentes. i. mali gentiliter viuentes, videntes regnum contrarium surgere, & eleuari, & suum deprimi. Sicut Herodes audito, quod natus esset Iesus, turbatus est, & omnis Ierosolima cū illo, vt dicitur Matth. 2. Vbi dicit Glo. Rege cæli nato rex terræ turbatur, quia nimirum terrena altitudo confundit, cum cœlestis celsitudo aperitur, & aduenit contra illos ira tua. i. iusta vindicta tua, quæ in omnibus est ad iram, vel cum ira frequentissime, vel semper in Deo, aut nunquam, sed semper cum tranquillitate iudicas, & aduenit similiter tempore mortuorum. i. opportunitas, iudicari. i. separari post mortem bonos a malis. De quo iudicio dicit. Psal. Iudica me domine, & discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo, & doloso erue me. Matth. 25. Cōgregabuntur ante eū omnes gentes, & separabūt eos ad inuicem. *Et reddere mercedem seruis suis prophetis* .i. prædicatoribus, et prælatis præuidentibus, & prouidentibus sibi, & aliis in

E futuro. *Et sanctis* .i. pauperibus, vel omnibus in baptismo sanctitatis. *Et timentibus*, filialiter. *Nomen tuum* .i. te nominabilem. *Pusillis, & magnis*, quasi dicat, non solum maioribus reddet mercedem, quando tempus aduenerit, sed omnibus fidelibus, qui laborant in vinea tua. Matt. 20. Voca operarios, &c. Psal. Cum dederit dilectis suis somnum. Vel sic. *Tempus aduenit reddere mercedem* .i. premium laboris, & seruitii sui. *Seruis suis* .i. prophetis, & sanctis .i. confessoribus, qui fuerunt magni dignitate, & charitate, & fide. Vnde Eccle. 44. Homines magni virtute, & prudentia sua præditi. Et iterum. *Tempus aduenit exterminandi* .i. eliminandi a regno Dei. *Eos, qui corrumpunt terram* .i. corpus suum male viuēdo, & aliis malum exemplum dando. Ecce væ septimi angeli. s. exterminatio malorum in fine mundi, de quo dixerat supra eodem, væ secundum abiit, & ecce, væ tertium cito: sed multi, qui non credunt, quod ita cito debeat venire. Quia re vera si crederent aliter viuerent, & alibi ædificarent, & thesaurizarent, si quidem thesauros, vbi se mansuros in perpe-
F tuum sperarent. Sed quia hic diu manere sperant, ideo hic ædificant, & thesaurizant. Contra quos dicit dominus. Matth. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo superbiæ, & tinea luxuriæ demolitur. Vbi fures ad literam, vel parentes, vel principes, effodiunt, & furant. Thesaurizate aūt vobis Thesauros in cœlis, vbi nec erugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non furantur. Iob. 26. Diues cum dormierit nil secum affert, aperiet oculos suos, & nil inueniet, quia nil præmisit. Vnde sequitur ibi. Apprehendent eum quasi ab inopia. Psal. Dormierunt somnum suum omnes viri diuitiarum, & nil inuenerunt in manibus suis. Quare? quia nil posuerunt in manu pauperis, quia portasset eis in cœlum. Ideo dicitur Eccle. 9. Mitte manum tuam super transeuntes aquas. s. pauperes, quia post multa tempora inuenies illum. Luc. 16. Facite vobis amicos de Mām̄ona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Iacobus. 5. Agite nunc diuites, plorate, & vlulate in miseriis vestris, quæ aduenient vobis
G diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimēta vestra a tineis comesta sunt, aurum vestrum, & argentum vestrum eruginauit, & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. Thesaurizastis .n. vobis irā in nouissimis diebus. Qui re vera cito erunt. Ioel. 1. A, a, a dicit, quia prope est dies domini, & quasi vastitas a potente veniet. Deut. 32. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.

Et apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terræmotus, et grando magna.

Et apertum est templum. Hic incipit quarta visio, in qua agit de pugna ecclesiæ, cum dracone, & famila eius, in quo continet profectus illius ecclesiæ per mulierem designatæ, & satis competens est ordo vitiorum. Prima .n. continet correctionem ecclesiæ generalis, & est arguitoria, per corre-
H ctionem. Septima ecclesiarum monens ad pœnitentiam per affectum doloris. Secunda est consolatoria, per reuelationem mysteriorum, & apertionem sigillorum. i. secretorum vniuersalis ecclesiæ mouens ad amorem per affectū gaudii. Tertia est comminatoria per clangorem angelorū et damnationem reproborum in septem ordinibus, mouēs nos ad terrorem, per affectum timori. Quarta est exortatio ad pugnam, exemplo victricis mulieris, vt animet nos ad victoriam, per affectum spei. Vnde patet, quod iste quatuor visiones Iohannis, generant quatuor affectiones animæ ordinatas in Deum. Prima dolorem de peccatis Secunda gaudium de beneficiis. Tertia timorem de pœnis. Quarta spem de victoria obtinenda. Iste ergo quatuor visionis respiciunt vniuersale statum ecclesiæ. Tres vltimæ, quæ sequuntur hanc respiciunt finalem statum, de quo etiam statu aliqua dicta sunt in apertione quinto, & sexti, & septimi sigilli. Sciendum est autem, quod duplex describitur hic pugna. Primo ponitur hic pugna mulieris

cum

cum dracone, & hæc ponitur in tertiodecimo, & quartodecimo Capitulo, siquidem hæc visio continet tria capitula, vt diximus a principio .s. duodecimũ, et tertiũdecimũ, et quartũdecimũ. Primum istorum trium capitulorum, agit de profectu ecclesiæ sub persecutione diaboli, quæ persecutio incipit a principio mundi. Secundum agit de profectu eiusdem, sub persecutione Antichristi, quæ erit circa finem mundi. Tertium agit de auxilio Dei impenso Ecclesiæ cõtra tyrannidem Antichristi. Hoc autem præsens capitulũ diuiditur in duas partes. In prima describitur pugna mulieris, & draconis in cęlo, vbi continetur profectus ecclesiæ sub aperta persecutione. In secunda parte describitur pugna mulieris, & draconis in terram, vbi continetur profectus ecclesiæ sub aperta persecutione ipsius, ibi. *Et postquam vidit draco.* Item prima pars huius capituli continet quinque. Primum est descriptio mulieris, ibi. *Mulier amicta.* Secundũ descriptio draconis, ibi. *Et visum est aliud signum.* Tertium est pugna draconis cũ muliere, ibi. *Et draco stetit.* Quartum est adiutorium mulieris a Deo, ibi. *Et factum est prælium.* Quintum est victoria mulieris in protectione diaboli, ibi. *Et proiectus est draco.* Ante vero quam ponatur visio, ponitur quoddam antecedens, quod continet tria .s. templi apertionem, arcæ visionem, & aeris immutationem. Dicit ergo. *Et apertum est.* Copulatiua coniunctio innuit, quod hæc visio dependet a præcedentibus, vnde etiam duo ponuntur hic, quorum vnum pertinet ad secundam visionẽ. Si apertio tẽpli, pertinet ad tertiam visionem, scilicet aeris immutationem. Sed ex hoc videtur, quod hæc quarta visio non incipiat hic, sed infra ibi. *Et signum magnum.* Solutio. Hæc quæ ostenduntur ibi, iden pertinent ad secundam, & tertiã visionẽ, & non ostendit visionẽ inquantũ pertinet ad profectum ecclesiæ, quod determinatur hic in quarta visione, posset tamen concedere, quod hæc quarta visio incipit ibi. *Et signum magnum apparuit in cælo.* Quia ibi incipit tractare de profectu ecclesiæ, & ea, quæ pręponuntur sunt quasi continuatio istius visionis ad alias præcedentes. Dicit ergo. *Et apertum est templum Dei in cælo* .i. manifestatũ est mysterium domini nostri Iesu Christi latẽtis prius in scriptura. Nomine enim cœli intelligitur scriptura. *Habens luminaria*, luminare maius nouum est testamentum. luminare minus, vetus est testamentum. *stellæ*, sanctorum expositiones .s. singulę sententię, quatuor partes cęli .s. Oriens, Occidens, Auster, & Septentrio, sunt quatuor modi exponendi .s. Historicus, Allegoricus, Tropologicus, Anagogicus. In hoc cœlo fuit clausum templum, quod diu misticum latuit sub figuris, sed apertum est, quando veritate veniente in medium, recessit sub vmbra, euanescunt tenebræ ascendente Aurora, & de hoc cœlo dicitur in Psal. Extendens cœlum sicut pellem .i. scripturam dilatans per multiplicem expositionem. Vnde Dan. 12. Pertransibunt, & multiplex erit scientia. Quid autem secutum sit apertionem templi in cœlo .i. patefacta veritate, in scriptura, ostendit. *Et visa est archa testamenti eius* .i. Christus, ipsius testamenta, quę tãdiu latuerunt sub figuris in templo eius .i. ecclesia, vel scriptura, vnde moriente Christo scissum est velũ templi, & terra mota est, velamen scripturarum, & veritas patefacta. Christus vero dicitur archa, quia tria habuit in se veraciter, quæ fuerunt in archa figuraliter, vbi enim fuerunt tabulæ testamenti virga Aaron, vrna aurea plena mãna cœlesti, & in Christo sunt tabulę testamenti, quia de patre nobis fidele testimonium tulit, & de vobis patri. Vnde supra .1. Qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, hoc sciuit Iob. 16. quando dixit. Ecce in cęlo testis meus, & conscius meus in ecclesijs. Item in eo fuit virga .i. natura disciplinę. Vnde Isa. 53. Disciplina pacis nostrę super eum, & liuore eius sanati sumus. De qua virga dicit Psal. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Item in eo fuit vrna aurea, plena mãna .i. cęlestis doctrina dulci consolatione plena. Col. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi: in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Item in eo sunt tabulę testamẽti, quia ipse est nobis eruditio, & forma viuendi. Item virga, quia nos corrigit, & dirigit. Vnde

A psal. Virga directionis, virga regni tui. Item mãna, quia nos consolatur, cum tribulamur. Vnde .2. Cor. 1. Deus totius consolationis, qui consolatur nos, in omni tribulatione nostra. Item nomine cęli signatur ecclesia. Isa. vltimo Cęlũ mihi sedes est. Psal. Dominus in cęlo sedes eius. *Habens luminaria sua luminare maius* .i. maiores prælatos, & luminare minus .i. minores prælatos. *Et stellas* .i. singulos fideles. Vnde Phil. 2. Inter quos lucetis, sicut luminaria, in mundo verbũ vitæ confitentes. Eccle. 48. Fili hominis, ostende templum domini Israel, & confundantur ab iniquitatibus suis. Sed templum apertum fuit in cęlo .i. in ecclesia. Primo per angeli denuntiationem. Luc. 2. Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis saluator mundi, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Secundo per magorum adorationem, & stellæ demostrationem. Matth. Stella quam viderant in Oriente antecedebat, donec veniens staret supra, vbi erat puer, quasi dicat, hic est quem queritis, & statim intrantes adorauerunt eum. Tertio per sanctam con-
B uersationem, & miraculorum apertionem. Iohan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus in chana Galileæ, & manifestauit gloriam suam. Quarto per crucifixionem, & lateris apertionem. Iohan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit: & fluxerunt aqua & sanguis. Quinto per eius resurrectionem, & apostolorum eruditionem. Luc. 24. Aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scripturas. Sexto per ascensionẽ & sancti spiritus missionem. Act. 1. Videntibus illis eleuatus est. Septimo per Apostolorum prædicationem, quæ tota est de Christi manifestatione. Matth. vlti. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq. Item nomine archæ debet accipi intelligentia sacræ scripturæ, vbi sunt tabulæ, duo testamenta. *Et virga* .i. veteris testamenti duritia, & manna .i. noui testamenti dulcedo, vel virga iustitiæ, & manna misericordiæ. Dicit ergo. *Et apertum est templum in cælo* .i. manifestatus est Christus in ecclesia, quem Iudæi, & Gentiles, & alij infideles negant adhuc esse Deum. *Et visa est archa testamenti eius in templo eius* .i. sapientia Dei, & intelligentia scriptu-
C ræ manifeste visa fuit in Christo. Luc. 4. Quando aperuit librum, & legit in eo, & Matth. 5. Quando aperuit os suum dicens. Beati pauperes spiritu, &c. Item. *Apertum est templum in cælo.* Glo. i. data est intelligentia mysteriorum Christi ecclesiæ eius. *Et facta sunt fulgura* .i. miracula manifesta, & hoc necessarium erat in principio ecclesiæ nouellæ, quæ magis indigebat potu lactis, quàm solido cibo. Visio enim miraculorum fuit quasi potus, ducens cibum prædicationis per membra ecclesię, vt sic fieret eis nutrimentum fidei. Et dicuntur miracula fulgura propter stuporem, propter splendorem, propter fętorem, propter sectionem, propter vstionem. Sunt enim tria genera fulgurum, quedam vrentia, et miracula primo fetebant, quia peccata, quæ prius placebant, fetere, & displicere faciebant. Deinde vrebant quia in amore Christi, ascendebant. *Et voces* .i. laudum confessiones, quia visis miraculis omnes laudabant, Deum, & benedicebant. *Et terræmotus* .i. terrorum, quidam enim ad iram, & quidam ad fidem mouebuntur. Iohan. 7. Dissen-
D sio facta est in turba propter eum. *Et grando magna* .i. persecutio magna quibus videbatur prædicatio intollerabilis. Et merito comparatur persecutio grandini, quia sicut grando in casu suo frangit segetes virentes, & lędit primitia, & tamen liquefacta postea humectat, & terram huberem reddit, sic persecutio nouellos in fide frangit: & tamen ecclesiam reddit fecundam, quia ex tribulatione augetur virtus & charitas, eius. Vnde psal. In tribulatione dilatasti mihi. Exo. 1. Quanto magis affligebantur filij Israel, tanto magis multiplicabantur. Itẽ. *Facta sunt fulgura* .i. eruditiones. *Et voces*, idest admonitiones. *Et terræmotus* .i. admirationes. *Et grando magna* .i. increpationes. Ideo omnino habitum Supra 8.

CAPVT XII.

ET signum magnum apparuit in cœlo: mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, &

in vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat. E

ET *signum*. Hic incipit agere de pugna mulieris, & draconis.i.ecclesię, & diaboli, quæ ab ipso ortu ecclesiæ incipit, per quod armat, & animat fideles, ne deficiant in tribulatione, sed cōfidant in domino cuius auxilio superabunt, sicut mulier ista, si tamen ei assimilentur, propter quod describitur ipsa mulier secundum statum, & habitum. Vnde dicit. *Et signum magnum*.i. magnificans. *Apparuit in cælo*.i.ecclesia militante, quia virtus erit in triumphante. Hoc autē fuit signum. *Mulier amicta Sole*.i.ecclesia ornata Christi imitatione, iuxta illud Gal.3. Quicūque in Christo baptizati estis, Christum induistis.i.mores, & virtutes eius.s.paupertatem, vilitatem, humilitatem, &c. De hoc signo dicitur Luc. 2. Et hoc vobis erit signum, inuenietis infantem positū in p̄sepio, pannis inuolutum. Per infantē signatur Christi humilitas, per p̄sepium vilitas, per pannos paupertas. F
Sed de hoc signo dicit Simeō ad Mariam eodem capitulo. Ecce positus est hic in ruinam, & in signum cui contradicetur. Item *Mulier amicta Sole*.i. ecclesia circundata feruenti tribulatione, quæ nomine Solis intelligitur. Vnde psal. dicit de Christo. In Sole posuit tabernaculum suum.i.tribulationis feruore, & merito, quia sicut Sol illuminat mundū, & desiccat lutum, sic illuminat tribulatio intellectum, & desiccat peccatum. Isa.28. Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui. Iere. 6. Secundum aliam translationem. Per omne flagellum erudieris Ierusalem. Ecclesia vero dicitur mulier propter prolis fęcūditatē, & subiectionis humilitatem. Ephe. 5. Vt ecclesia subiecta est Christo, ita, & mulieres viris suis in omnibus. Item. *Mulier amicta Sole*.i. ecclesia induta charitate, & cognitione. Sol enim calorem habet, in quo charitas designatur, & splendorem, in quo signatur cognitio, & ista duo vestiunt ecclesiā. Pro. 31. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. *Et Luna*.i. mundi prosperitas, q̄ crescit, & decrescit, vt Luna. Eccl. 27. G
Homo sanctus in sapientia manet. *Sub pedibus eius*.i. sub affectibus. Quia licet ecclesia tēporalibus substentetur, tamen non affectat ea. Vnde Cant. 2. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cant.5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Item. *Luna sub pedibus eius*.i. mundus sub prædicatoribus, qui sunt pedes ecclesię, quia portant, & substentant eam, de quibus Cant. 6. Quam pulchri gressus tui in calciamentis filia principis.i.ecclesia filia domini nostri Iesu Christi. Isa. 52. Quam pulchri supra montes pedes annunciantis, Supra montes dicuntur, quia totū mundum conculcant, & contemnunt. Deut. 8. Omnis loc⁹ quem calcauerit pes vester, vester erit. *Et in capite eius corona aurea stellarum duodecim*.i. in initio ecclesiæ duodecim Apostoli, quibus quasi stellis duodecim illuminata, quasi duodecim margaritis ornata cognoscitur. Ipsi enim, hostes ecclesiæ vicerunt. Ipsi ecclesiam ornauerunt. Ipsi quasi p̄cipui milites in capite exercitus positi, sicut stellę in firmamento cęli in nocte aduersitatis luxerunt, & totum mundum illu- H
minauerunt. Vnde Matth.5. Vos estis lux mundi. Baruc. 3. Stellę dederunt lumen in custodijs suis. Thomas in India maiori, Bartholomeus in India minori, Simon, & Iudas in Persia, Philipp⁹ in Samaria, Matthęus in Ethiopia, Matthias in Alexandria, Iohannes in Asia, Andreas in Achaia, duo Iacobi in Iudæa, Petrus in Cappadocia, Paulus in Grecia, & tandem Paulus, & Petrus in Italia. In his regionib⁹ prædicauerunt, & miracula multa fecerunt Apostoli, & sic stellæ dederunt lumen in custodijs suis, & lętatæ in tribulationibus suis, & vocatę sunt a Christo ad istud officium, & dixerunt. Adsumus, & luxerunt ei, cum iocunditate, qui fecit eas. Dicuntur autem stellæ, quia mundum in aduersitatis nocte illuminauerunt. Item quia in Christo quasi in firmamento fixi manserunt. Vnde Iudic.5. Stellæ manentes in ordine in cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.i.cōtra diabolum, qui nititur nos excludere a gaudio Paradisi. Hi dicuntur corona, quia vndique ambierunt, & munierunt ecclesiam, & Christū.i.sponsam, & sponsum. Cant.3. En lectulū Salomonis ambiunt sexaginta fortes ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Iob. 29. Cum sederem quasi rex circundante exercitu, erā tamen mœrentium consolator. Vnde Christus rex sedet in cęna, turba cinctus duodena. Item quia per eos vicit Christus mundum. Vnde Abacuch. 3. dicit de ecclesia. Deducet me super excelsa mea, victor in psalmis canentem. Excelsa ecclesiæ fuerunt Apostoli. Item, quia suas victorias non sibi, sed Christo attribuerunt. Vnde Iob. 38. Nunquid mittet fulgura.i. Apostolos coruscantes miraculis, ibunt, & reuerētia dicent. Adsumus.i. totum quod fecimus, tibi attribuimus. Item *In capite eius corona stellarum duodecim*.i. habitus, & ornatus duodecim fructuum spiritus. De quibus Gal. 5. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, modestia, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, continentia, castitas. Item. *In capite eius corona stellarum duodecim*.i. in mente eius spes gaudiorum. Quorum
F primum, & p̄cipuum est de plena cognitione, quia scient tunc omnia, iuxta illud. 1. Cor. 13. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut, & cognitus sum. Secundum est de plena dilectione, tunc enim plene diliget vnusquisq; Deum, & proximum, secundum gradum suum. Iuxta illud Isa. 31. Dicit dominus cuius ignis in Sion, & caminus in Ierusalem. Tertium est de firma apprehensione, de qua Cant. 3. Tenui, & non dimittā illum. Phi. 3. Sequar, si quo modo comprehendā, & in quo modo comprehensus sum a Christo domino. Hæc tria pertinent ad tres dotes animæ. Quartum est de corporis claritate. De quo Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut Sol. Quintum est de corporis agilitate, de qua Sap. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Sextum est de corporis subtilitate, quod notatur in hoc, quod iusti dicuntur fulgere sicut Sol. Cuius radium penetrat vitrum, & chrystallum, sine eorū lęsione, quod etiam notatur, quando dominus ianuis clausis intrauit ad Discipulos. Iohan. 20. Septimum est de cor-
G poris impassibilitate, de qua dicitur. Cor. 15. Seminatur corpus in infirmitate, surget in virtute, hæc quatuor pertinēt ad statum corporis. Octauum est de pacis tranquillitate: de qua Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Nonum est de grata, & magna, & nobili societate, de qua dicitur Infra. 14. *Ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centū quadraginta quatuor millia habentia nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis*. Et infra. *Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati virgines enim sunt, hi sequuntur agnum quocūque ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo, & agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei*. Decimū est de loci amęnitate. Erit enim locus ille luminosus, spaciosus, deliciosus, sanus, & mūdus, de primo infra dicit 21. *Ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius erit agnus*. De secundo dicitur Iud. 18. Introibimus ad securos in regionem latissimam. De tertio dicitur Ezech. 28. In delitijs Paradisi fuisti. De quarto dicitur Infra. Absterget Deus omnem lachrymam ab ocu-
H lis sanctorum, & mors vltra non erit. De quinto Thob. 13. Ex lapide candido, & mundo, omnes plateę eius sternent. Infra 21. *Platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum*. Omnia ista tangit Apostolus Gal. 4. vbi dicit, quæ sursum est Ierusalem, quæ mater est nostra. Locus enim sublimis, & clarus, delitiosus, & spaciosus, & sanus, & mundus consueuit esse. Vndecimum est de status immutabilitate, de quo psal. Ierusalem, quæ ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Iaco. 1. Apud quem non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Duodecimū est de securitate, de qua Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Psal. Lauda Ierusalem dominum, quoniam confortauit seras portarum tuarum. Item. *In capite eius corona stellarum duodecim*.i. in nobiliori, & digniori dignitate, & parte ecclesiæ decor virginum. Primo enim sunt coniugati, postea aliquantulum altius viduę, super omnes virgines, quæ rectę duodenario numero comprehenduntur, quæ supra decalogum

logum addunt duplicem castitatem, interiorem, & exteriorem. Dicuntur autem stellæ virgines, quia sicut stellæ cęlũ decorant, ita virgines ecclesiam. Vnde Eccl. 43. Species cęli gloria stellarum. *Et in vtero habens* .i. in mente, filios, quos parere desiderat .i. fide imbuere, & charitate perficere. *Et clamat parturiens* .i. parere desiderans. *Et cruciatur* vigilando, prędicando, ieiunando. *Vt pariat* Christo filios multos. Filios quotidie parit ecclesia sponso suo, non tamen sine dolore, et cruciatu, quia patitur ab ęmulis detractiones, et a seipsa carnis tentationes, & afflictiones ieiunando, orando, prædicando, discurrendo, sicut sciunt illi, qui hoc experimento didicerunt. Sic faciebat Apostolus. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prędicauerim ipse reprobus efficiar. Sic etiam faciebat ipse Christus dominus noster. Matt. 4. Circuibat Iesus totam Galilęam docens. Sic facit Iohan. 16. Mulier cum parit tristitiam habet Isa. 37. Venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi. Et Gal. 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. *Signum magnum apparuit, mulier amicta Sole, &c.* Primo notantur hic tria, quæ facta sunt in ipsa die assumptionis ipsius. Primum est corporis ipsius glorificatio, quod notaẽ, ibi. *Mulier amicta Sole* .i. Maria indura corporis glorificatione, quæ consistit in quatuor dotibus eius .s. charitate, agilitate, subtilitate, impassibilitate, quæ omnia in Sole signantur. Radius enim solaris clarus est, iterum est agilis, vnde subito volat ab Oriente, in Occidente. Iterum subtilis est, quia intrat vitrum sine eius fractione. Iterum impassibilis est, quia nec gladio, nec lapide potest lędi: propter hoc dicit dominus. Matth. 14. Fulgebunt iusti sicut Sol. Beatus Bernardus. Quis erit splendor animarum, quando Solis splendorem habebit lux corporum? Item. Isa. 61. Dicit dominus dabo ei coronam pro cinere. i. gloriã animæ pro humilitate pœnitentiæ, & oleum gaudij. i. stolã seu gloriam corporis. Vnde gaudium erit pro luctu. Oleũ enim sanatiuum, seu mitigatiuum doloris est, per quod significatur impassibilitas. Item penetratiuũ est, per quod significatur subtilitas. Item leue est, vnde supernatat, per quod significatur agilitas. Item lucidum est, vt cibus luminis, per quod significatur claritas. Beatissima Virgo Maria dicitur mulier sexus discretione, non corporis fractione. Item prolis fęcunditate, nõ mẽtis fragilitate. Ideo ipse dominus noster Iesus Christus, vocat eam mulierẽ. Io. 19. Mulier ecce filius tuus, qui pendet in cruce. Item Iohan. 2. Quid mihi, & tibi mulier, nondum venit hora mea, vt ostẽdatur quid a te habeo. Eccle. 26. Sicut Sol oriens in mundo: in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentũ domus suæ. i. sicut oriens, & in alto existens, illuminat mundum, sic Maria hodie ascendens illuminat coelum, quod est domus Dei, & filiorum eius, in qua domo mansiones multę sunt, vt dicitur Iohan. 14. Quarum pulchriorem, & nobiliorem, & altiorem, elegit domina nostra sancta Maria. Vnde ipsamet dicit. Eccli. 24. Quasi cedrus exaltata sum in lybano. Cedrus super omnes arbores exaltaẽ, sic domina nostra sancta Maria, super omnes creaturas exaltata est in coelo. Psal. exaltata est magnificentia tua super coelos .i. Maria te magnificans super angelos. Ità dicitur Maria. *Amicta sole*, in die assumptionis suæ. i. circundata sanctorum cõgregatione, qui cum Christo venient ei obuiam, & cũ magno gaudio deduxerunt in coelis. Item Nu. 10. Eleuata est nubes. i. Virgo Maria, & profecti filij Israel per turmas suas eam comitando. Turma angelorum vna, turma Patriarcharum alia. Turma Prophetarum tertia. Turma Apostolorum quarta. Turma Martyrum quinta. Turma Confessorum sexta. Turma Virginum septima. Omnes hi, qui cũ ea fuerunt semper, vnde ipsa dicit. Eccle. 24. Radicaui in populo honorificato, & in partes dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Item in eodem. In domino honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur, & in ecclesijs altissimi aperiet os suum, & in conspectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur, & in multitudine sancta admirabitur, & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur.

A Hoc totum satis eleganter significatum fuit. 2. Reg. 7. vbi dicitẽ Abijt Dauid, & adduxit archam Dei, de domo Obededam .i. de mundo in ciuitate Dauid cum gaudio, & erant cum eo septem Chori: de quibus prædictum est .i. septem turmę Angelorum, Patriarcharum, & Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque sanctarum Virginum. Item, inter, quos pinguior, & excellentior fuit, & est sanctissima virgo Maria. Vnde ipsa dicit. Eccl. 24. In omni gente principatũ tenui in mundo. Et adhuc habet in cęlo, quia ipsa sedet iuxta filium suum, qui est rex cęli, & alij omnes inferius. Vnde. 3. Reg. 2. Surrexit rex in occursum suum. Positus quoq; est thronus matri regis, qui sedet ad dexteram eius. Secundum est omnis defectus, & imperfectionis depositio. Tunc enim deposuit beata virgo Maria omnem defectum, & perfecta est omni bono. Quod notaẽ, ibi. *Et Luna sub pedibus eius* .i. omnis defectus, & imperfectio. Vnde tunc potuit dicere beata Virgo Maria. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me col-
B locauit. Et quid mirum sepe rogauerat hoc ipsa. Cant. 1. Indica mihi quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. i. in cęlo, vbi est meridies, idest cognitio sine obscuritate. Pro. 30. Multæ filiæ congregauerunt diuitias supergressa es vniuersas. *Et ideo Luna sub pedibus eius* .i. tota ecclesia tam militans, quàm triumphans inferior ea. Hęster. 4. Ducta est Hęster ad cubiculum superius. Tertium est plena animæ beatitudo, quæ consistit in duodecim gaudijs paradisi, quæ signantur Infra vlterius per duodecim fructus ligni vitæ, quod notatur cum dicitur. *In capite eius corona stellarum duodecim* .i. in mente eius per ennitas duodecim gaudiorum, quorum duo oriuntur a domino. s. gaudium de visione diuinitatis, & gaudium de visione humanitatis. Item alia duo a loco, vnum de speciositate, aliud de spatiositate. Item duo a consortio: Vnum de societate Angelorũ, aliud de societate hominum. Item alia duo a mundo. Vnum de pulchritudine creaturarũ, aliud de stabilitate creaturarum. Itẽ duo ab inferno, vno ab euasione, aliud a clausione. Item
C alia duo a seipso, vnum de stola corporis, aliud de stola animæ. Vel Thema in natiuitate beatæ Virginis. Itẽ. *Signum magnum apparuit in cœlo*, idest ecclesia. *Mulier amicta Sole*, idest beata Maria ornata, clarissima, & altissima castitate. Clara quidem, & alta est castitas coniugalis, si bene seruatur. Clarior & altior castitas vidualis. Clarissima, & altissima castitas virginalis. Vnde 1. Cor. 15. dicitur, quod alia sit claritas Solis, idest continentiæ virginalis, alia claritas Lunæ, idest claritatis vidualis. Item alia claritas stellarum, idest continẽtiæ coniugalis. Omnes habuit beata Virgo. Nam coniugata fuit, vidua fuit, & virgo castissima fuit, Ideo ipsa dixit. Eccle. 24. In me oĩs gratia, quia coniugatarũ, & viduarũ, & virginum gratiam habuit. Præterea. Sol septem habet effectus, qui omnes fuerunt in beatissima Virgine spiritualiter, & specialiter. Primus effectus Solis est calefactio, hoc est donum sapientiæ, quo spiritus incalescit in amorẽ Dei. Eccl. 44. Sol simpliciter exurens montes. i. excelsas mentes inflammans tripliciter in amorem. s. Dei, sui, & proximi.
D Vel in amorem Dei tripliciter .s. ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, radios igneos exsufflans, id est calidas affectiones immittens. 2. Mac. 1. Refulsit Sol, qui prius erat in nubilo, & accensus est ignis maximus. Spiritus enim gustans Deum per donum sapientiæ inardescit in amorem ipsius. Augustinus. Gustaui, & esurio, & sitio, tetigisti me, & exarsi in concupiscentiam tuam. Eccl. 24. Qui edũt me, adhuc esurient, &c. Secundus effectus est illuminatio, qui pertinet ad donum intellectus. Eccle. 44. Sol illuminãs per omnia respicit, & respicere facit in cęlo summa gaudia, & in inferno summa supplicia, & in mundo præssuras, & angustias in seipso peccata, & negligentias. 1. Mac. 6. Refulsit Sol in Clipeos aureos, idest in Christum, & Mariam, & resplenduerũt montes ab eis, idest electorum mentes. Terti⁹ effectus Solis est denudatio, quia facit vestes exurere, & hoc ad donum consilij refertur, quod docet veterem conuersationem, & secularem vitam deponere. Cant. 1. Nolite considerare, ꝙ fusca sim, quia decolorauit me Sol, idest co-

lorem pristinæ conuersationis,me mutare, fecit. Matth. Si
vis esse perfectus, vade,& vende omnia, quæ habes, & da
pauperibus,& veni sequere me. Quartus effectus Solis est
consolidatio,et hoc ad donũ fortitudinis pertinet,per quod
spiritus solidatur. Eccl.27. Homo sanctus in sapientia ma-
net sicut Sol,sanctus,idest firmus. Quintus effectus Solis
est totius vitæ humanæ regulatio,& hoc pertinet ad donũ
scientiæ,per quod scimus bene conuersari in medio prauę,
& peruersę nationis, vt dicit Augustinus. Vnde Phil.2.Sim
plices filij Dei in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo. Sextus effectus So
lis est liquefactio,& hoc ad donum pertinet pietatis,quo li
quescit anima,in compassionem proximi. Exo.16. Cum
incaluisset Sol,liquefiebat manna. Sap.16. Quod ab igne
non poterat exterminari,statim ab exiguo radio Solis cale
factum tabescebat. Psal. Flauit spiritus eius,& fluent aquę.
Septimus effectus Solis est desiccatio humidorum,& hoc
ad donum timoris pertinet, quo carnis concupiscentia de-
siccatur. Vnde Iaco.1. Exortus est Sol cum ardore,& arefe-
cit fœnum,i.carnem,quia omnis caro fœnũ, & omnis glo-
ria eius,quasi flos fœni. Isa. 40. Pro. 12. In timore domini
declinat omnis a malo. Propter hos septem effectus Solis
saluatur hanc,& ideo dicitur. 1.Reg.11. Cras erit vobis sa-
lus cum incaluerit Sol. Hic est Sol,qui nescit Occasum. Vn
de Isa.60. Non occidet vltra Sol tuus. Sequitur. *Et Luna sub
pedibus eius*,idest tota ecclesia, & omnis defectus. Sunt autẽ
quatuor,quæ generant defectum homini. Primum est su
perbia.Psal. Inimici,idest superbi defecerunt frameæ in fi-
ne. Item Psal. Auferes spiritum eorum, & deficient. Se-
cundum est impacientia. Iob.4. Venit super te plaga,& de-
fecisti. Tertium est auaritia Isa. 40. Deficient pueri, & la-
borabunt,idest auari,qui plus diligunt pomum, quàm re-
gnum cęlorum. Quartum est vanitas.Psal. Defecerunt in
vanitate dies eorum. Econuerso sunt quatuor, quę defe-
ctum impediunt. Primum est patientia. Iacob.1. Pacien-
tia perfectum opus habet, vt simus perfecti, & immacula-
ti,in nullo deficientes. Secundum est spei constantia. Isa.
40. Qui sperant in domino habebunt fortitudinem, assu-
ment pennas sicut aquilæ,current,& non laborabunt: am-
bulabunt,& non deficient. Tertium est memoria domini
cæ passionis. Hæbr.12. Recogitate eum, qui tales sustinuit
a peccatoribus aduersus semetipsum contradictiones, vt nõ
fatigemini animis vestris deficientes. Quartum est deside
rium petendi Deum. Psal. Inquirentes autem dominum,
non minuentur omni bono. Gal.6. Bonum autem facien-
tes,non deficiamus,tempore enim suo metemus, non defi-
cientes. Sequitur. *Et in capite eius corona stellarum duodecim*, idest
duodecim prærogatiuæ virginitatis. Prima est spiritualis ele
ctio Dei patris ad opus, filij sui. Vnde 24. Virgo,quæ egre-
dietur ad auriendam aquam,ipsa est quã præparauit Deus,
Isaac,idest Christo. Vnde Psal. elegit dominus Sion.i.bea-
tissimam Virginem,quæ est speculum,& specula ecclesię.
Secundo ipsa prærogatiua Virginum est Dei filii specialis de-
sponsatio. Vnde 2.Cor. Despondi enim vos vni viro virgi-
nem castam exhibere Christo. Et in festo virginum can-
tat ecclesia. Agnum sponsum Virginum. Vnde in veteri
lege summus Pontifex,non ducebat vxorem,nisi Virginẽ,
Tertia est spiritus sancti fęcundatio. Vnde Zach.9. Quid
bonum est,aut quid pulchrum eius nisi frumentorum ele-
ctorum,& vinum,idest gratia sancti spiritus germinans,
virginis ab effectu. Matth.1. dicitur de beata Virgine. In-
uenta est habens in vtero de spiritu sancto. Quarta est Dei
conceptio,& generatio. Isa.7. Ecce Virgo concipiet,& pa
riet filium,& vocabitur nomen eius Emanuel.i. nobiscum
Deus. Quinta est Dei refectio. Cant. Dilectus meus mihi,
& ego illi,qui pascitur inter lilia.i.inter Virgines. Sexta est
Dei meditatio. 1. Cor.7. Mulier innupta, & virgo cogitat,
quæ sunt domini, vt sit sancta corpore, & spiritu. Septima
est inscriptio in libro vitæ. Apoc.3. Habes pauca nomina
in Sardis,qui non inquinauerunt vestimenta sua,& non de
lebo nomina eorum de libro vitæ. Magnum quippe nomẽ
acquirere sibi, quod nunquam posset obliuioni tradi. Si

E quis paruus,& modicus,& debilis fortissimum athletam,
& astutissimum, & nominatissimum superaret in campo
certaminis. Hoc facit beatissima virgo Maria, & quęlibet
virgo, quia diabolum in mundo superat. Vnde Iudit.13.
Vna mulier Hæbrea fecit confusionem in domo regis Na-
bucodonosor. Vna dicitur indiuisa, vnde vna mulier idem
est,quod virgo,quæ diabolum vicit,vnde nomen sibi ma-
gnum acquisiuit. Vnde & Augustinus dicit. Quãto fragi-
lior sexus, quãto infirmius vasculum, quod repræsentat ab
hoste triumphum,tanto maioris obbrobrij cõfusionis dia-
bolus induitur, tanto mirabilior Deus in sanctis suis agno-
scitur,tanto rex martyrum Christus in pugnatricibus suis
iocundius delectatur. Præterea magnum nomen sibi face
ret inter amantes,quæ pro amico suo delicias, diuicias, &
honores magnos,pro nihilo reputaret,& pro ipso pauper-
tati, & vilitati, subiceret. Sic inter sanctos faciunt Virgi-
nes. Vnde de ipsis cantat ecclesia. Regnum mundi, & om-
nem ornatum seculi contempsi propter amorem domini
F mei Iesu Christi,quem vidi,quem amaui,in quem credidi,
quem dilexi. Octaua est,quod ipsa est ornatus, & pulchri
tudo cęli. Vnde Eccl.44. Species cęli gloria stellarum,idest
Virginum,quæ dicuntur stellæ, quia de die non lucent, sed
in vespere incipiunt apparere.i. in præsenti latere, sed in fi-
ne apparebit,quid sunt. Vnde Iohannes virgo electus a do
mino,& pro se,& alijs virginibus dicit infra cap.3. Filij Dei
sumus,sed nondum apparet quid erimus, scimus autem
quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Nona est per
fecta Christi assimilatio. Vnde infra 14. Virgines enim sunt
hi sequuntur agnum quocũque ierit. Decima est noui can
tici decantatio,quod solę Virgines decantabunt. Vnde in-
fra 14. Cantabant quasi canticum nouum ante thronum
Dei. Psal. quomodo cantabimus canticum nouum in ter
ra aliena.i.in carcere corruptæ. Vndecima maioris fructus
promissio,nam fructus trigesimus promittitur bonis cõiu
gatis, sexagesimus viduis, centesimus virginibus. Matt.13.
Propter quod dicitur.1.Cor.15. Alia est claritas Solis, idest
G virginum: alia Lunæ, idest viduarum: alia Stellarum,idest
coniugatorum. Duodecima est duplicis coronę adeptio,
nam ipsis debetur aurea,& aureola, vnde 1. Mac.4. Orna-
uerunt faciem templi coronis aureis, facies, quæ altior, &
nobilior pars corporis est, est corpous virginum,quod est
nobilius, & pulchrius,& alnus membrũ ecclesiæ,quæ or-
nantur coronis aureis,non corona vna tantum,sed coronis
quia aurea pro charitate, aureola pro virginitate. Iere.31.
Virgo Israel adhuc ornaberis timpanis tuis,& gradieris in
choro ludentium,ludo illo,de quo dicitur Eccl.32. Præcur
re prior in domum tuam,& illic aduocare, & illic lude lu-
do deuotionis, quoniam reliquiæ cogitationis diem festũ
agunt Christo.i.agent tibi. Item dicitur. *Mulier amicta sole*.
Maria,propter peccati omnimodam immunitatem. Vnde
Cant. . Tota pulchra es amica mea, & macula non est in
te. *Et Luna sub pedibus eius*, propter omnimodam paupertatẽ,
quã habuit, & amauit. Vnde Eccl.24. Mater pulchrę dile
ctionis,quia nullo modo fuit in ea amor terrenorum. *Et in
H capite eius corona stellarum duodecim*.i.duodecim prærogatiuæ,quas
super illas mulieres habuit in cęlo, quæ super terram fue-
runt. Prima fuit vteri sanctificatio, propter quod dicitur
electa,& prælecta. Secunda fuit Angeli salutatio. Tertia
spiritus sancti superuentio. Quarta fuit Dei conceptio. Pro
pter hæc quatuor dicitur. Aue gratia plena. Alię quatuor
fuerunt ex parte animæ. Quarum prima fuit humilitas,ex
qua dixit. Ecce ancilla dñi. Secunda fuit prudentia, ex
qua quęsiuit. Quomodo fiet istud. Tertia fuit erubescen-
tia,ex qua turbata fuit, viso,& audito Angelo. Quarta fuit
charitas, ex qua cognatam seruiuit, & vino deficiente in
nuptijs dixit. Fili vinum non habent. Iohan.2. Propter
hæc quatuor dicitur. Dominus tecum. Alias quatuor ha-
buit ex parte corporis. Prima fuit maternitas sine corru-
ptione. Secunda virginitas cum fęcunditate, seu fęcundi-
tas cum virginitate. Tertia fuit grauitas sine grauamine.
Quarta fuit partus sine dolore. Propter has quatuor dicit.
Benedicta tu inter mulieres. Sequitur. *Et in vtero habens* filiũ,
spiritualiter,

ſpiritualiter, & corporaliter, quia ſtatim vt credidit, & cõſenſit ipſum concepit, & in vtero habuit. Vnde Angelus ei dixit. Dominus tecum. *Et clamat*, admirando dicens. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. *Parturiens*, ideſt parere cupiens, ſalua omni virginitate. *Et cruciatur* .i. ieiunijs, vigilijs, & orationibus, abſtinentia, continentia, & alijs huiuſmodi caſtigatur. *Vt pariat* .i. tanto partu digna fuit. *Mulier amicta ſole*, potes dici religio induta cęleſti conuerſatione, Vnde Phil. 3. Conuerſatio noſtra in cęlis eſt. *Et Luna ſub pedibus eius*, ideſt mundus, quem religio contemnẽdo conculcat. Phil 3. Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifacerem. Vnde Roma. 6. Tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes, ideſt ſub pede tenentes. *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim*, ideſt quatuor Cardinales virtutes, quarum quælibet triplicata fuit in ſpecies duodecim. Prudentia enim tres habet ſpecies. ſ. memoriam, intelligentiam, & prudentiam, prima reſpicit vitam præteritã. Secunda præſentem. Tertia futuram. Item temperantia tres habet ſpecies. ſ. abſtinentiam, continentiam, & modeſtiam. Prima gulam. Secunda renes. Tertia linguam moderatur. Fortitudo tres habet ſpecies. ſ. magnanimitatem ab ingreſſu bonorum. Patientiam in tolerantia malorum, longanimitatem in expectatione p̃miorum. Item iuſtitia tres habet ſpecies ſcilicet humilitatem, ęquitatem, benignitatem. Prima ordinat ad ſuperiores. Secunda ad ęquales. Tertia ad inferiores. *Et habens in vtero* .ſ. duas filias, congratulationem, & compaſsionem. *Et clamat* orando, conſolando, parturiendo, ſuſpirando, gemendo. *Et cruciatur*, ieiunando, vigilando. *Vt pariat* filios, & filias feruentes domino noſtro Ieſu Chriſto.

Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo, & ecce draco magnus, rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram.

Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo. Deſcripta muliere, deſcribit Iohannes draconem, contra eam pugnaturum, quia non niſi per pugnam venitur ad coronam. Iuxta illud. 2. Thi. 2. Non coronabitur niſi, qui legitime certauerit, & promittit vt virilius certetur in pugna. Iſta autem pugna incepit in iſto principio mundi, quando tentauit mulierem primam, & durabit vſq; in finem, & ſemper acerbior fit pugna, quia draco ſemper creſcit in malitia, propter quod, & mulier. i. eccleſia debet creſcere in pacientia, & virtute, ne vincatur. ſed potius vincat, & coronetur. Dicit ergo. *Et viſum eſt aliud ſignum*. Non dicit à quo viſum, ſed intelligendo ab eodem, quo primum, & bene dicit aliud, quia primum fuit ſignũ proficiendi, iſtud fuit ſignum impugnandi, & impediendi profectum. Eccle. 11. Multæ ſunt inſidiæ doloſi .i. diaboli, quibus impedit bona, quæ poteſt, & ſpecificat illud ſignũ, ideſt vbi vidit. *In cœlo*, ideſt in eccleſia, quæ pugnat in ſe ipſa, quia extra ſe vincentur. ſicut membrum niſi in corpore maneat pugnare, vel operari non poteſt. Deinde oſtendit quale ſit dicens. *Et ecce draco, magnus, & rufus*, ideſt diabolus, qui dicitur draco propter aſtutiam, qua latenter inſidiatur, vt noceat. Gen. Serpens erat callidior, cunctis animantibus terræ. Pſal. Inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua. *Magnus* propter potentiam nocendi. Iob. 42. Nõ eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei. *Rufus*, propter malitiam, qua mortem, & ſanguinem hominis ſitit ab initio. Iohan. 8. Ille homicida fuit ab initio. Et nota, quod aliquando diabolus dicitur leo, aliquando draco, leo dicitẽ vbi aperte ſeuit. Draco vbi occulte decipit. Ideo duo ſunt mulieri neceſſaria. ſ. patiẽtia contra malitiã leonis, & ſapiẽtia contra fallaciam draconis, & ideo dicitur infra eodem, quod duæ alæ datæ ſunt mulieri, quibus ſe defendat .ſ. pacientia, & ſapientia. *Habens capita ſeptem*, ideſt vniuerſos principes mundi, per quos operatur. *Et cornua decem* .i. opulentiam, & potentiam, & ſapientiam ſecularem, quę dicuntur cornua, quia per hæc eleuauerunt homines in ſuperbia. Vn-

A de Iſa. 7. dicitur. Quod Siria requieuit ſuper effraim, ideſt ſuperbia ſuper opulentias. Ideo dicit Apoſtolus. 1. Thi. 6. De diuitibus huius ſeculi p̃cipe, non ſublime ſapere. Ibi Auguſtinus. Vermis diuitum ſuperbia. Pſal. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Dicuntur autem decem, quia propter hæc decalogus impugnatur, & propter illa deſpicitur. Vnde Abac. 1. Congregabit quaſi arenam Captiuitatem, & ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, ipſe ſuper munitionem ſedebit, & comparabit aggerem, & capiet eum. Aggerem vocat propheta diuitias ſeculares, & honores, quibus diabolus eccleſiam capere intendit, & cępit iam pro magna parte, quia eorum amore peruertitur, æquitas, relinquitẽ veritas, & dominatur falſitas. Vnde Oſęe. 4. Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidiũ, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. ſ. Peccatum ſuperbiæ, peccatum auaritiæ. *Et in capitibus eius* .i. in principibus ſecularibus ſeptem
B diademata, ideſt ſeptem vitia principalia, quibus quaſi victores coronantur à rege ſuo diabolo. Non enim niſi per vitia vincit diabolus, & ideo vitia vocat Iohannes diademata. Item diabolus habet ſeptem capita, inquantum ſuggerendo mouet ad ſeptem criminalium peccatorum commiſſionem. *Et in capite eius diademata ſeptem*, quod ad ſeptiformem tentationem, per quam victores coronantur. Vnde Beatus Bernar. Septẽ ſunt genera tentationum. Prima eſt importuna, quæ procaciter inſiſtit, vt ſaltem tedio vincat. Iob. 14. Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitẽ. Secunda eſt dubia, quæ animum ambiguitatis nubilo inuoluit. Iob. 20. Idcirco tentationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens mea in diuerſa rapitur. Tertia eſt ſubita, quę indicium rationis, p̃uenit. Tren. 4. Velociores fuerunt perſecutores mei Aquilis cœli. Quarta eſt occulta, quæ deliberationes, conſiderationẽ præterfugit. Vnde Iob. 13. Quantas habeo iniquitates, & peccata, & ſcelera oſtẽde mihi. Itẽ
C Iob 41. Quis ei velabit portas vultus eius, quis aperiet, ideſt occultas eius tentationes. Quinta eſt violentia, quæ vires animæ ſuæ mentis tranſcendit. Iob. 30. Quaſi rupto muro, & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad medias miſerias deuoluti ſunt. Sexta eſt fraudulenta, quæ animum ſeducit. Pro. 4. Eſt via, quæ videtur homini recta, nouiſsima autem illius ducunt ad mortem. Septima eſt perplexa, q̃ varijs vitijs ſimul impetit. Iob. 39. Procul odoratur bellũ, exortationem ducum, & vlulamen exercitus. Poſſent, & per ſeptem capita intelligi ſeptem hæreſiarchæ, & per decem coroua, decem Reges, qui tempore Antichriſti tam falſa prædicatione, quàm tyrannica poteſtate affligent ſanctos, & eccleſiam totam multos vincentes. Vnde dicuntur in capitibus habere ſeptem diademata, propter victoriam, quam habebunt de vitijs, quæ victoria magis fiet fraudulenta, quàm violenta. Vnde ſubdit, *Et cauda eius*, ideſt finalis tentatio, vel ſimulata deceptio, quæ malitiam tegit ſicut cauda, dicitur Iſa. 9. Propheta loquens menda-
D cium, ipſe eſt cauda. *Quas trahebat* de fide, ad infidelitatem. Tertiam partem ſtellarum cœli, ideſt omnes reprobos, qui nec in numero pœnitentiũ inueniuntur, qui reprobi dicuntur ſtellę, propter fidem, quam habent ſaltem in formem. *Et miſit eas*, tractas, & allectas. *In terram*, ideſt in amorem terrenorum, vt plus ea, quàm cœleſtia diligant. Nota quidã ſunt, qui ſemper volunt trahi, & nunquam trahere, vt ſimplices faciũt, qui nunquam volunt alios regere ſuo ſenſu, ſed ſemper volunt ab alio regi. Quidam volunt aliquando trahere, & aliquando trahi, vt ſapientes, & boni magiſtri, qui aliquando regunt alios ſuo ſenſu, & aliquando nolunt regi, ab alieno ſenſu, quia nolunt inniti ſemper ſuę prudentiæ. Ecce duæ partes ſtellarum. Alij ſunt, qui ſemper volunt trahere, & nunquam trahi, hi ſemper volunt alios regere, & nunquam ab alio regi, vt ſunt illi, qui ſemper p̃ponũt ſenſum ſuum omnibus alijs, hi ſunt tertia pars, quam trahit cauda diaboli in infernum, vna de lucifero, qui dixerat. Aſcendam in cœlum, & ero ſimilis altiſsimo, Dictum eſt. Iſa. 14.

Isa.14. Veruntamen ad infernum traheris, idest in profundum laci. Ad literam, hęc auctoritas inducitur frequenter a sanctis. Vbi agunt de numero angelorum, qui cum Lucifero ceciderunt, quos vocant tertiam partem stellarum cęli. Sed quæritur quo modo dicatur .3. pars cum tamē decima ceciderit? Item quæritur, quare Lucifer cauda sua traxerit eos. Greg. 2. Moralium: potest esse, quod suggesserit ei, vt consentirent ei, quia omnes, cum lucifero peccauerunt, & simul de cælo, statim facto peccato ceciderunt. Solutio. Ad primum dicimus, quod duo sunt genera angelorum, quidā ministrant, quidam assistunt. Vnde Dan.7. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebāt ei. Boni ministrantes dicuntur, prima pars stellarum. Itē boni assistentes dicuntur, secunda pars. Alij autem, qui nec assistere Deo voluerunt, nec ministrare bonis propter Deū sed lucifero consenserunt, lucifer simul .n. appetijt ęqualitatem Dei, & alijs angelis reuelauit voluntatem suam, ideo dicitur eos thraxisse, & in terram misisse, idest in istum caliginosum aerem, in quo sunt vsq; ad diem iudicij, ad nostram probationem. Item stellæ cæli dicuntur omnes in Christo fideles, quasi in firmamento manentes fide, & vita lucentes, sed maxime clerici dicuntur stellæ, quia vita, & doctrina debent ecclesiam illuminare. Sed cauda diaboli .i. suggestio in fine pęnitentiū, promittēs multos trahit in terram, idest in terrenam concupiscentiam. Promittit enim eis longam vitam, & in fine pęnitentias, & multi capiunt, & decipiuntur. Eccl. 29. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes, & ammouit eos, quasi fluctus maris. Sed quia terræmotus est violentus, & cauda sonat in deceptionem, ex illorum coniunctione. Nota quod diabolus quosdam trahit violenter, quosdam fraudulenter, sunt & multi, qui nullo istorum malorum trahuntur, sed ipsi secū trahunt peccata post se, & ad se, tentationes p̄ueniendo. De quibus dicit Isa. Væ, qui trahitis iniquitatem, in funiculis iniquitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Tren.1. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem, ante faciem tribulantis. Merito vtrisque subuenire debemus, immo tenemur quantum possumus, maxime prælati. Pro.24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & eos, qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses. Sequitur.

Et draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura: Vt cum peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem. Vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.

Et draco. Hic ostenditur pugna draconis contra mulierē. Et primo ostenditur pertinax malicia diaboli, cum dicit. *stetit.* Secundo status mulieris, cum dicit. *Quæ erat paritura*, quod valde notabile est. Cum enim grauida est anima conceptione boni propositi, instante partu maxime insurgit diabolus, vt impediat partum. Tertio ostenditur intentio stantis draconis, cum dicit. *Vt cum peperisset*, & postea ponitur partus mulieris, cum dicit. *Et peperit filium.* Quarto ponitur conseruatio partus, cum dicit. *Et raptus est filius.* Tandem ponit fugam mulieris, in solitudinem a facie draconis, vbi seruata est ab illo, cum dicit. *Et mulier fugit.* Dicit ergo. *Et draco*, idest diabolus sic armatus, vt dictum est .s. potentia, astutia, & malitia, quæ est maligne Trinitas. *stetit*, non fessus, non fatigatus, sed semper vigilans, & insidians bonis. *Ante mulierem*, idest contra ecclesiā, quę erat paritura, sed nondum pepererat, per effectum contra tale maxime nititur diabolus impedire. Vellet enim diabolus, q; semper essent p̄gnantes, & nunquam parturientes. Isa. 37. Filij venerunt vsque ad partum, et virtus non est pariendi. Luc. 21. Væ p̄gnantibus, & nutrientibus in illis diebus, erit enim pręssura magna super terram. De diligentia, & solicitudine diaboli contra ecclesiā dicitur Isa. Væ. Ecce festinus veniet velociter, non est deficiens, neq; laborans in eo, nō dor-

E mitabit, neq; dormiet, neq; soluetur cingulum renum eius, neq; rumpetur corrigia calciamenti eius, quia ab omnibus his expeditus est. Infra Pet.5. Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens. Ad quid autem stabat, ostendit. *Vt cum peperisset filium eius*, ad peccatū traheretur. sed non potest diabolus impedire partum boni operis, postea nititur edere partum per vanam gloriam, quàm frequenter in fine operis ostendit. Vnde Gene.3. dicitur mulieri. Ipse insidiabitur calcaneo tuo, & tu conteres caput suum. Zach. Sathan autem stabat a dexteris eius, vt aduersaretur eius. Ideo dicitur Exo.3. Quod parētes Moysi videntes puerum, eleganter absconderunt eum tribus mēsibus. Tres menses sunt tres defectus, qui debent attendi in operibus nostris, ne inde maniter gloriemur. Primus, quia opera nostra non sunt pura. Isa.44. Vniuersæ iusticiæ nostræ, quasi pannus menstruatæ. Iob.9. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, Gregorius, Sępe sordet ante oculos

F iudicis, quod fulget ante oculos facientis. Secundus est quia & si essent pura sine admixtione peccati, tamen non sunt plena. Supra.3. *Non inuenio opera tua* plena corā Deo. Tertius est, quia etsi essent pura, et plena, nō sunt multa, sed pauca. Vnde Psal. Paucitatem dierum meorum nuntia mihi .i. quam pauca merita habeam ostende mihi. Vnde dicebat Iob.9. Verebar omnia opera mea sciens, q; non parceres delinquenti. Et certe si hæc tria concurrant in operibus nostris .s. quòd essent pura, & plena, & multa, tamen non debemus adhuc extolli, quia nō sunt a nostra virtute, sed Dei operantis in nobis. Vnde Isa.26. Omnia opera nostra operatus es nobis domine. Ideo dicit Apostolus .1. Cor.4. Quid habes, quòd non accepisti. Et nota quòd dicitur. *Et cum peperisset filium eius*. De filio enim ecclesiæ maxime insidiatur diabolus ad deuorandum. De alijs enim non multā curam gerit, quia de facili habet illos. Iob 40. Absorbebit fluuiū, & non mirabitur, habet enim fiduciam, quòd Iordanis influat in os eius. Item non dicit *Vt cum peperisset filium eius deuora-*

G *ret*, sed filium. Quia quanto quis fortior, & sanctior est, tanto inuidia diaboli maior est, & quanto melius opus facit, tanto diabolus magis eum extinguere nititur. Aut a principio intentionem peruertendo, aut in finem vanam suggerendo. Exo.1. Dixit Pharao obstetricibus Hæbreorū quando tempus aduenit pariendi, si masculus fuerit interficite eum, fęminas reseruate. *Et peperit mulier*, idest ecclesia. *Filium masculum*, idest Christum, nil fęmineum in se habentē, opponitur virtuti, sed omnino virtuosum .1. Cor.1. Quod infirmum est Dei, fortius est omnibus hominibus. De hoc partu dicitur Isa.7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Mich.5. Dabit eos dn̄s vsque ad tempus, in quo parturiēs pariet, qui recturus erat omnes gentes in via iusticiæ. Vnde Isa.33. Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet, & saluabit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Vnde, & hic dicitur. In virga ferrea, quasi in potentia, vel iusticia inflexibilis Dei misericordiæ cuncta. In virga enim signatur misericordia. Vnde psal. Vi-

H sitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. In ferro autem notatur iustitiæ rigor, sed misericordia superexaltat iudicium, vt dicitur Iaco.1. Ideo virga ponitur substantiue, & ferrea adiectiue. Sed in futuro non reget diabolus nisi forte virga ęquitatis, sed constringet malos in virga ferrea. Quia, & si puniendo condemnet, irreuocabiliter tamen puniet, et misericorditer, quia non iuxta condignum. Psal. Reges eos in virga ferrea, et tanquā vas figuli cōfringes eos. *Et raptus est filius eius ad Deum*, idest ascendit in cęlum captiuam ducens captiuitatem. *Et ad thronum eius*, idest ad æqualitatem patris, non per effectum nouum, quia ab æterno fuit coæqualis, & coæternus, & consubstantialis patri, sed per manifestationem, sicut dicitur Roma.1. Prædestinatus est filius Dei. Phil. 2. Dabit illi nomen, quòd est super omne nomen. Item. *Raptus est filius eius ad Deum*, idest virtute diuinitatis ascendit in cęlum. Iuxta illud Iohan. 3. Nemo ascendit in cęlum, nisi qui descendit de cęlo filius hominis

hoîs qui est in cœlis. *Et ad thronum eius*, idest ad potestatem
eius, vt cum potestate regat, & iudicet oîa, sicut ab æterno.
Prouer. 8. Quando appendebat fundamenta terræ cum eo
erā cuncta componens, & delectabar per singuols dies cū
eo. Moraliter, per filium masculum significatur fides, vel
opus bonū, quòd mulier, vel ecclesia parit, & generat, prę
dicando, & bene viuendo, in cordibus auditorum. Iaco. 1.
voluntarie genuit nos verbo veritatis. Hic filius regit gētes
in virga ferrea. i. motus carnales, & animales, et affectus do
mat, & ordinat rationabili disciplina. Hæc est virga quam
dominus dedit Moysi. Exo. 4. In qua fuerunt miracula in
Aegypto. Quia qui in mundo disciplinatur securus est, ꝙ
saluabitur. Hic filius debet rapi. *Ad Deum, & ad thronum Dei*,
idest non homini credenti, sed operanti, debet attribui, ꝙ
credit, vel operatur: sed Deo actori, qui operatur in nobis
velle, & perficere pro sua bona voluntate. Phi. 2. Et est hic
optimum documentum, contra tentationem diaboli, cum
vult deuorare opus bonum. s. referre ad Deum, & nil sibi at
tribuere. Et tunc non solum euadet filius, immo superabiť
diabolus. Vnde Isa. 9. Sceptrum exactoris eius superasti,
& subdit: quare paruulus enim natus est nobis, & filius da
tus est nobis. Sequitur. *Et mulier*, idest ecclesia. *Fugit* per au
xilium filij sui. *In solitudine*. Glo. In mentis secretum spreto
mundi tumultu. Vnde psal. Elungaui fugiens, & mansi in
solitudine vbi habet locum paratum a Deo ad quiescendū,
quia in mundo non est quies. Vnde Iob. 39. Dicit de viro
sancto sub figura onagri. Quis dimisit onagrum liberum,
& vincula eius dissoluit? qui dedit in solitudine domum,
& tabernaculum eius in terra salsuginis. i. in carne, vbi mul
tas sentit amaritudines, & ideo libenter fugit in solitudine,
idest ad mentis quietem, vel. *In solitudinem*, idest in cœlum
per contemplationem, quę dicitur solitudo, sicut desertum
propter tumultus carentiā, & quia derelictum fuit a lucife
ro, & socijs eius. Vnde Luc. 15. Quis ex vobis homo, qui ha
bet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne di
mittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam, quæ
perierat? quasi dicat dn̄s, sic feci ego, idest in cęlo, et dimisi
nouem ordines angelorum, & veni in mundum quęrere
hominem, qui perierat, qui ouis cētesima reputať, quia de
hominibus reparabitur ruina angelorum, vt eorum nume
rus integer sit, vbi habet locum paratum a Deo, vt tandem
rapiatur ibi per apertam visionem. Io. 14. Vado vobis pa
rare locum, vt ibi pascat eam esca angelorum. Sap. 16. An
gelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum de cę
lo panem pręstiti illis, sine labore, omne delectamentum in
se habentem, vel *In solitudine* .i. in religione, vbi mundo con
tempto soli Deo, & sibi vacant religiosi. De qua dicitur
Isa. 51. Consolabitur dominus Sion, & consolabitur ruinas
eius, & deponet desertum eius, quasi delitias, & solitudinē
eius quasi ortum domini, vbi habet locum paratum a Deo
ad comedendum, non cibum, qui perit. s. cibum qui perit,
cibum æternum, & in æternum. s. verbum Dei, & ipsum
Deum. Vterque cibus comeditur in lectione, vterqꝫ in con
templatione, & hunc locum parat ipse dn̄s suis. Vnde psal.
Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, & hoc est quòd se
quitur. Vt ibi pascat eam pane doctrinæ, pane eucha
ristiæ, & pane gloriæ. De quibus dicitur Luc. 11. Amice cō
moda mihi tres panes. De hoc dicit psal. Dominus regit
me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit.
Iere. 34. Congregabo oues meas de terris, & inducam eas
in terram suam, & pascam eas in montibus Israel. i. in clau
stris, in riuis, & in cunctis, &c. Multi non credunt, quòd tā
ta sit refectio animarum in claustro, quia non senserunt, &
ideo non credunt. Vnde dicunt in psal. Nunquid poterit
Deus parare mensam in deserto? idest doctrinam in clau
stro, hoc est nomen. i. res nominis, ꝙ nemo scit nisi qui acci
pit. Supra. 2. Vnde cum Andreas quereret a domino. Rab
bi, vbi habitas. Respondit dominus. Veni, & vide, quasi di
cat. Non signo, sed experientia potest cognosci locus huius
habitationis. Abacuch. 1. Opus factum est in dieb⁹ nostris,
quòd nemo credet cum enarrabitur, supple nisi probaue
rint sensum. Eccl. 34. Qui nō est expertus, pauca recogno

A scet. Bernar. Multi vident cruces nostras, qui non sentiunt
nostras consolationes. *Diebus mille ducentis sexaginta* .i. toto tem
pore vitæ præsentis, quia tantum durabit ecclesia. i. Chri
sti doctrina. Math. 9. vobiscum sum omnibus diebus, vsqꝫ
ad consummationem seculi. Per dies *Mille ducentis sexaginta*,
intelligitur omne tēpus a prædicatione Christi, vsque ad
finem mundi, ꝙ tot diebus prædicauit Christ⁹, & doctri
na, & veritas eius prædicationis non variatur, quāuis dies
multo sunt plures, quam *Mille ducentis sexaginta* a prædicatio
ne Christi vsque ad finē mundi, tamen tot dicunť esse quot
sunt illi, in quibus facta est prædicatio. Nullum enim aliū
cibum sumimus in ecclesia, vel in claustro, nisi quem in il
lis *Mille ducentis sexaginta diebus* dominus noster Iesus Chri
stus præparauit. Tale est ergo ac si diceret, vt ibi pascat eā,
suauissimo, ac dulcissimo cibo, quem Christus in illis *Mille
ducentis sexaginta diebus* præparauit, hęc refectio significata est,
Math. 24. Vbi turbam, quæ secuta est eum, pauit quinque
panibus, & duobus piscibus, & postea alia vice septem
B panibus, & pisciculis paucis. Sequitur.

Et factum est prælium magnum in cœlo. Michael, & Angeli eius prœliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo.

Et factum est Diabolus insidiatur ecclesiæ, ꝙ significauit
cum dixit. *Draco stetit ante mulierem parituram* qui callidus, &
malitiosus, & fortis est, ideo indiget ecclesia adiutorio, pro
pter ꝙ ostendit hic. In. duplex adiutoriū, quod habet eccle
sia contra diabolū. Vnū a filio, quem peperit, qui draconē
expugnauit, & ecclesiam liberauit, & de hoc adiutorio iā
dictum est. Aliud adiutorium habet a ministris filij, idest
angelis bonis, qui cōtra malos angelos pro ecclesia pugnāt.
Vel præliare dicuntur, quia conatibus malorum resistunt,
& ecclesiā monitionibus, et inspirationibus bonis instruūt,
quàm mali destruere nituntur, & eam trahere ad peccatū.
C Vnde & ipsi fide pugnare dicuntur, & de hoc adiutorio di
citur ibi: & dicit hic Glo. Dicit ergo, ꝙ *Factum est prælium
in cœlo* .i. pro cœlo, ꝙ dæmones volunt auferre hominibus
ex inuidia, quia inde per superbiam ceciderunt. Similem
expositionem habemus Ephe. 6. vbi dicitur, non est nobis
colluctatio aduersus carnē, & sanguinē, sed aduersus prin
cipes, & potestates, &c. In cœlestibus, idest pro cęlestibus
quę nobis auferre conantur mali angeli, sed boni nos cu
stodiunt, ideo pugnare inuicem dicuntur. Vnde sequitur.
Michael, & angeli eius pugnauerunt cum dracone, idest cum lucifero
Michael nominatur solus, quia est p̄positus ecclesiæ. Vn
de ei p̄cipuæ incumbit custodia eius. Alij angeli, qui sin
guli singulis hominibus sunt deputati, sub illo sunt, sicut
episcopi sub p̄positis, & ideo dicuntur angeli eius. i. mino
res, qui sunt. Michael autem fuit p̄positus Sinagogæ. Vn
de angelus domini dixit. Nemo adiutor meus fuit in omni
bus his, nisi Michael princeps noster. Dan. 10. Sed ex quo
Sinagoga crucifixit Christum, translatus est Michael ad
D p̄posituram, & custodiam eius. i. minores, qui sunt. i. custo
des singulares. De quibus dicitur Hæbr. 1. Omnes sunt ad
ministratorij spiritus in mysteriū missi propter eos, qui
hęreditatē capiunt salutis. Item Math. 19. Angeli eorum
in cęlis semper vident faciem patris. Ibi dicit interlinea
ris. Angeli eorum deputati sunt eis ad custodiam. Item Ma
gna dignitas animarū, vt vnaquęqꝫ habeat ab ortu natiui
tatis in custodiā sui, angelum delegatum, præliabuntur ec
clesiam substentantes pro ea orando, ei bona inspirādo, ma
los refrenando *Cum dracone*, idest contra luciferum princi
pem dæmoniorum. *Et draco*, idest lucifer *Pugnabat, & angeli
eius*. i. qui cum eo, & propter eum ceciderunt, & ei obedie
runt tanquam principi suo, supple præliabantur contra Mi
chaelem, & angelos eius destruentes monitiones eorum, et
contrarias suggerendo hominibus, & non valuerunt, re
mouentur auxilia bonorum angelorum. *Neque locus eorum am
plius inuentus est in cœlo* .i. in ecclesia, quo ad bonos, dicit Glo.
Et si aliunde Deo permittente peccent boni, non habent
tamen

tamen dæmones locum in eis, quia eos non detinent quãrum volunt, quia dominus cito liberat eos. Vnde ij. Pet. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in die iudicij cruciandos seruare, vel in malis, qui sunt in ecclesia saltem non habet diabolus locum, idest quietam mansionem, sicut habebat in Antichristi aduentum, & adhuc in infidelibus, quia frequenter inquietatur a prædicatoribus, multo plus solio. Vnde Iob. Maledicant ei, qui maledicũt diei, qui parati sunt suscitare leuiathã, & hoc significauit dominus, Matth. 8. Vbi dæmones eiecit de duobus hominibus, & misit in porcos. Ibi dicit Glo. Nisi forte ad probandũ. Vnde sequitur.

Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem. Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrũ nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinẽ agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos habentes iram magnam, sciens quòd modicũ tempus habet. Et postquam vidit draco, quòd proiectus esset in terram; persecutus est mulierem, quæ peperit masculum, & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis a facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi a flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierẽ: & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit supra arenam maris.

Et proiectus est draco ille magnus potentia serpens, astutia, antiquus, ex antiquo tempore nocens. Iohan. 8. Ille homicida fuit ab antiquo, qui vocatur diabolus .i. deorsum fluens de cœlo, ad terram: de bonis, ad malos: vel de peccato, in peccatum, quia continue peccat, & quanto plus peccat profundius fluit. Vnde Psal. Superbia eorum, qui te oderunt ascedit semper, & Satanas .i. aduersarius. 1. Pet. 1. Aduersarius vester diabolus, &c. *Qui seducit* .i. seorsum diuertit a veritate, ad falsitatem: a charitate, ad cupiditatem ducit actu, vel voluntate vniuersum orbem. *Et proiectus est in terram*, idest in corda terrenorum. *Et angeli eius* .i. ministri illo auxilio filij, & ministrorũ eius, in quo magis deseuiuit, repulsi a sanctis. Ad literam hoc totum potest exponi de bello, q̃d fuit in cœlo Empireo, quando Lucifer, & sui, propter superbiã ceciderunt, & alij, propter suam sapientiam, & Dei gratiã remanserunt. Vnde diuersitas affectuum, et effectuũ potest dici eorum prælium. Lucifer, & sui, superbiendo ceciderũt. Michael, & sui humiliando se, steterunt. Vnde dicit. *Et factũ est prælium in cœlo*. i. diuersitas voluntatum, & consensum. Ad literam in cœlo Empireo. *Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone*, Deo adhęrentes, & Lucifero reprobantes. *Et draco pugnabat, & angeli eius*. i. Lucifer, & eius complices superbiẽdo super omnem, diuinitatem appetendo. *Et non valuerunt* assequi, q̃ optabant. *Neque locus inuentus est eorum amplius* in cęlo Empireo. *Et proiectus est draco ille*, vt Lucifer, qui draco dicitur, propter audaciam. Draco enim animal est sitibundum. *Magnus*, propter superbiam. *Serpens*, propter astutiam. *Antiquus*, propter longã experientiam. *Qui vocatur diabolus*, pro-

E pter ruinam, vel propter inuidiam. Quia vult de homine duos bolos facere. i. vnum de corpore, & alium de anima. Totum enim intendit perdere, propter inuidiam, & Satanas, propter iram, vel propter malitiam, qua omni bono aduersatur. *Qui seducit vniuersum orbem*, per fallaciã, sicut Adã, quibus promisit immortalitatem, libertatem, scientiam. Nequaquam inquit moriemini, ecce primum. Eritis sicut Dij, ecce secundum. Scientes bonum, & malum, ecce tertium. Sed solum inde moriendi necessitate, seruitute, ignorantia. De primo dicitur Roma. 5. Genus, propter peccatũ mortale est. i. moriendi necessitate adducunt. De secundo. Iohan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. De tertio. Eccl. 9. Nescit homo finem suum, &c. *Et proiectus est in terram* infirmam. i. infima in infernũ. Ezec. 31. Ecce ductus est cum lignis voluptatis ad terram vltimam, & in medio incircuncisorum dormiens cum eis, qui interfecti sunt gladio. *Et angeli eius missi sunt cum eo* .i. mittentur, quando dicetur, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabo-
F lo, & angelis eius. Sequitur. *Et audiui*. Hic ostenditur quantum angeli gratulentur de liberatione ecclesiæ, & diaboli deiectione. In quo prouocat nos Iohannes ad gratulandũ, de bonis proximi. Nam si angeli gaudent de bono hominis, multo fortius gaudere debent homines de bono hominũ, qui sunt fratres, propter hoc debet vnusquisque laborare, vt vincat diabolũ cum sua victoria, vt sancti angeli exultent. Vnde dicit. *Et audiui vocem magnam* .i. lętitiam magnã. *In cœlo* .i. in ecclesia, tam militanti, q̃ triumphanti. *Dicentem*, idest significantem. Nunc principe mortis deuicto. *Facta est salus* .i. remissio peccatorum in baptismo. *Et virtus* .i. pugnandi audacia diaboli virtute deliberata. *Et regnum Dei nostri*. Regnum. s. huius mundi, in quo diabolus dominari vt rex videbatur. Iohan. 13. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. *Et potestas Christi eius*, supple. *Facta est*, nunc inquit, super genus humanũ, quã prius habebat diabolus, Deo permittente, & peccatis nostris exigentibus, sed domino veniente superatus est ab eo, & perdidit eum. Vnde Luc. 11. Cũ for-
G tis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia, quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia distribuet, &c. *Quia proiectus est* quasi bene dico. *Facta est salus, & virtus*, & regnũ Dei nostri, qui regit eos de virtute, in virtutem. *Et potestas Christi eius*, qua dominatur destructo dominio diaboli. *Quia proiectus* .i. procul iactus, sine spe reuertendi. *Accusator fratrum nostrorum*. Dicunt angeli. i. diabolo, cuius officiũ est accusare fratres. i. per peccatum accusabiles reddere. Dicit Glo. Sed quęritur quomodo angeli dicant nos fratres, cum sint per naturam, vel per creationem, quia ab vno sumus nos, & ipsi creati, vel quia ad eandem hęreditatem sumus nos, & ipsi vocati. Sed iterum quæritur quare dicit singulariter *Accusator*. Solutio, propter vnitatem intentionis omnium dęmonum, vel hoc refertur ad principem dęmonum, a quo mittuntur alij. *Qui accusabat* .i. accusabiles facere laborabat. *Illos* .i. fratres suggerendo eis materiã peccandi. *Ante conspectum Dei nostri*, quẽ nil latet. Vnde Hæb.
H 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. *Die, ac nocte* .i. continue, vel per prospera, vel per aduersa. Ipse enim cognoscit quos potest damnare per prospera, & quos per aduersa, & secundum hoc tentat eos; & credo, q̃ plures damnentur per prospera, q̃ per aduersa. Vnde psal. Cadent a latere tuo mille. i. in aduersitate, & decem millia a dextris tuis. i. in prosperitate. *Et ipsi*, scilicet fratres auxilio angelorum fulti. *Vicerunt eum*, suggestionem eius non recipiendo. Semper enim vincuntur, quando suggestio eorum non recipitur, q̃ satis facile videtur. Vnde Ideo debilis est hostis, qui non potest vincere, nisi volentẽ. Sed ne crederet, quis q̃ virtute vicisset: ideo sequitur. *Propter sanguinem agni* .i. propter fidem, & imitationem passionis Christi. 1. Iohan. 5. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Hæbr. 11. Sancti per fidem vicerunt regna. Hoc significatum fuit Exo. 12. Vbi dicitur quòd tantum illis nõ nocuit exterminator, qui postes domus, & super liminare, sanguine tinxerunt. Duo sunt postes anima, & corpus.

Superliminare

Superliminare domus est, ratio siue intellectus. In corde est sanguis agni per affectum compassionis. In corpore per affectum imitationis. In ratione per fidei illuminationem. De hoc dicitur Cant. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. *Et propter verbum testimonii sui* .i. propter prædicationem, qua testificati sunt natiuitatem, passionē, resurrectionē, & ascensionē eius, &c. Vnde Actu. 4. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri Iesu Christi. *Et non dilexerunt animas suas vsque ad mortem* exclusiue. i. non dilexerunt vitam suam temporalem, vt animæ eorum morerentur. Sicut Paulus dicit actu. 5. Non facio animam meam preciosiorem, quàm me dūmodo consumem cursum meū. De his dicitur Iudi. 5. Qui sponte obtulistis ex Israel animas vestras ad periculum benedicite domino. Propterea hic inuitant se mutuo angeli, & sancti ad gaudendum super diaboli deiectionem, & hominis. Vnde dicunt. *Propterea.* Quia diabolus est deiectus, & homo liberatus. *Lætamini cœli* .i. vos maiores angeli. *Et qui habitatis in eis* .i. vos minores, & dicuntur minores in maioribus habitare, quia ab illis recipiunt illuminationem, vt dicit Dionysius. Vel cęli dicuntur angeli, & qui habitant in eis dicuntur sancti, alij, qui auxilio aliorum sunt saluati, & ideo dicuntur habitare in eis, cum eis, & pro eo. Vel cœli dicunt prælati, quorum vita cœlestis est. Iuxta illud Philosophi conuersatio nostra in cœlis est, & qui habitant in eis dicuntur boni subditi, qui quasi in castro habitant in prælatorum subsidio, & oēs hi inuitant ad gaudium propter diaboli deiectionē, & ecclesiæ exaltationem. *Væ habitatoribus terræ.* Supra actū est de pugna draconis cum Michaele in cęlo. Hic agit de pugna eiusdem in terra. Priori enim pugna impugnatur ecclesia, vel prior pugna est occulta. Secunda manifesta, vel prior pugna fuit contra perfectos, & ideo dicitur fuisse in cęlo. Secunda contra imperfectos, & ideo dicitur fuisse in terra. Vel prior fuit per occultam fraudem. Secunda erit per apertam tribulationem. Volens ergo Iohannes significare nobis finalis persecutionis magnitudinem dicit *Væ*. maximę tribulationis, vel æternæ damnationis. *Terræ, & mari* .i. omni peccatori, per terram significatur auaritia, per mare superbia. De vtrisque legitur, quòd est caput omnium malorum. De auaritia dicitur. 1. Thi. 6. Radix omnium malorum cupiditas. De superbia dicitur Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia. Et ideo recte per terram, & mare significantur omnes peccatores, quibus imminet grauis tribulatio, & æterna damnatio. Vel per terram possunt significari mali Christiani, propter amorem terrenorum, auidi. Per mare significātur infideles, propter errorum amaritudinem. Vel per terram, quæ stabilis est significantur illi, qui sunt stabiles in vno peccato, per mare quod instabile est significatur illi, qui de vno peccato in aliud fluūt. Vnde Isa. 60. Impij quasi mare feruēs, quod qui non potest, & omnibus illis. *Væ*. Quare autem dicitur. *Væ terræ, & mari*, determinat dicens, *Descendit* .i. de cęlo deiectus est. Vel de sanctis expulsus, & confusus diabolus. Non iam inueniens locum in sanctis ad eos decipiendos, & possidendos. Habēs iram magnam de sua deiectione, & sanctorum saluatione, quos non patitur amplius in pugnando vexare. Sciens quod modicum tempus habet ad impugnandū sanctos, & ideo feruentius in eo, qui recte volunt viuere, & ardentius eos impugnare conatur. Et notantur hic duo modi impugnationis, qui erunt tempore Antichristi. Vnus est per simulatam habitudinem, & ideo ad hoc dicitur. *Descendit.* Alius erit per apertam persecutionem, & quo ad hoc dicitur. *Habens iram.* Sequitur. *Et postquam.* Hic ostenditur conatus diaboli aperte ecclesiam persequentis, postquam enim vidit diabolus se per occultam fraudē, non posse perficere, aperta tribulatione aggreditur expugnare. Vnde dicit. *Et postquam vidit draco* .i. diabolus, qui habet acumen visus per subtilem astutiam, & magnitudinem corporis per potentiæ violentiam. Ad literam, draco habet subtilē visum, & corpus magnum, & ideo significatur diabolus, qui est subtilis per astutiam, & magnus per potentiam. *Quod proiectus est de cœlo*

A *in terram* .i. in infernum. Vel in terram .i. inter reprobos expulsus a sanctis. *Persecutus est mulierem* .i. ecclesiam. *Quæ peperit masculum* .i. dominum nostrum Iesum Christum, qui ei prę stabat auxilium cōtra apertam tribulationem diaboli. Sic contra occultam tribulationem. Vel impugnationem. Ecce postquam sancta ecclesia, vel sancta quælibet anima facit aliquod magnum, statim insurgit tribulatio, & persecutio iniquorum. *Et datæ sunt mulieri* .i. ecclesiæ. *Duæ alæ aquilæ magnæ* .i. duæ vitæ. Actiua. s., & contemplatiua. Vel duo testamēta, vel contēptus mundi, & desiderium cœlestis regni, quæ dicuntur *Alæ aquilæ*, quia in cęlum faciunt volare, & ideo fixum habent intuitum. Vnde Isa. 40. Qui sperant in domino habebunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ. Item duæ alæ possunt dici patientia, & sapientia, quæ datæ sunt ecclesiæ contra duplicem impugnationem, quæ impugnatur ab aduersarijs. Vna est per verba, contra hanc datꝰ sapientia. Alia est per verbera contra hanc datur patientia. Aquila magna, cuius sunt hæ alæ proprie Christus est.

B Vnde Deut. 32. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, atque portat in humeris suis. Vel *Duæ alæ aquilæ magnæ* possunt dici humilitas, & virginitas beatissimæ Mariæ, quibus mulier .i. ecclesia fuit a diabolo liberata. Et bene per aquilam significatur Maria, quia sicut aquila excedit alias aues, ita virgo Maria alias mulier, quasi regina, & domina mulierum. Pro. vlt. Multę filię congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Cant. 2. sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Iob. 39. dicitur de hac aquila. Nunquam ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponēt nidum suum? Vel *Duæ alæ aquilæ magnæ*, sunt duo præcepta charitatis quę recte dicuntur alæ aquilæ, quia sicut aquila alias volatu superat aues, ita charitas alias virtutes. 1. Cor. 13 Manent autem tria hæc, fides, spes, charitas, maior autem horum est charitas. Ezech. 1. Aquila desuper ipsorum quatuor. Vel *Duæ alæ aquilæ magnæ*, sunt duæ partes iustitiæ. s. declinare a malo, & facere bonum, quibus volatur in cęlum.

C Vnde. psal. Quis est homo, qui vult vitam, & cupiet dies videre bonos, declina a malo, & fac bonum, &c. Et recte dicitur iustitia aquila magna, quia sicut aquila habet acumen visus, sic iustitia acuit intellectum. Vnde psal. Lux orta est iusto. Item psal. A mandatis tuis intellexi .i. in obseruantia mandatorum tuorum. Eccl. 2. Fili Concupiscens sapientiam, serua iustitiam. Vel *Duæ alæ aquilæ* sunt timor, & amor ecclesiæ, quæ sursum, & non deorsum volat. Cant. 4. Vadam ad mōtem myrrhæ .i. ad tumulum immobilem tormentorum inferni, & ad collem thuris .i. ad culmen immobile gaudiorum Paradisi, & licet maiora sint gaudia cœli, quàm tormenta inferni, tamen quia minus cognoscuntur, & sentiuntur gaudia cęli, ideo per collem thuris designantur, & tormenta inferni per montem myrrhę. Vel per montem myrrhæ intelligitur multitudo peccatorum, per collē thuris paucitas meritorum, quæ vterque alternis vicibus sunt consideranda. Vel *Duæ alæ* sunt intellectus, & affectus, quibꝰ volat ecclesia cogitando, & desiderando. Quę datę sunt ec-

D clesiæ: vt cum illis a facie draconis volando fugiat. Vel *Duæ alæ aquilæ magnæ* sunt iustitia, & misericordia. Quę datę sunt ecclesię, vt de se iustitiam faciens, & alijs misericordiā impēdens, cū Deo ambulat fugiens draconem. Mich. 6. Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid dñs requirit a te, vtique facere iudicium, & iustitiam, & diligēs misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Vel *Duæ alæ aquilæ magnæ* sunt duæ partes sapientiæ. s. cognitio Dei, & cognitio sui. De quibus Augustinus in libro de confessione. Domine nouerim me, nouerim te: bona, & breuis est oratio, nam cognitio Dei vitat desperationem, cognitio sui præsumptionem. Sapientia vero dicitꝰ aquila propter acumē visionis. Magna propter dignitatem, quia primum locū obtinet inter dona. De qua dicitur Sapientiæ. 7. Dilexi sapientiam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Et de his alis dicitur. 3. Reg. 7. Quinque cubitorum ala cherub vna, & quinque cubitorū ala cherub altera. i. decem cubitos habentes a summitate

alæ, vsque ad alterius summitatẽ, &c. Quid sunt quinque cubiti primæ alæ nisi quinque, quæ debet homo cognoscere? Primum est nascendi vilitas. Secundum viuendi breuitas. Tertium moriendi necessitas. Vnde quidam dixit. Væ mihi nascenti, væ morienti, væ viuo. Quartum est viuendi calamitas. Quintum est mortis incertitudo. De quatuor primis dicit Iob.13. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit, velut umbra. De quinto dicit Eccl.9. Nescit homo suum finem, &c. Item quinque cubiti alterius alę sunt quinque, quæ debet homo cognoscere de Deo, & in Deo. Primum, quòd est largissimus donator. Iaco.1. Dat omnibus affluenter, & nõ improperat. Secundum, quòd est patientissimus redditor. Eccl.5. Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Tertium est, quòd est sapientissimus inuestigator, cui nihil potest abscondi. Hæb.4. Oĩa nuda, & aperta sunt oculis eius, ad quẽ nobis sermo. Magnæ ꝓbitatis necessitas indicta est nobis, nisi dissimulare velimus, cũ cuncta agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Quartum est, quòd est iustissimus iudex, quia nulla causa potest flecti. Psal. Deus iudex, iustus, fortis. Prouer.6. Zelus, & furor viri, non parcet in die vindictæ, &c. Quintũ est, quòd est potentissimus executor. Exo.15. Dominus omnipotens nomen eius. Sap.13. Misereris oĩum, quia omnia potes. Ad quod autem datæ sunt istæ alę mulieri. Dicit Iohan. Consequenter. *Vt volaret* adiutorio illarum. *In desertum* sanctæ conscientiæ. Vel in locum pęnitentiæ. Inde quantũ proficiat ecclesia, in tribulatione supra dictum est, quòd. *Mulier fugit in solitudinem* pedibus vtens quasi adhuc terrena inhians. Ordinate nunc dicitur, quòd volat, quia non iam pedibus tangit terram. Item prius fugit in solitudinẽ, quia excludit tumultum hominũ, sed non copiam rerum. Nunc dicitur volare in desertum, quia excludit tumultum, & copiam rerum in locum suum proprium. Vnde patet, quòd proprius locus ecclesiæ, & filiorum eius, est desertum vbi, nec tumultus causarum, nec frequentia hominum, nec copia rerum, inuenitur. Iob.3. Requiescere cum regibus, & consulibus terræ, qui ędificant sibi solitudines. Et Infra, ibi. Cessauerunt a tumultu, requieuerunt fessi robore, & quando victi pariter sancti molestia, non exaudierunt vocẽ exactoris.i.veneris. *Vbi alitur* per tempus, & tempora, & dimidium temporis.i.doctrina prædicationis Christi, si hoc referatur ad statum ecclesiæ tempore Antichristi, quæ fit per tempus, & tempora, & dimidium temporis.i.tribus annis, & dimidium: est enim mos Hębreorum per tempus significare annum vnum, per dimidium temporis dimidium. Si autem hoc referatur ad generalem statum ecclesiæ, tunc est sensus. *Vbi alitur* per tempus, & tempora, & dimidium temporis tanto tempore factę. Christus enim tribus annis, & dimidium prædicauit, cuius prædicatione pascitur ecclesia quotidie ab initio prædicationis ipsius, vsq; ad finem. *A facie serpentis* .i. contra serpentem, & præsentem impugnationem diaboli. Vnde psal. Parasti in conspectu meo men. aduersus eos, qui tribulant me. Modum impugnationis diaboli ostendit Iohã. frequenter dicens. *Et misit serpens* .i. callidus diabolus. *Post mulierem*.i. post ecclesiam, quia ad eam attingere non potuit, quia non habebat alas sicut ipsa. *Ex ore suo* .i. inspiratione per suos satellites. *Aquam tanquam flumẽ*, idest tribulationem inundantem. Licet enim diabolus non ad emendationem, sed ad suffocationem mittat tribulationem, tamen Deus sua dispositione facit, vt tribulatio missa mundet iustos. Isa.4. si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & in spiritu iudicij, & cum Dauid dicebat. Amplius laua me ab iniustitia, &c. De his aquis tribulationũ dicitur Cant.8. Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. Psal. Saluum me fac domine, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Vel *Misit serpens* .i. diabolus tortuosus. *Ex ore suo* .i. suggestione sua venenosa. *Post mulierem* fugientem in desertum. *Aquam tanquam flumen* .i. iocunditatem, & abundantem tribulationem, per principes mundi, quibus diabolus tota die suggerit, vt ecclesiam per-

E sequantur, vt eam faciat trahi in peccatum, de peccato in infernum. *A flumine* .i. ab impetuosa, & abundanti tribulatione. Isa.8. Adducet dñs super eos aquas fluminis, fortes & multas, regem Assiriorum, & omnem gloriam eius, & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & transiens vsque ad collum veniet, & erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ Emmanuel. Vsque ad collũ dicit, non vsque ad os, vel oculos, quia & si opprimatur ecclesia multitudine, & magnitudine tribulationis, tamen non suffocabitur, sed a Christo misericorditer liberabitur. Et signanter ostenditur Mat.14. vbi dicitur. Vespere autem facto solus autem Iesus erat in monte, Nauicula autem in medio maris iactabatur fluctibus, & erat ventus contrarius eis, quarta aũt vigilia noctis venit ad eos super mare. Quatuor vigilie noctis sunt quatuor partes persecutionis ecclesiæ. Prima fuit Tyrannorum contra martyres. Secunda Hæreticorum contra Confessores. Tertia falsorum Christianorum con-

F tra Prædicatores. Quarta erit tempore Antichristi, quæ grauior omnibus erit, de qua hic mentio fit. Et tamen tunc liberabitur ecclesia, quia dominus veniet, & interficiet eũ spiritu oris sui, Et destruet illustratione aduentus sui, vt dicitur 2.Thes.2. Vnũ psal. Multæ tribulationes iustorũ, &c. Vnde hic sequitur. *Et adiuuit terra*.i. cęlestis ecclesia, quæ est viuentium. *Et aperuit terra* .i. cęlestis ecclesia. *Os suum* in orbem ad prædicandum Deum pro muliere. *Et absorbuit flumẽ*, idest consumpsit & annichilauit illam magnam tribulationem. Vel *Terra* .i. Christus in carne assumpta. De qua dicit Iob. Terra data est in manu impij. *Et adiuuit mulierem* .i. ecclesiam militantem, quon die filios suos parientem viro suo Christo. Et quomodo adiuuit? quia tribulationes ipsius primo portauit, & exemplum, & virtutem sustinendi donauit. Vnde Isa.53. Vere langores nr̃os ipse portauit, &c. *Adiuuit*, & orando pro ecclesia, vt non deficiat in tribulationibus. Vnde Luc.22. Simon, ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te vt non

G deficiat fides tua, vnde iuuit eã tempore tribulationis eas breuiãdo, vnde Matth.24. Erit tunc tribulatio magna, quę non fuit ab initio mundi, vsque modo neq; erit. Et nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabunt dies illi. Vel *Adiuuit eam* non permittendo augeri tribulationes, quantum vellet tentator supra vires iustorum. Vnde.1. Cor.10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quòd potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. Vel *Adiuuit eam* angelos suos ad custodiam deputando. Vnde psal. Angelis suis mandauit Deus de te, vt custodiãt te in oĩbus vijs tuis, & Isa.62. Super muros tuos Ierusalẽ cõstitui custodes.s.angelos, vt dicit Glo. Item adiuuit eã.i.addiuuat quotidie, & addiuuat vsque in finem faciendo prædicari euangelium, vbi sua passio recitatur. Cuius victoria absorbet in electis, magnitudine tribulationis, vt non sentiatur, vel vt non timeatur. Quia vt dicit beatus Bernardus. Deuoti miles sua non reputat, cum benignitas ducis vulnera intue-

H tur, propter quòd dicitur Heb.12. Curramus ad propositũ nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, et consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, &c. vsque ad sanguinem restiuistis. 1.Pet.4. Christo sibi in carne passo, & vos eadẽ cogitatione armamini. Sicut fecit Moyses. De quo dicit Apostolus Hæbr.11. Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm, &c. Et hoc est, quòd sequitur. *Aperuit terra os suum* .i. Christus prædicatores euangelij sui. De quo ore dicit. Ier.15. Si separaueris ꝑciosum a vili, quasi os meũ eris. psal. Os meum aperui, & attraxi spiritum. *Et absorbuit flumen* .i. destruxit tribulationem. Matth.10. Noli timere eos, qui occidunt corpus. Luc.12. Nolite timere pusillus grex. Et non solum asorbuit flumen aperiendo os ad prædicãdum, immo ad bibendum in cruc[e] [illegible] mirrhatũ calicem passionis potum nostræ salutis. psal. De torrente in via bibit. Matth.21. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Beatus Bernardus. Super omnia reddit te

amabilem

149

amabilem mi bone Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ. Hoc enim omnino amorem meum vendicat, totum sibi, neque solum aperuit os suum, ad sorbendum flumen nostræ tribulationis: immo etiam latus, & manus, & pedes, & quasi totũ corpus suum aperuit: verũ postea pluuia inundans tota recipitur, & quasi absorbetur. Psal. Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorũ .i. apostoli, & cõparat Christo, quia eorum passio, & tribulatio respectu passionis Christi tota absorpta est, ideo dicit Isa. 2. Ingredere in petrã, & abscondere in fossam humo. *Vel adiuuit mulierem* .i. auxilium in pugna ostendit. & post pugnã *Adiuuit* adiutorium promittendo. Gen. 15. Noli timere Abraham ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis, post pugnã. *Vel terra* .i. beata Maria. De qua psal. Terram autem dedit filijs hominum. *Adiuuat mulierem* .i. ecclesiam pro ipsa orando, exemplum patientiæ conferendo, filium Dei adiutorẽ fortissimum pariendo. De quo psal. prædicandum pro muliere. Vnde Eccle. 23. In ecclesijs altissimi aperuit os suum, idest Eccle. 2. *Et absorbuit flumen* .i. sua prece ecclesiæ tribulationem mitigauit, vel per aquam fluminis significatur abundantiã terrenorum, quæ fluunt continuæ sicut aqua. Vnde psal. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere, & de hac aqua fluminis dicitur Iere. 2. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam, & quid tibi cũ via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? significat abundantissime. *Misit draco* domino permittente in ecclesiam Dei, quando à Constantino datum est ei imperium Occidentalis ecclesiæ, & signanter dicit, quòd *Draco*, siue *serpens ex ore suo misit aquam post mulierem*. Quia ex ore serpentis non exit nisi sibilus, & venenu. Et ista temporalia non sunt, nisi sibilus vnus, quia cito trãseunt, & plena sunt nouitatis, & litis, & quæ venenosa sunt, quia libenter occidit. Vnde tunc audita fuit vox angelorum in aere dicentiũ. Hodie infusum est venenũ in ecclesia Dei, sicut legitur in Apocriphis Syluestri, & quia iã appropinquat venenum ad cor ecclesiæ in psal. Saluum me fac domine, quoniam intrauerunt aquæ, vsque ad animã meam. Et de consueta bonitate, nunc primo incipit audire ecclesiam suam. *Misit mundo adiutorem* .i. terram, quæ absorbere vult totum flumen .i. principem terrenorum, qui vult auferre ab ecclesia omnia temporalia. Et licet intentio eius non sit eadem cum domino, qui propter bonum ecclesiæ suæ misit illum. Sic Nabucodonosor dicitur, quòd dominus misit eum in vindictam, & ad correctionem. Ipse autem iuit ad occidendum totum, & diripiendum bona eorum. Dominus misit eum ex misericordia, & ipse iuit ex superbia, & auaritia. Vnde Isa. 10. Væ Assur virga furoris mei, et baculus ipse est in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mãdabo illi, vt auferat spolia, & diripiat p̃dam, et ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum. Ipse autem nõ sic arbitratur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad conferendum erit cor eius, & ad internitionem gentium non paucarum. Dicet enim. Nunquid non principes mei simul reges sunt? Multa ergo, quæ ibi dicuntur, & modo, dicit ergo. *Et misit serpens* .i. diabolus. *Ex ore suo* venenato .i. suggestione sua *Post mulierem* .i. ecclesiam. *Aquam tanquam flumen* .i. a fluxu temporalium, quæ superfluunt deorsum. Et bene dicit thrait. Tractus enim motus est violentus. Nam contra naturam est, q̃ ecclesia deorsum feratur, quæ facta est vt feratur sursum. Et ideo motus sursum est ei naturalis, deorsum est ei violentus. Et ideo dicit Salomon. Prou. 23. Erue eos, qui trahuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitũ liberare non cesses. *Et adiuuit terra* .i. princeps terrenus desiderium suum. *Et absorbuit flumen* .i. opulentia temporalium. *Et misit draco de ore suo aquam* .i. abundantiam temporalem procreauit, quã p̃curauit ecclesiæ dari. Non q̃ Constantinus hoc fecerit ex diabolica suggestione, sed credo, quòd magis fecit, hoc ex instinctu spiritu sancti. Sed quia diabolus procurauit, & procurat quotidie, quòd ecclesia cor apponat in istis temporalibus, & sic minus possit intendere spiritualibus, ideo dixi, quia diabolus procurauit dari ecclesiæ abundantiam temporalem. Et tamen diabolus modo

A procurat, vt terra absorbeat flumen, hoc facit in adiutoriũ mulieris. Sed nesciius iuuat eam, quia sic paupertate recuperata liberius vacabit saluti animarum. Nam cum esset in diuitijs suis, non poterat vacare orationi, nec lectioni, & meditationi. Vnde psal. In diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Sed siccato diluuio melius faciet officium suum. Sed modo nimia ira cecatis. Non aderit. Vnde sequitur. *Et iratus est draco in mulierem* .i. contra ecclesiam, videns, quòd non potest eam trahere post se, & quòd habet auxilium, vnde ipse potuit inferre nocumentum, & sic non desinit ecclesiam diabolus impugnare semper, quærens nouos modos, & nouas artes impugnandi eam. Vnde sequit. *Et abiit* ab illo modo a quo non potuit nocere ecclesiæ *Facere prælium cum reliquis* de seruis eius, qui custodiunt mandata eius mente, & opere, & habent testimonium Iesu actiue, & passiue .i. qui testimonium perhibent Iesu, & dominus Iesus eis. Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor, & ego eum coram patre meo, & angelis eius. Item qui habent testimonium Iesu in charitate, quo signantur filij Dei. Iohan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. De hoc testimonio dicit psal. Testimonium domini fidele sapientiam præstans paruulis. Reliquos autem de semine Christi vocat ideo omnes minores sanctos, qui habent fidem, & fidei cõfessionem, quos pugnare aggreditur. Vnde dixit dominus serpenti de muliere, per quam significatur ecclesia, ipsa cõteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius .i. minoribus, qui erunt in fine. Psal. Insidiatur vt rapiat pauperem, idest illum, qui parum habet virtutibus. Sed neque omnes minores potest vincere, sed tantum instabiles, & incompactos, & aridos sub se tenens eos, & insidiatur homini. Vnde psal. Sedet in insidijs cum diuitib⁹ in occultis, vt interficiat innocentẽ. Et ideo sequitur. *Et stetit super arenam maris*. Iob vocat vmbra, calamum, & loca humentia, tamen proprie significantur hypochritæ, qui habent sanctitatis figuram sed non veritatem, per calamum, qui intus est vacuus C & extra nitidus, de facili mouentur, a quolibet vento, significantur nobiles, & instabiles per loca voluptuosa humentia, qui malis moribus, & humoribus abundant.

CAPVT XIII.

ET vidi de mari bestiã ascendentem habentem capita septem, cornua decem, et super cornua eius, decem diademata, et capita eius nomina blasphemiæ. Et bestia quam vidi, similis erat pardo; & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam.

ET vidi. Descripta est pugna in partu mulieris, & draconis in præcedenti capitulo, hic describitur pugna familiæ draconis. Describitur autem acies draconis sub duplici specie monstruosa, duarum bestiarum vnius ascendentis D de mari, & alterius ascendentis de terra. Et videtur prima bestia conflagari ex malitia laicorum, & superbia secularium principum, & ideo dicitur *Ascendentem* de mari, quia significat elationem superbiæ. Vnde psal. Mirabiles elationes maris. Et Isa. 57. Impij .i. superbi, quasi mare fluctuãs, quòd quiescere, non potest. Secunda bestia constat ex malitia clericorum, & cupiditate prælatorum. Vnde de terra per quam significatur auaritia, dicitur ascendere, & huic expositioni concordat Glo. quæ dicit primam bestiam cõstare principibus Antichristi; per quos violenter opprimet ecclesiam. Secunda ex apostolis, seu ex prædicatoribus eiusdem per quos fraudulenter impugnabit ecclesiam. Ex his patet, quòd hoc capitulum duas habet partes. In prima ponitur descriptio primæ bestiæ. ibi. *Et vidi aliam*. In secunda ponitur descriptio secundæ bestiæ, ibi. *Et vidi aliam bestiam*. Circa descriptionem prioris bestiæ: hoc modo procedit. Io. primo ponit eius proprietatem, secundum quòd

diuiditur ab alijs bestijs, cum dicit ipsam ascendere de mari, & hēre capita septem, & cornua decem ponit triplicem continentiam, in pelle cum pardo, in pedibus cum vrso, in ore cum leone. In pelle pardi, varietas, hypochritarum, in exteriori conuersanone: in pedibus vrsi, diuersitas voluptatum, in inreriori affectione. In ore leonis fętor detractionis, in superba locutione. Vel forte similitudo refertur ad pseudo claustrales. Assimilatio vrsi, ad pseudo seculares. Assimilatio leonis ad pseudo principes, seu prælatos. Ad claustrales enim pertinet pellis .i. ostensio sanctæ conuersationis exterius. Ad seculares suppositio pedum. Ad prælatos doctrina eius. Quia igitur in doctrina familia draconis. Primo ponitur, & ostenditur eius crudelitas per hoc, quòd notatur bestia, quia totum vastabit. Deinde ostenditur eiꝰ natiuitas siue genus, cum dicitur *Ascendentem de mari*, idest de Iudæis, quia & si primo fuerunt terra fertilis exculta per legem, & prophetas, cum propter peccatum maxime cruci figendo Christū facti sunt sicut mare, et instabiles, & amari. Iuxta illud Trenorū. 1. Peccatum peccauit Ierusalem propterea instabilis facta est. Hoc est, quòd dixit dominus ad Caim. Gene. 4. Vagus, & profugus eris super terram. Quia scilicet occidit Abel fratrem suum: hoc satis bene competēter figuratum fuit. Gen. 13. Vbi dicit̄ quod pentapolis erat sicut Paradisus Dei, sed postea propter peccatum suum facta est abhominabilis, & mare mortuum appellatum. Sic Iudaicus populus primo fuit populus peculiaris Dei, & quasi pentapolis, propterea habuit pentateucum. Sed post peccatum, factus est abhominabilis, instabilis, & fętidus, sicut mare mortuum. Dicitur etiam ascendere de mari, quia per Antichristum magna tribulatio nascet̄, qui erit de Tribu illa Dan, quæ fuit vilissima inter Tribus Israel. Vnde Gen. 49. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, &c. Bene etiam dicitur ascendere, quia de vili genere, venit ad magnam potentiam, & ideo ad magnam crudelitatem inardescet, quia quando aliquis vilis sublimatur, crudelior omnibus est. Et in alia scriptura, rusticus si exaltatus fuerit, in audaciā crescit. Vnde Ver. Asperius nichil est, humilis cū surgit in altum. Per hoc etiam quòd dicitur ascendere de mari, non cito casurus. Et de instabili, & fluxibili fundamēto veniet, & ideo non potest super hoc ædificium, hoc modo diu stare. Vnde, & in fine præcedentis capituli dicitur stare super arenam maris. De quo dicitur Matth. 7. Omnis qui audit verba mea, & non facit, similis est viro stulto, qui ædificat domum suam super arenam, &c. Sed licet per bestiam possit accipi, & intelligi congrue, & vere Antichristus, vt dictum est, congruentius intelligitur per bestiam istam tota collectio malorum .i. integer Antichristus. Dicit ergo. *Et vidi* .i. spiritualiter intellexi *Bestiam* .i. malorum multitudinem bestialem. *De mari* .i. de amara suggestione diaboli. Vel de infidelitate cordis Christi. *Ascendentem* De vitio, in vitium. Vel per principes malos contra ecclesiam, se extollentes. *Habentem capita septem* .i. vniuersos principes, qui regunt, & defendunt bestiam .i. infidelium multitudinem contra ecclesiam bestialiter insurgentem. De quibus capitibus dicitur Amos. 6. Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in montes Samarię, optimates capita populorū, &c. Item *septem capita* bestiæ sunt principes totius iniquitatis, in septem ętatibus mundi. Quorum primus est Caim in prima ætate, in quo incępit ecclesia malignantium, sicut ecclesia catholica, ab Abel, & recte a Caim incepit ecclesia malorum, & ecclesia bonorum ab Abel. Caim interpretatur possessio. Abel interpretatur nihil hoc. Quia malorum ecclesia surgit, & fundatur super diuitias. Bonorum vero ex paupertate surgit, et super paupertatem fundatur. Ecclesia malignantium terminatur in Antichristū. In secunda ętate, qui est vltimum caput. Et ecclesia bonorum terminatur in Christum pauperem, qui est vltimum caput ecclesię bonorum. Secundum caput fuit Nembroth, qui cępit primo dominari in orbem terrarū. Vnde de ipso dicitur Gen. 10. Porro Chus genuit Nembroth. Ipse cępit esse potens in terra, & erat robustissimus venator coram domino, fuit autem principium regni eius Babylon, Caput fuit Ismael,

E a quo fuerunt Ismaelitæ .i. Sarraceni, cuius manus contra omnes, & omnes contra ipsum, vt dicitur Gene. 17. Et hęc fuit tertia ætate. Quartum cap. in quarta ętate, Pharao in terra Aegypti Rex, qui populū Israel multipliciter in Aegypto afflixit, vt legitur Exo. 2. & 3. In quinta ætate fuit quintum caput Nabuchodonosor, qui populum Israel captum duxit in Babylonem, vt legitur. 4. Reg. 25. In sexta ætate fuit sextum caput Herodes, qui dominum quęrens pueros occidit, vt legitur Matth. 2. In fine sextę ętatis, quæ similis erit cum septima, quasi in septima ætate erit septimꝰ caput .s. Antichristus, sub quo erit maxima persecutio, & afflictio ecclesiæ Dei, sed quoniam hæc bestia quam vidit Iohannes tantum contra ecclesiam Christi pugnaturā ostēdit. Videtur, quòd aliter sint assignanda septem capita, per quæ ecclesia Christi a principio Christi, vsque ad finem legitur esse oppressa, & afflicta. Primum ergo caput bestiæ per quod bestia, venenum suum effundit in ecclesia, & eā inquantum potuit laniauit, fuit Herodes. Per ipsum enim

F voluit, natum Christum deuorare, & quęsiuit, & quia ipsum occidere non potuit, innocentes occidit. Matth. 2. Cum ipso autem accipiendi sunt omnes reges regionis Iudęorū, quos in persecutione Christi tam regni, quàm sceleris habuit successores. Secundū caput fuit Nero interfector principum Apostolorum Petri, & Pauli, cum quo accipiendi sunt omnes eius successores, vsq; ad Iuliannm apostatam, qui omnes persecuti sunt ecclesiā Christi. Tertium caput fuit Constantinus Arrianus, qui miro modo cum omnibꝰ Arrianis afflixit ecclesiam Dei. Quartum caput fuit rex Persarum Casdrem, in cuius tempore confirmata est secta Manicheorum. Quintum caput fuit rex Babylonis nouæ qui volens apparere similis altissimo, & sedere in monte testamenti multas propter hoc ecclesijs domini nostri Iesu Christi, persecutiones ingessit. Sextum caput est illud, de quo dicitur in Daniele. 7. Alius consurget post eos, & ipse potentior erit præ omnibus, qui nostris temporibus multa mala fecit ecclesiæ Christi. Si quis sit ille non est nostrum

G determinare. Septimū caput erit Antichristus. De quo dicit Dan. 8. Consurget rex impudens facie, et intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribꝰ suis, & supra quam credi potest vniuersa vastabit, quàm vis aliquibus videatur, quòd hic rex, de quo sic loquitur Dan, ad sextum caput pertineat, sed forte sicut Iohannes Christum præuenit, sic iste Antichristum, & ideo, quòd dicit Daniel, vterq; potest conuenire, Sed certum caput .i. Antichristum, inducit diabolus ad loquēdum per os eius, qui in signis, & prodigijs, & mendacijs decipiet multitudinem infinitam, ita vt pauci euadant, & sicut Christus dictus est rex, pontifex, & propheta, ita ipse nunc regem, nūc pontificem, nunc prophetam se simulabit, & dicet, & tam magna signa faciet, licet omnia sint falsa, vt nulla extimentur signa Christi comparatione signorum eius. Ab his septem capitibus Iohannes vidit ecclesiā passuram, quæ tamen septuplex persecutio figuratiue præcessit in Synagoga. Omnia siquidem contingebāt illis in figura. vt dicitur Cor. 10. Pri-

H ma fuit ab Aegyptijs mortuo Ioseph, quorum caput fuit Pharao cum magis suis. Secūda fuit ab Cananeis mortuo Iosuę, quorum caput fuit Iabin cum Sisara. Iudith. 4. Tertia fuit decē Tribuū contra duas, cuius caput fuit Ieroboā mortuo Salomone. 3. Reg. 12. Quarta fuit ab aduersarijs, quorum caput fuit Salmanassar contra decem Tribus, & Semnacherib contra duas Tribus. 4. Reg. 17. & 18. Quinta fuit a Caldeis, quorum caput fuit Nabuchodonosor, qui Ierusalem destruxit, & Israel captiuum duxit. Sexta fuit in ipsa captiuitate, sub Assuero rege, qui dedit sententiam de omnibus Iudæis pariter occidendis Aman, cędem procurante. Hest. 3. Septima fuit in Assyris, quorum caput fuit Antiochus Epiphanes, qui tēplum domini profanauit, & multa mala fecit populo Israel, vt legitur. 1. Machab. in multis capitulis, circa principium, sed est valde, quòd in qualibet persecutione misit Deus filijs Israel, aliquē adiutorem, vel liberatorem, qui eriperet eos de manibus inimicorum. A prima liberauit Moyses, & Aaron. A secunda

Barach,

Barach, & Delbora. A tertia. Ezechias, q reliquias decē Tribuū reuocauit ad cultū diuinū, cū ducibus. A quarta Angelus Dei, qui vna nocte occidit exercit⁹ Sēnacherib. s. centū octuagintaquatuor millia. A quinta Cyrus Rex Persarū sub Esdra, & Zorobabel. A quinta Hæster, & Mardoche⁹ A septima Iudas Machabæus, & fratres eius. Sic ecclesiæ suæ misit, & mittit adiutores Christus in suis persecutoribus. Nec est mirum si prædictis septem capitibus, ecclesia tribulatur diabolo procurante, qui super omnia studet operibus creatoris, contrarius inueniri, propter quod contra prædicta septem capita, septem ordines prædicatorū, de quibus supra dictum est, misit Christus, qui ecclesiam suam consolari sunt, in septem suis persecutoribus. Sed diabolus, vt dixi operibus creatoris vult semper contrarius inueniri. Vnde per Adam, quem quasi colonum Deus posuit in Paradiso, ipse diabolus in ciuitatem Deo permittente, sibi præparauit Herodem ad Christi persecutionem. Itē pro Noe, viro iusto archæ rectorē posuit in vrbe Neronē, ecclesiæ destructorem. Item pro Abrahaam fideli posuit in imperin Constantinum Arrianū. Item pro Mnyse legis sanctę latore posuit Machomectū, legis profanę doctorem. Item pro Iohanne Baptista surget, vel forte iam surrexit Rex ille, qui scripeus est in Dan. 7. cap. Item pro Elia, qui venturus est surget Rex septimus. s. Antichristus Eliam occisurus. *Et cornua decem* .i. decalogi decem transgressores, & impugnatores, qui illi bestiæ adherebunt, & membra bestiæ erunt. *Et super cornua eius decem diademata* .i. gloriam de impugnatione eorum, qui seruant decalogum, & de destructione decalogi, quia omnia pręcepta per principes illos infringentur, & de hoc gloriantur. Sicut dicitur Prouer. 1. lętātur cum male fecerunt. *Et super capita eius* .i. super principes iniquos. *Nomina blasphemiæ*. Quia dicent, & dici facient, Christum fuisse non verum Deum, sed magum. Item septem capita bestiæ possunt dici septem vitia capitalia. *Et decem cornua*, præuaricatores decalogi, & ideo capita, & cornua coniungūtur, quia per septem vitia capitalia decalog⁹ impugnatur. *Et super cornua eius* .i. super legis præuaricatores. *Decem diademata*. i. decem gentes, quæ miro modo ecclesiam Christi expugnare conati sunt, & super eam victoriā obtinere volunt. Quarum prima est gens Iudæorum. Secunda gens Paganorum. Tertia gens Sarracenorū. Quarta gens Arrianorum. Et hæ quatuor significatæ sunt in Dan. 7. per quatuor bestias, de quibus ibi dicitur. Ecce quatuor venti cęli pugnabant in mari grandi, & ecce quatunr bestię ascendebant de mari diuersæ inter se. Prima, quasi leena, & alas habebat aquilę: aspiciebā donec auulsæ sunt alæ eius, & subleuata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor eius datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrso, in parte stetit, & tres ordines dentium erant in ore eius, & sic dicebant ei. Surge comede carnes plurimas: & post hæc aspiciebam, & ecce alia bestia quasi pardus, & alas habebat auis quatuor super se, & quatuor capita erant in bestia. Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedebat, atq; comminuebat, Cœli nomine signatur sacra scriptura. Ergo quatuor venti cœli sunt quatuor intellectus scripturæ. s. Hystoricus, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus. Per mare magnum designatur hoc seculum. Quatuor ergo venti cœli pugnant in magno mari. Quia quatuor sunt intellectus scripturæ, quibus mundus impugnatur. Quia per hos terrena contemni videntur, atque docentur. Cum autem hæc pugna fieri cępit prædicantibus Apostolis: tunc prima bestia apparuit. i. ferocitas Sinagogę. Cuius duæ alæ, quibus superbiendo ferebatur in altum, sunt duæ secretæ Iudaici populi. Vna Saduceorum, alia Pharisęorum. Sed hę eius alæ sunt auulsæ a leena, quia tradita est bestia. i. exercitus Iudæorū in manib⁹ inimicorū, qua tradita, mox illæ sectæ perierūt. Et tūc stetit supra pedes suos quasi homo, quia humiliata fuit, & se homines cognouerunt Iudæi, qui prius se super alios efferebant. Quod autem sequitur. *Et cor eius datum est ei*, refertur ad tempus Eliæ, quando reuertentur corda patrū

A ad filios, vt dicitur vlt. Malach. Vel forte, quia semper fuerunt duræ ceruicis, & indomabilis cordis. Dicitur, quòd tunc datum est ei cor eius, quia adhuc in sua duricia persistunt. Secunda bestia similis vrso, hęc est Paganorum bestialis multitudo, cui dicitur, vt surgat, & comedat carnes plurimas, quia infinita multitudo Christianorum occisa est a Paganis. Vnde psal. Effunde iram tuam in gentes, quę te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt, & rursus. Et comederunt Iacob. i. populū Christianum. Tres ordines dentium, quos habebat in ore, sunt Tyranni eorum, Sacerdotes templorum, & cultores idolorum, quia sine more in Christianorum necesse seuierunt. Tertia bestia similis pardo fuit gens Arriana, quæ idcireo quatuor capita dicuntur habuisse, quia quatuor gentes illíc temporis in illam hęresim conuenerunt, a quibus inchoata est gens Gotthorum, Vandalorum, Longnbardorum, qui omnes simul contra sanctam ecclesiam surrexerunt. Et recte dicitur hęc bestia similis pardo, quia quidam Arrianorum

B Pagani fuerunt, quidam Christiani. Item per malitiam latentem interius, & simplicitatem apparentem exterius. Quatuor autem eius alę sunt quatuor errores. Vna propria Arrij. Alia Eunomi. Tertia Macedonij. Quarta Cherinthi, quibus per totum mundum volabat hæresis Arriana, propter quām Martinus Papa iubente Constantio Imperatore in exilium missus est. Quia Arrius fuit caput inter oēs istos, ideo caput nomine eius oīs hęresis illi⁹ temporis dicta est Arriana. Quarta bestia est gens Sarracenorum a Machometho decepta, cuius ferocitas siue malitia, quātum inualuerit, testatur desolatin ecclesiarum Syriæ, Fœnicis, Palestinæ, Aegypti, Mauritaniæ, & multarū insularum maris. In quibus abolito Christi nomine, ipsius Machomethi detestāda traditio quasi magni pphetę prædicatur. Heu quanta mala faciet Antichristus cum isto in suo mendacio, tot mala fecerit. Sic enim Moyses lator legis præcessit Christum, sic Machnmethus lator mendacij præcessit Antichristum. De ista bestia dicitur, quòd non est si-

C milis alijs. Quia Iudæi, licet peccauerint contra fidē Christi, etiam ipsis remittentibus, ędificatę sunt ecclesiæ multæ in Ierusalem, & non post multos dies dissipati sunt a Romanis. Item Pagani pugnauerunt contra Christum, sed quotidie vincebantur a milinbus Christi, ita, vt in diebus Syluestri Papæ, ipsi Christi Vicario ius imperiale tradiderunt. Item Gotthi, & Vandali, Longobardi, & alij Arriani, partim deleti sunt exercitu Romannrum, partim quasi ad fidem catholicam. Sed hæc quarta bestia indnmabilis extitit semper, vt etiam hodie nullus valeat contra eos os aperire, quia capitalis sententia data est contra prædicatores, si quis auderet contra eam prædicare. In his ergo quatuor bestijs, si bene aduertas. *Decem diademata* .i. decem gentes inuenisti. Nam prima bestia duas fecit. s. Saducæos, & Pharisæos. Secunda tres. s. Tyrannos, Paganos, Sacerdotes templorum, & cultores Idolorum. Tertia bestia quatuor facit, Gręcos, Gotthos, Vuandalos, Longobardos, qui fuerunt omnes Arriani. Hęc nona cum vltima bestia sunt de-

D cem. Sequitur. *Et super capita eius* .i. super septem vitia. *Nomina blasphemiæ* habebat .i. viros blasphemos, in nequitia nominatissimos. Et dicuntur esse super, quia non ipsi vt teneantur expectant, vel vt trahantur amicis, sed ipsi trahunt vitia, & subiectos his vitijs seruientes, & de familia sua habent. Iuxta illud Prouer. 14. Princeps, qui libenter audit verba mendacij omnes mendaces habet ministros. Sequit. *Et bestia quam vidi*. Hic describit bestiam Iohannes, tam a potestate, quām a nequitia instigante. Vnde dicit. *Et bestia*, eadem. s. quā vidi de mare ascendentem similis erat pardo, propter varios modos decipiendi, quos habebat hæc bestia. Varijs enim hæresibus erat plena, & varijs simulationibus occultans sua vitia. Iere. 13. Si mutare potest Aethyops pellem suam, & pardus varietates suas, &c. Et pedes eius, idest inferiores portantes eam, hi sunt, qui necessaria prouident bestiæ laborando: & artibus diuersis lucra congerendo vnde viuit bestia. *Sicut pedes Vrsi, qui Lati* sunt, & pilosi, & vnguibus armati, & isti erunt possessoribus plurimis

dilatati, & nihilhominus cupidi, & auari, quocunque modo rapientes non sua. *Et os eius* .i. doctores bestiæ. *Sicut os leonis*, quòd est fœtens, & vorans, & doctores bestiæ fœtent, fama, & nocebit militia. Iere. 4. Ascendit leo de cubili suo: prędo gentium subleuabit se, & egressus est de loco suo, vt ponat terram suam in solitudinem. Oseæ. *Et dedit illi* .s. bestię *Draco* .s. diabolus *virtutem* suam ad nocendum, & decipiendū ad miracula faciendum, vt dicit Glo. Sed cum miracula fiant ad Dei manifestationem, & Deus non manifestetur per illa, quomodo erunt miracula? Præterea diabolus non habet potestatem nisi in naturalibus, & non in eis, quæ supra naturam sunt, vnde videtur, quòd non possit facere miracula. Ergo non potest dare potestatem alijs faciendi illa. Solutio, re vera illa non erunt miracula licet videantur, sed erunt mirabilia præter solitum vsum naturæ facta. Et vera differentia est inter mirum, & mirabile, & miraculum. Mirum enim, & mirabile sunt iuxta naturam, Miraculum supra. Vel mirum dicit ammiratione inuidente. Mirabile inuisibili. Miraculum in vtroque, & fit proprie ad manifestandum Dei virtutem. Est ergo sensus. *Dedit illi draco virtutem suam* ad faciendum miracula .i. mirabilia. Vnde ammirari possunt videntes propter nouitatem rei, vel propter modum faciendi. Sicut quando fecerunt magi serpentes de virgis. Non fuit miraculum, sed mirabile, quia cito fecerunt, quòd natura tardius faceret. *Et potestatem magnam* seducendi multos. Vel opprimendi, & non vndecim, quę ponuntur hic per ordinem, per quæ significatur totum corpus malorum, qui semper sunt in transgressione. Primo dicit bestia ascendere. Secundo *De mari*. Tertio. *Habens septem capita*. Quarto *Habens cornua decem*. Quinto *Habens decem diademata*. Sexto *Habens nomina blasphemiæ*. Septimo, quòd *Est similis pardo*. Octauo, quòd habet *Pedes vrsi*. Nono, quòd habet *Os leonis*. Decimo, quòd habet *Virtutem draconis*. Vndecimo quòd habet *Os leonis*, & quòd habet *Potestatem magnam*, & quia vndenarius numerus est transgressionis, ideo significatur, quòd hæc bestia complectitur totum corpus malorum. Sicut in psal. vbi dicitur tabernacula Idumeorum, & Ismaelitæ. Ibi nominantur vndecim populi. per quos significatur totum corpus diaboli, cui debetur pœna significata per vndecim generationes. Soph. 1. vbi dicitur. Dies illa, &c. Et per vndecim opera Isa. 13. Vsque ad 24. Sequitur, *Et vidi*. Post descriptionem bestiæ, in qua dictum est, quòd habet septem capita, describit Iohannes principale caput eius, idest Antichristum. Primo ponens simulationem, per quā cunctos adducit in ammirationem. Ipse enim, vt credatur esse, Christus in lege promissus simulabit se esse mortuum, & post tres dies per artem magicam feretur in aerem, ministerio dæmonum, & sic putabitur resurrexisse. Sed tandem patebit falsitas simulationis, quando à Christo occidetur. Dicit ergo. *Et vidi* spiritualiter. *Vnum de capitibus suis* .i. Antichristum, qui principatum obtinet, inter septem capita nefandæ multitudinis, quasi occisum in mortem .i. quasi mortuum. *Et plaga eius mortis* simulatione *Curata est*, per simulatā rationem. Sic enim mors simulata erit, & in numero. Sic & resurrectio vtcūque magna arte, & mysterio dæmonū fiet, quod patet quia moriens non occidet mortē, sed Christus. De quo dicitur Osee. Ero mors tua, o mors, &c. *Et admirata est vniuersa terra* .i. homines, qui nesciebant fraudem, admirati sunt, dicentes, & credentes mortuum resurrexisse. *Post bestiam*, euntes: mente, & corpore ad literam sequuntur eam, admiratione. Sicut legitur Iohannes. 12. Et multi veniebant videre Lazarum, quem Iesus a morte suscitauit. *Et adorauerunt draconem*. Glo. i. diabolū, qui dedit potestatem Glo. resurgendi, vt videbatur bestię .i. Antichristo. *Et adorauerunt bestiam* .i. diabolum in Antichristo, quem putabant vere a mortuis resuscitatum: sicut illi, qui videbant Christum miracula facientem, glorificabant Deum, qui per Christū, & in Christo talia faciebat. Sed nunquid isti credent Antichristum a diabolo habere potestatem an a Deo? Si a Deo ergo adorabunt Deum, & non diabolū. Si a diabolo, quomodo ergo sequentur eum? Solutio. Multi scient eum esse malum, & multi simplices nō aduertēt aliquid de malitia,

E aut de bonitate sua. Sed omnes sequentur eum propter dona, quæ dabit, aut propter timorem mortis, aut vidētes mirabilia, quæ ipse faciet, dicent. Benedictus, qui dedit illi talem potestatem .i. vsum talis potestatis, & hic est diabolus, & ita in communi adorabunt diabolum non sub propria ratione dicentes, ex admiratione visorum, & ex pusillanimitate cordis. *Quis similis bestiæ*, huic .i. potestate, & miraculorum operatione? *Et quis poterit pugnare cum ea?* idest resistere potestati, & voluntati eius, quasi dicat nullus. Et nota quòd quatuor dicuntur hic de bestia .i. de Antichristo, in quo laudatur. Primum admiratio. Vnde dicitur. *Et admirata est vniuersa terra*. Secundum est imitatio. Vnde dicitur. *Post bestiam*. Tertium est adoratio. Vnde dicitur. *Et adorauerunt bestiam*. Quartum est laudatio. Vnde dicitur. *Dicentes, quis similis bestiæ?* Hæc quatuor debet omnis Christianus reddere Christo .s. ammiratio sapientiæ eius. Vnde Roma. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientię Dei. Hic enim valde admirabilis in maioris mūdi creatione, quia de nichilo

F sciuit tam pulchrum mundum facere. Sed magis admirabilis est in minoris mundi .i. hominis formatione, in quo totum mundum maiorē conclusit, quòd valde mirabilis est, Vnde et omnis creatura dicitur supra, quia vniuersalis mūdus in homine extrinsecus abbreuiatus est. Et significatum est in hoc, quòd vniuersale verbum, æternum, & inclytum erat, & abbreuiandum, quòd maxime admirabile est. Modo sapiētia Christi admirabilis est in mundi creatione. Admirabilior in hominis formatione. Admirabilissima in sui humanatione. Item imitatio debet reddi patientię, humilitati, & obedientię eius. Vnde Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, ideo factus est homo ad imaginem Dei, vt .s. posset eum imitari, in quibus imitandus est. Item adoratio debet reddi eius diuinitati, siue potentię. Vnde Matt. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Item laudatio debet reddi eius bonitati. Vnde psal. Confitemini domino, quoniam bonus .i. laudate eū. Infra. 19. Laudem dicite Deo omnes sancti eius. Exo. 15. Quis similis

G tui in fortibus domine, quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia. Re uera mirabilia, quia fecit Deum, hominem, matrem, virginem, cor credulum. *Et datum est ei*. Hic ostenditur Iohanni effectum simulationis Antichristi. Ex eo enim, quòd ipse videbit, quòd credetur eum resurrexisse a mortuis, orietur in eo præsumptio blasphemandi Christum, & sanctos eius, vt dicit. Glo. Vnde dicit. *Et datum est ei*, permissiue, tamen *Os loquens magna* de se. Dicet enim se esse Christum verū Deū. *Et blasphemias*, quia dicet se esse maiorem Christo. Vnde. 2. Thi. Qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Dan. 11. Aduersus Deum Deorum loquitur magnifica. Ad istum pertinent tanquam mēbra eius, omnes qui se magnificant, contra quos dicit psal. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, et linguam magniloquam. *Et data*. Hic ostenditur, quantum durabit persecutio ecclesiæ, & dominatio Antichristi .s. trib⁹ annis, & dimidium, quantum durauit aperta prædicatio Christi, &

H hæc frequenter recitat Iohannes, triplici ex causa. Primo, vt nos præmuniamur contra illam. Secundo, vt minus timeamus, quia cito transibit. Tertio, vt non quęramus talem gloriam, quia cito terminabitur. Dicit ergo, *Et data est illi potestas* .i. voluntas facere prædicta mala. *Mensis quadraginta duos* .i. per tres annos, & dimidium; In quo tempore maxime circa finem, in tanta præsumptione extolletur, vt iam publice audeat blasphemare, quod prius faciebat occulte. Vnde sequitur. *Et aperuit os suum in blasphemias*, aptas, & manifestas. *Ad Deum* .i. contra Deū, vel ad Deum .i. vsque ad Deū, quia dicet Christum, non fuisse, vel esse filium Dei, & Apostolos Christi non fuisse veros Apostolos. Dan. 7. Contra excelsum loquetur, sanctos altissimi conteret, & putabit, quòd possit mutare tempora, & leges, & tradentur ad manus eius, vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Item Dan. 11. Aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur donec compleatur iracundia, perpetrata quippe est definitio, & Deum patrem suorum non

reputabit,

reputabit, & erit in concupiscentia fœminarum. Vnde adhuc sequitur hic, *Blasphemare nomen eius* adhuc supple. *Aperuit os suum.* Vt.s.blasphemet nomen domini. Glo.i. omnem institutionem eius. Vel nomen eius.i. vitam, & doctrinam eius, per quam nominabilis est dignus nominatione, & memoria. Pro.10. Memoria iusti cũ laudib⁹, & nomẽ impiorũ putrescet. *Et tabernaculum eius.* Glo.i. illos, qui Christo militant. Vel *Tabernaculum eius*, idest sancta ecclesia, in quo Christi milites suscipiunt arma.i. virtutes, doctrinã, & dona, & sacramẽta, quę sunt arma fideliũ.i. corp⁹, dicẽdo ipsum fantasticũ, non verum. Vel dicendo ipsum adhuc in morte detentum, vel dicendo ipsum peccato obnoxium, vel de Ioseph semine esse natum. De hoc tabernaculo dicit Infra.21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.* Leuit. 26. Ponam tabernaculum suum, & cæt. 1. ardorem passionis in corpus suum. *Et tabernaculum .s. Et eos, qui in cælo habitant .i.* sanctos, iam feruentes Deo, vt Petrus, & Paulus, & alios, quos ipse condemnabit.i. damnatos prædicabit, quia secuti sunt Christum. Sic dicunt multi Hæretici.s. omnes confessores, qui fuerunt a tẽpore Syluestri, esse condẽnatos. De quibus dicit psal. Adipem suum concluserunt, os eorũ locutum est superbiam. *Et datum est illi*, .i. permissum est. *Facere bellum cum sanctis*, disputando, promittendo, comminando. *Et vincere eos* corporaliter, occidendo, quòd non multum timendũ est, quia dominus pro quo corpus occiditur, cito reddet melius. Occidetur enim corpus mortale, corruptibile, & deforme, & dominus reddet immortale, incorruptibile, & gloriosum .1. Cor.15. Mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile incorruptibilitatem. Vincet etiam Antichristus aliquos specialiter, quos, vel minis, vel beneficiis, vel rationibus, vel promissionibus trahet in peccatũ. Vnde Dan.11. Ingredietur terras, & conteret, et pertransiet & introibit in terram gloriosam, & multos cõteret, vel corruet. *Et data est potestas*, quo ad minores. *Et linguam*, quo ad malos Christianos. *Et gentem*, quo ad Paganos. *Et adorabunt eam*.i. bestiam. *Omnes, qui habitant in terra.* Glo.i. qui dediti sunt terrenis. *Quorum non sunt scripta nomina*, stilo prædestinationis. *In libro vitæ, & agni*, qui est ipse agnus. Ecclesia. 24. Hęc omnia liber vitæ, & testamentum altissimi, & agnitio veritatis, agni, dico. *Qui occisus est ab origine mundi* .i. præfiguratur occidi in mortem ipsius, vel in agno, quem obtulit Abel. Vel occisus est.i. pręuisus occidi a tempore.i. ab origine mundi.i. ante originem mundi. Simile. Eccl.24. Ab initio, & ante secula.i. ante initium mundi, præuisa sunt creari. Vel. *Occisus ab origine mundi*. Tunc enim statim .i. post originẽ mundi cępit Christus occidi in suis. Cum aliquis pro Christo occiditur, Christus in eo occiditur. Vnde Petro quęrenti de eo, quo vadis? Respondit dominus, vado Romam iterum crucifigi. Matth.25. Quod enim vni ex minimis fecistis, &c. *Si quis habet aurem* corporis, *audiat*, & auribus cordis, quæ.s. pœna, & miseria sequatur Antichristum, qui in tanta gloria erit, sed parum durabit. Vnde psal. Ne timueris, tu Christiane cum diues factus fuerit homo.i. Antichristus, qui re vera erit homo, quàmuis dicat se Deũ. Quoniã cum interierit, nõ sumet omnia. &c. *Qui in captiuitatem*, peccati, vel inferni vadit, velit nolit, *vadit*. Non dicit *vadit*, quia data est sententia de talibus. Iohan.3. Qui non credit iam iudicatus est. Item Iohan.16. princeps mundi eiicietur foras cum corpore suo. Eze.11. In transmigrationem, & captiuitatem, ibũt.s. socii Antichristi, & dux qui est in medio eorum .i. ipse Antichristus in humeris.s. portabunt in infernum. Amos.1. Super tribus sceleribus traham, & super quatuor non conuertã, eo, ꝙ conclusit, per peccatum captiuitatem in Idumæam. Isa.34. Vę qui prędaris, &c. Et qui in gladio mortali, vel iniquæ persuasionis, aut cuiuscũque prauæ deceptionis, occiderit alios sicut Antichristus, & sui *Oportet eum gladio* finali sententię. *Occidi*, in anima, & corpore. De quo gladio dicit Iob.19. Fugite a facie gladii, quoniã vltor iniquitatis est gladius. Similiter intelligit illud verbũ domini. Matt.26. Omnis qui occiderit gladio, gladio peribit æterno, siue extremo iudicio, vel gladio, spiritus, quòd est verbum Dei, Ephe.6. Et talis morte bona non occidit,

A quia peccato moritur. Item qui in gladio linguæ occidit aliquem trahendo. vel maledicendo, vel litigando, vel falsum testimonium dicendo, vel iurando, vel causam iniustã in aduocatione scienter fauendo, oportet eum gladio occidi, hic bona occasione gladio proprię linguę peccatum confitendo, & veniam petendo. Sicut dicit Augustinus. Non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, &c. Vel in futuro gladio æternæ damnationis. De quo psal. Gladius ipsorum intret in corda ipsorum. De gladio linguæ dicit psal. Lingua eorum gladius acutus. Iere. Sagitta vulnerans lingua eorum, vel in gladio occidi, qui iniuriam suam quasi iudex vindicat. *Oportet in gladio occidi* .i. ipsa vindicta, quàm sumpsit erit ei causa damnationis, quia rem alienam sibi vsurpauit. Deut.32. Mihi vindictam, vel Mea, est vltio. Ro. 12. Eccl.28. Qui iudicari vult a domino inueniet vindictã, vel qui in gladio, &c.1. Iuxta mensuram culpæ, vel iniurię dabitur eis mensura pœnæ, vel emendę. Matth.6. Eadem mensura, &c. Deut.25. Iuxta mensurã peccati, & erit, &c.

B *Hic est patientia, & fides sanctorum* .i. hoc tempore probatur quicũque sanctorum sint patientes, & fideles. Multi .n. tẽpore pacis videntur sibi patiẽtes, & fideles qui tempore persecutionis inueniuntur, infideles, & impatientes. Luc. 8. Ad tempus credunt, &c. Ideo dicit Eccl.2. In humilitate tua patientiã habe, quoniam in igne probatur aurum, &c. Vel *Hic* inter tribulationes præsentes, est patientia necessaria, quæ ęquanimiter sustineatur. *Et fides sanctorum*, similiter est necessaria, quia credunt post tribulationem se remunerandos, & per tribulationes ad regnum peruenturos. Actu.14. Per multas tribulationes apparet patientia, et fides sanctorum.i. in tempore tribulationis, quæ tempore pacis latent. Vnde Eccl.2. Non agnoscitur in bonis amicus, & nõ abscõdetur in malis inimicus. Item hæc est patientia, & fides sanctorum.i. ad considerandas pœnas malorum, & remunerationes bonorum. Licet modo opprimantur, & vincũt & superant omnes tribulationes, aspicientes in futurum. Vnde Hæbr.12. Per patientiam curramus ad propositum

C nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, &c. Super hoc verbo dicit Augustinus. Omnia bona contẽpsit Christus homo, vt contemnẽda monstraret, & omnia mala sustinuit, quæ sustinenda pręcepit, vt nec in illis quęreretur felicitas. Nec in istis timeretur aduersitas. Item *Hic est* .i. in pręsentia est sustinentia passionum, quę est patientia, & fides sanctorum, sunt illęsa, & incontaminata, quia quantũcũque sint graues passiones omnes, in nullo redditur patiẽtia, & fides eorum immo in omnibus superat. Heb.11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam. Iaco. 6. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Luc. 21. In patientia vestra. Vel *Hic* .i. substinendo pręsentes tribulationes. *Est patientia, & fides sanctorum.* Quia ad hoc datur omnis fides, & patientia, vt possit substinere præsentes tribulationes. Vnde Paulo vt discedatur ab eo stimulus dictum est. Sufficit tibi gratia mea.1. Cor.12.i. patientia quã dominus dederat ei, vt posset substinere. Vel *Hic est patientia, & fides*.s. in præsenti, & vsus fidei, & præmia sanctorum,

D quę in futuro cessabunt.1. Cor.13. Cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quòd ex parte est: patientiæ vero succedet, præsentia fidei, & visio manifesta. Vel *Hic est*, idest circa hæc.s. passiones, & tribulationes. *Est patientia, & fides sanctorum* sicut circa merces, est negociatio eorũ, hic siquidem sunt merces, & negociatio eorum. Vnde comparant sibi diuitias regni cęlorum. Beati patiuntur propter iustitiam. Matt.5. & Luc.19. Negotiamini dum venio. Gregorius. Sancti pęnas pręsentes lucrum putant, quia per has æternas euadere non ignorant. Vel *Hic est patientia, & fides sanctorum*, sicut argentum in argentaria, & aurum in aurifodina. Fides enim, & patientia sanctorum, ex his exercetur. Roma.5. Tribulatio patientiam operatur. Iob.28. Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Vel *Hic est fides, & patientia sanctorum*, sicut fructus in arbore verbi oritur, & maturatur. Can.6. Ascendi in palmam, & apprehendam fructus eius. Vel *Hic* .i. in tribulationibus. *Est patientia*, sicut piscis in aqua, sine aqua viuere

uere non potest. Isa. 50. Ponam flumina in siccum computrescent pisces. *Hic est patientia*, sicut aurum in fornace, vbi purificatur. 1. Pet. 1. In quo exultabitis modicum, nunc si contristari oportet in varijs tentationibus, vt probatio fidei vestrę, probatior sit auro. Quòd fornax auro, hoc tribulatio viro iusto. Vel *Hic est patientia* .i. ad hoc quid finem eorum, cuius consideratione conficitur. *Patientia*. Vel *fides sanctorum*. Vnde Glo. Respiciendo pœnam malorum, & remunerationem beatorum patientes sunt, & fidem tenent sancti. Vel *Hic*.i. in tribulationibus, & pressuris mundi. *Est patientia, & fides sanctorum*, sicut in auro gemma. Eccl. 32. Gēma carbunculis in ornamento auri expectatio præstolantis. Vel *Hic est patientia* sicut semen in agro, vbi non solum seruatur, sed crescit ac multiplicat, & fructificat. Psal. In tribulatione dilatasti mihi. Exod. 1. Quanto opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur. Gene. 7. Multiplicatę sunt aquæ .i. tribulationes, & eleuauerunt archam in sublime. Sequitur.

Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ, et adorauerunt bestiam dicentes. Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias, et data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem Tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt eam omnes, qui inhabitabant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Siquis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet, qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia, & fides sanctorum. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra: & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius, & fecit terram et habitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna; vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominū. Et seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ: dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. Et datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ, & faciet, vt quicūque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis, & nequis possit emere, aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectū: computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

Et vidi. Hic est secunda pars Capituli, in qua agitur de persecutione Ecclesiæ, a falsis Christianis Antichristi inferenda, quæ nomine bestiæ designatur, quia carnales, & irrationabiles erunt circa ecclesiam bestialiter seuiendo, primo autem describit Iohannes hanc bestiam. Postea docet quomodo cauendum est ab ea. Describit autem a duobus. Primo a malitia, tam occulta, quàm aperta. Deinde

E a potentia, & potentiæ suæ differentia. Hæc autem bestia differt a præcedenti, quia illa de mari ascendit, hæc autem de terra. Vnde per illam significatur Antichristus, & principes sui. Item per illam significatur multitudo gentium, Christo adhærentium in ecclesiæ persecutione. Per hanc significatur multitudo falsorum Christianorum ecclesiam persequentium cum Antichristo. Dicit ergo: *Et vidi* .i. spiritualiter intellexi, aliam bestiam. Glo. i. pseudo Apostolos Antichristi bestialiter, & irrationabiliter ecclesiam lacerātes. Crudelius etiam persequentur ecclesiam, pseudo apostoli, & falsi Christiani, quàm principes, vel gentiles. Deu. 32. Dentes bestiarum immittet in eos .i. pseudo apl'os falsa doctrina ecclesiā lacerantes. Psal. Dentes eorum arma, & sagittę. Arma ad protectionem sui, sagittæ ad impugnationem ecclesiæ. Et lingua eorum gladius acutus corda fidelium seducendo. Glo. Dicit, quòd hæc bestia est minor prædicta, & intelligimus, quòd minor sit numero, vel potētia, sed non credulitate. Sequitur. *Ascendentem* .i. in superbiā

F proficientem. *De terra* .i. de terrenorum opulentia. Psal. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. 1. Thi. 6. Pręcipe non sublime sapere. Ibi. Glo. Vermis diuitum superbia. Isa. 7. Requieuit Syria, super Effraim .i. superbia super diuitias. Vel *Ascendentem* .i. in malitia sua proficientem, & super fideles inualescit. *De terra* .i. per terram, per diuitias, terrenas quas habebūt. Vel per diuites terrenos, qui pseudo apostolos Antichristi mittent, & defendent. Et nota, quòd Iohannes dicit de bestia. Vnde ascendit, sed nō dicit quo, quia malorū finis est descēsus. Iob. 21. Ducūt in bonos dies suos, &c. Exo. 16. Descendit in profundum, quasi lapis. Psal. Deiecisti eos dum alleuarētur. Econtra dicitur de bonis, quo ascēdunt, & tacētur. Vnde Supra. 9. *Ascendite huc* .i. in cœlū sicut dictum est Eliæ, & Enoch. Supra. 7. Vnde ascendent boni, vt sciant, & velint illud fundamentum, vnde ascenditur in seipsis habere. Hi inquit sunt, qui venerunt ex magna tribulatione. Et hęc bestia *Habebat duo cornua similia agni* .i. duo testamēta, quæ defendunt ecclesiam, sicut cornua defendunt

G animal, quę habebunt prædicatores Antichristi, per notitiā, sed non per vitam, vel per vsurpationem, non per veritatē, dicent enim se scire vtrūque testamentū, & re vera nesciēt, & ideo dicitur, quòd non habebunt cornua agni, sed similabunt habere. Vel *Duo cornua*, dicuntur *similia agni* .i. simulata dilectio Dei, & proximi, quæ erit in eis. Vnde Glo. Siquid bonum in eis erit, simulatum erit. Vel *Duo cornua* possent dici virtus faciendi miracula, & praua vita, & doctrina, quæ se habere simulabunt prædicatores Antichristi, & ideo non dicit simpliciter, quòd *Habebant duo cornua agni*, sed similia agni, Vel *Duo cornua* possunt dici virtus faciendi miracula, & vitæ innocentia, quæ per simulationem non per veritatem habebunt, & per hoc impugnabunt, quasi cornibus. *Et loquebatur sicut draco* .i. sicut Antichristus, in quo diabolus loquebatur, quasi dicat. Ita loquentur apostoli Antichristi a diabolo, sicut spiritus sanctus loquitur in apostolis Christi. Vnde Mat. 10. Non .n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Sic loquetur

H malignus spiritus in apostolis Antichristi. Vnde. 3. Reg. 22. Ego ero spiritus mendax in ore vestro pro eis. *Et potestatem prioris bestiæ omnem* .i. omnes modos decipiendi, & nocendi, quibus diabolus per priorem bestiam nocuit, & decepit et faciebat in conspectu eius .i. in beneplacito Dei, vel Antichristi. Sicut enim apostoli Christi faciunt omnia, vt placeant Deo sine Christo. Ita apostoli Antichristi, omnia faciunt: vt placeāt Antichristo, a quo sperant habere diuitias & honores. Vnde Dan. 12. Multiplicabitur eius gloria, & dabit ei potestatem in multis, & terram diuidet gratuito. *Et fecit terram, & inhabitantes in ea* .i. amatores terrenorum, & in hoc amore perseuerantes. *A dracone bestiam primam* .i. diabolū: vel Antichristū, qui est principale caput prioris bestię, quā adorabunt apostoli sui, sicut Christum adorauerunt apostoli sui. Sicut enim cupiditas Iudæam execæcauit, vt Christum, quæ tot miracula fecisti viderat, & in cuius nomine ipse multa miracula fecerat, & putauit postea incantatorem, & magum, vt dicit. Isa. Ita execæcabit istos, vt credant

Antichristum

Antichristum Deum. Vel certe si non crederent, tamen seruient ei cum magna reuerẽtia, sicut dño, ꝓpter cupiditatẽ. Tanta enim est labes, & pestis auaritię, vt de facili faciat declinare a fide. 1. Thi. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, quàm quidam appetẽtes errauerunt a fide. Causa autem, quæ multos trahet ad Antichristum adorandum erit simulatio resurrectionis. Vnde sequit. *Cuius*. i. quia ei⁹ *Curata est plaga mortis* simulatę per simulatam resurrectionẽ, quã tamen vt veram prædicabunt Apostoli eius, quos ipse mittet per vniuersum mundum. Vnde Supra. 9. dictum est. *De fumo putei, exierunt locustæ in terra*. i. prædicatores Antichristi. *Et fecit*. i. faciet, *signa magna* Glo. Ad confirmationem suæ prædicationis. Sicut de Apostolis Christi dicitur. Matth. vlti. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, tamen nõ erũt vera miracula, quia non fient voce diuina, sed potestate diaboli sicut ea, quæ fecerunt magi Pharaonis. *Vt etiam ignem facerent de cælo descendere in terram in conspectu hominum*. Ad literam hoc facere poterunt apostoli Antichristi operatione dæmonum, quia alia vice hoc idem fecisse leguntur. Iob. 1. Ignis de cœlo venit, &c. Vel sicut apostolis Christi datus fuit spiritus sanctus in spiritu ignis. Actu. 2. Ad prædicationem apostolorum Christi dabatur etiam spiritus sanctus signo visibili. Sicut dicit. Act. 10. Adhuc loquẽte Petro, &c. Sic illi dabunt spiritum. s. malignum in specie ignis, quòd totum facient arte magica. Et quia hoc fiet palam in conspectu hominum, iactabunt se meliores esse apostolis Christi, qui in conclaui receperunt spiritum sanctum. Actu. 2. per hæc autem signa multi seducentur. Vnde sequitur. *Et seducit*. i. seducent. *Habitantes in terra*. i. amore terrenis inhærentes. *Propter signa, quæ data sunt illi*, permissione diuina. *Facere in conspectu bestiæ*. i. Antichristi in cuius nominis vocatione apostoli eius facient miracula, sicut veri apostoli ad inuocationem nominis Christi fecerunt vera miracula. *Dicens*. i. præcipiens. *Habitantes in terra*. i. amatoribus terrenorum. *Vt faciant imaginem bestiæ*. i. se conformarent illi, in malitia, in ecclesiæ persecutione. *Quæ habet plagam gladii, & vixit*. i. quæ de morte surrexit, non tamen vere, sed simulate, sicut dictũ est supra. Ideo forte dicta est bestia de terra ascẽdere, quasi de sepultura resurgere. Quia Antichristus, qui est caput bestiæ, simulans se mortuum tertia die, ascendet in aerẽ quasi de morte resurgens. Vel ad literam præcipient apostoli Antichristi hominibus sibi credentibus. *Vt faciant imaginem*. i. statuam Antichristi, & illam adorent in eius veneratione. Sicut fecit Nabuchodonosor. Dan. 3. *Et datum est illi* bestiæ. i. apostolis Antichristi a diabolo, Deo permittente. *Vt daret spiritum imagini bestiæ*. i. statuæ factę ad similitudinem, & ad reuerentiam Antichristi. Quam imaginem ipse faciet loqui, et moueri, ad maiorem hominum deceptionẽ. Quod Deus permittet exigentibus peccatis hominum, sicut olim permisit, cum vigeret idolatria ante aduentum Christi. *Et vt loquatur imago bestiæ*. i. statua per malignum spiritum. Respondens sicut olim in idolis dabant Responsa, & faciet, ꝑ suam suasionem principum, etiam secularium potentia. *Vt quicũque non adorauerit imaginem bestiæ*. i. statuam Antichristi. *Occidatur*, morte corporali. Similiter fecit Nabuchodonosor. Dan. 3. Edictum siquidem dedit, vt quicũque statuam auream nõ adorauerit, quàm fecerit interficeretur, recte illud fuit figura huius. *Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, liberos, & seruos habere caracterem*. i. signum aliquod. *In dextera manu* ad literam, aut *In frontibus suis*. i. in capitibus suis, per quòd cognoscantur esse de familia Antichristi, sicut Iudæi modo habent. Vel dicitur, quòd *Faciet omnes, &c*. Intelligitur fieri distributio pro gentibus singulorum, nõ pro singulis generum. Quia de omni statu, & conditione multos habebit credentes Antichristus. Immo plurimos. *Vt nequis possit emere, vel vendere*, ad literam hæc facient apostoli Antichristi, per principes, qui eis per omnia acquiescent. *Nisi qui habeat caracterem*, id est signum, *Aut nomen bestiæ*. Vt sicut a Christo dicuntur Christiani, ita ab Antichristo Antichristiani dicantur. Vel ab aliquo discipulorum eius. Sicut ab Arrio Arriani, a Sabellio, Sabelliani, & sic de aliis, qui tũc erunt. Ad literam dabitur edictum, vt nullus possit emere,

A vel vendere, aliquid in nundinis, vel mercatis, qui nõ emũt, vel vendunt alicuius sectæ, de illis, quæ erunt tempore Antichristi, aut in nomine eius. i. virtutem, qua faciet opera, quibus confiteatur se esse Antichristum, absque vllo timore, vel sic. Ab illo loco. *Data est illi*. i. bestiæ Antichristo, vt daret spiritum prophetandi *imagini bestiæ*. i. sequacibus suis, vt loquatur diuersitate linguarum. *Imago bestiæ*. i. discipuli, & sequaces Antichristi sic datum fuit discipulis Christi, vt possent loqui variis linguis. Sed quomodo dabit hæc Antichristus, vel diabolus, qui etiam non potest dare scientiam? Eccle. 1. Omnis scientia, & sapientia a dño Deo est. Præterea Solus Deus scit futura, quia solus potest dare spiritũ prophetandi. i. ꝓuidendi, & ꝓdicendi futura. Solutio. Dæmones velocissimi sunt, & quasi in istanti, possunt lõga terrarum spacia pertransire. Vnde quòd fit hodie in Ierusalem statim possunt Romæ nunciare, tanquam res illa fit adhuc, quasi futura. Verbi gratia si multus sanguis in fronte funderetur vnde Sequana orit, ita vt totus fieret rubeus, statim
B possent dicere Parasius cras erit sequana, sanguineus, & cũ ita fieret, diceretur, quòd ille, per quem diabolus dixisset hæc, prædixisset futura. Hęc modo reuelant dæmones futura, vel diuinando ex coniecturis præteritorum. Vnde mentiuntur frequenter. *Et faciet* Antichristus, & diabolus *Vt quicũque non adorauit nomen bestiæ*. i. apostolos Antichristi conferens sibi non adorauerit, & obedierit eis. *Occidatur* corporaliter. Quod melius est quàm adorare eum, quia omnes, qui adorabunt occidentur spiritualiter. *Et faciet* bestia. i. Antichristus, vel diabolus, quòd totus malorum cętus, frequenter enim nomine bestiæ: modo diabolus modo Antichristus modo malorum cętus intelligitur, quæ diuersitas potest discerni, ex diuersitate attributorum. *Omnes pusillos, & magnos* corpore, vel corde. *Et diuites, & pauperes*, sensu, vel censu. *Liberos, & seruos*, iustitiæ, vel peccati habere caracterem. i. vitæ, & doctrinæ conformitatem. *In dextera manu*. i. in præcipuis operibus suis. *Aut in frontibus suis*. i. vt manifeste omnibus appareat, quòd sunt ministri Antichristi, vt
C sic sine verecundia Antichristum confiteantur esse suũ dominum, & magistrum, & se discipulos, & seruos eius. *Et nequis possit emere intelligentiam* veritatis, studẽdo, vel audiendo, vel *Emere*, aut *Vendere* docendo, vel prædicando auditores, siquidem labore studii emet scientiam, & doctores prædicando, & docendo vendunt. Prouer. 23. Veritatem eme, & noli vendere sapientiam pręcio. s. temporali, quia pro spirituali. s. pro fide, & patientia audientium, debet omnis doctor vendere scientiam, sm sententiã. Isa. 45. Omnes sitientes venite ad aquas, sanctæ doctrinę, & qui non habetis argentũ properate, & emite. i. vobis incorporate, venite, &c. Vel nequis possit emere cœlestia, vel vendere temporalia. Matth. 10. Glo. i. Seruos Dei acquirere, aut vendere tunicã conuersationis, humanę. i. mũdanę per opera misericordiæ hoc siquidem non licebit, quia dicent tunc, non est tempus flendi, sed ridendi, & deliciis affluendi. Vnde Luc. 16. Sicut factum est in diebus Loth, edebant, & bibebant, &c. Thes. 5. Dies domini sicut fur in noctæ, ita veniet. Cum enim di-
D xerit pax, & securitas, tunc repentinus super eos veniet interitus sicut dolor parturientis, & refugiet. Ad literã quasi excommunicati erunt omnes boni, vt nec bona facere possint, nec aliquem contractum emptionis, & venditionis, cum aliis hominibus habere. *Nisi habeat caracterem*. i. prauam fidem in corde. *Aut nomen bestiæ*. i. confessionem fidei Antichristi in ore. *Aut numerum nominis eius*. i. opera, & conuersationẽ cũ impiis. *Hæc sapientia est*. i. ad hoc intelligendum est necessaria sapientia, vel hoc attendere, & cogitare est sapiẽtia, vel *Hic*. i. in hoc tempore quando tanta erit tribulatio. *Est sapientia* necessaria ad cauendum casum, quia res obscura est multo, & ideo attentos reddit auditores dicens. *Qui habet intellectum*. i. sensum, & gratiam intelligendi misteria, & obscura applicet. Vel *Computet numerum bestiæ*. i. literas nominis eius, quibus patebit ipsa bestia. i. Antichristum esse purum hominem licet dicat se Deum esse. *Numerus enim hominis est*. i. per quem probatur esse homo. *Et numerus eius est sexcenta sexaginta sex*. i. literę nominis eius talem numerum significãt.

Et quo-

Et quoniam liber iste Grece scriptus fuit a Iohanne, idcirco hic numerus more Grecorum requirendus est, apud quos singulę literæ numeros continent, & significant per se apud Græcos nomen Antichristi. Primũ nomen est Attemos, ꝙ nomen continet numerũ ꝑdictũ.i.de sexaginta sex, juxta significationem literarum nominis. Verbi gratia A, apud Greco: significat vnum. Numero quinquaginta, signatur T.CCC.est signat. V. M. signat X L. O signat LXX. S. signat C C. quæ simul collecta faciunt prædictum numerum.i. D C L X V I. Item alia duo nomina, quibus nominatur Antichristus, apud Grecos sunt, quæ eundem numerum continent. Primum est arnoyme, & considera numerum significationem literarum. Secundum Grecos, & habebis eundem numerum.s. D C L X V I. Verbi gratia A, signat vnum ℞. signat C. N. signat. L. O. L X X. Y. CCCC. M. XL. E. V. quæ simul collectę faciunt prædictum numerũ.i. D C L X V I. Tertium nomen Antichristi apud Grecos est Teytan, quod hũc eundẽ numerũ continet. Verbi gratia T. significat C C C. E. V. Y. X. T: CCC. A vnũ. N. quinquaginta, quæ simul collecta faciunt. D C L X V I. Item, & satis conueniunt hęc nomina Antichristo, secundũ eorum interpretationes. Antemos enim interpretatur Deo contrarius, & ipse in omnibus Deo contrariabitur .i. Christo. Item Arnoymę interpretatur negans, alias negatio, et ipse Christum, & fidem eius negabit. Item Ceytam interpretatur Sol, vel gigans, & ille miser dicet se solem iustitię, & gigantẽ geminę substantiæ.i.diuinæ, & humanæ, huius nomina.i.rex nominum vsurpabit, sic Antichristus. Ipse enim faciet se vocari Antemos .i. Christo contrariũ, & Arnoyme, quia Christum negabit esse Deum, & se esse Deũ confirmabit, & Teytan, quia solem iustitię, & Deum, & hominem se prædicabit, & sui idem prædicabunt. Item Latinis literis scribitur nomen eius, qui se vocari faciet dies lux, quia ipse dicet se esse lucẽ mundi, & per hoc nomẽ idẽ habetur apud Latinos. Nam D. significat CCCCC. I. vnum. C. centum. L. quinquaginta. V. quinque. X. decẽ. Collecta simul faciunt. D C L X V I. Per hunc numerum, qui continetur in nominibus Antichristi, volet ipse apparere Deus. Sed a sapientibus, & veritatem cognoscentibus purus homo apparebit. Ideo dicit Iohannes. *Qui habet intellectum computet numerum bestiæ*. Sed quęret aliquis quomodo per hunc numerum apparere poterit Deus, vel quomodo per eundem numerum apparebit purus homo? Ideo per senarium cuius aliquotę tres sunt, & perficiunt totum, nec vltra procedit, nec vltra remanet, significatur perfectio Dei, cui nichil est addendum, vel subtrahendum, sed simpliciter tenendum, vel subtrahendum, quòd ipsa scriptura determinat, sicut senarij sunt tres partes.s.duo, tria, vnum, sic tria credenda, & subiecta fidei .s. tres personę duæ naturæ in Christo, vna essentia Dei. hæc est enim prima perfectio, & magna, sine qua quis non potest Deo placere: vt dicit Hęb. 11. Per sexaginta significatur perfectio duplex. Vna propter senarium operationis. Altera propter decalogi obseruationem. Sexaginta enim fiunt ex senario ducto in denarium. Nam sex decem, vel decies sex sunt sexaginta, & hęc est secũda perfectio maior, quàm prior, quia fides sine operibus mortua est. Iaco. 2. per sex centenarium significatur perfectio triplex. Vna fidei per senarium. Alia operationis propter denarium. Tertia supererogationis, propter impletionem consiliorum quam inducit charitas, quæ significatur per centenarium, hęc est perfectio maxima sine qua aliæ parum valent. Posset enim fides esse integra, sed informis. Item possent seruari mandata, sed ex timore, & parum valere: hoc totum nisi aliquando addantur consilia quòd totum perficit charitas, vel charitatis regula. Iuxta illud .1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, &c. Quia igitur hanc triplicem perfectionem, vel potius pręmiũ, quòd debetur, huic triplici perfectioni promittet Antichristus suis, propterea reputabitur Deus ab illis, quia huius dare est solius Dei, & sic Responsio ad primũ. Ad aliud dicitur, quòd licet per prędictum numerum, triplex perfe-

E ctio significetur, cum quia per senarium describitur, & hoc sexta die factus est, per hoc creatura monstratur non creator. Item per senarium significatur prima perfectio, quæ est coniugatorum. Per sexaginta significatur secũda, quæ est viduarum, atque continentium. Per sexcenta signatur tertia, quæ est sanctarum virginum. Prima facit fructum tricesimum. Secunda sexagesimum. Tertia centesimum. Discipuli autem Antichristi tunc prædicabunt, neminem posse saluari, nisi Antichristo obtulerit, aliquando de fructibus istis, quasi Deo. Itẽ in prędicto numero est triplex senarius. Vnus est vnitatum.s.sex. Secundus sex decies, denarij.s.sexaginta. Tertius centenarij, sexcenta. Primus signat initium boni. Secundus perfectum boni. Tertius consummationem boni. Vnde per primum designatur incipientium vita, per secundum proficientium, per tertiũ vita perfectorum. Item primus senarius significat perfectionem naturæ, quę sex diebus facta est. Secundus perfectionem gratiæ, quę consurgit ex obseruantia mandatorũ.
F Tertius signat perfectionem sapientiæ, quæ consistit in contemplatione coelestium, quæ per centum designatur, & hanc perfectionem dicent Antichristi discipuli, dari ab illo solo, & ideo credent illum esse Deũ, quamuis sit purus homo, & per eundem numerũ designatur, quia est numerus hominis. Nam senarius vnitatus respicit naturã creatam, Senarius denarij, respicit gratiam datam. Senarius centenarij, respicit gloriã promissam, ad quod est omnis homo. Quia nomen, & natura hominis condita per gratiam, venit ad gloriam promissam, ideo numerus hominis est sexcenta sexaginta sex.

CAPVT XIIII.

ET vidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centũ quadragintaquatuor millia habentia nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de coelo,
G *tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocẽ tonitrui magni, et vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocũque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei.*

E*t vidi* Descripto dracone, & familia eius, a quibus ecclesia grauissime impugnatur. Describit hic Iohannes agnum, & familiam eius, a quibus ecclesia sufficientissime adiuuatur. Sicut autem a prima descriptione incussit timo-
H rem, sic in hac subicit consolationem. Dum enim ecclesia tales habet adiutores, non oportet timere qualescũque habeat impugnationes. Iuxta illud. Roma. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos. Propter, quòd dicis Iob. 17. Pone me iuxta te, &c. Diuiditur autem hoc capitulum in quinque partes. In prima ostenditur agnus stare paratus, & familia eius cum eo in auxilium ecclesiæ. In secunda monetur ecclesia ad talem accedere auxiliatorem, ibi. *Et vidi alterum angelum.* In tertia monetur ad mundi contemptum, & aliorũ quę præstant impedimentum, accedendi ad Deum, ibi. *Et alius angelus.* In quarta proponitur, quòd promittitur seruis suis, vt securius, & libentius accedatur ad ipsum ibi. *Et audiui vocem* In quinta agitur de iudicio futuro, vbi omnes boni, & mali remunerabuntur, secundum merita sua, ibi. *Et vidi, & ecce nubem.* Dicit ergo. *Et vidi* .i. intellexi spiritu reuelante mihi. *Et ecce agnus* .i. Christus pro mundo immolatus, *stabat* semper iuuare paratus, vnoquoque monstratur

humanitas

humanitas passa, in statu commendatur diuinitas illæsa, pati quidem humanitati conuenit, sed stare diuinitati. Vnde quia simul fuit homo, et Deus, pati simul, et stare potuit. Et ideo *Agnus stabat supra montem Sion* .i. supra ecclesiam virtutibus celsam, & Deum speculantem, quia Christus virtutibus, etiam speculationis superexcellit. Isa. 2. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabit super oës colles. Dicitur autem *Agnus* propter eiusmodam innocentiam, quàm habuit, quia sine originali, & actuali fuit. 1. Pet. 1. Agnus immaculatus, & incontaminatus. Immaculatus, quia non contraxit originale, quòd probat matris gloriosę virginitas. Incontaminatus, quia non commisit actuale, quòd probat patris diuinitas. De hoc agno dicitur Exo. 11. Erit agnus absque macula, &c. Item in eodem. Non comedetis ex eo, &c. Crudum comedit, qui eum habuisse originale credit. Coctum aqua manducat, qui eum per naturam peccasse affirmat. Nos nascimur crudi, & immundi, & postea coquimur aqua concupiscentię. Ipse autem, & sanctus conceptus est, & sanctus natus est, et sanctus decreuit, propter quòd, nec crudum, quasi ex eo, nec coctum aqua debet comedi, sed assum igni, passum ex charitate debet credi, ignis iste non est comburens, sed illuminans, ideo Christus significatur per piscem assum. Iohan. 21. vbi dicitur. Viderunt prunas positas, & piscem positum. Luc. vlt. Et obtulerunt partem piscis assi. Caput, & pedes cum intestinis vorare, est diuinitatem, & humanitatem Christi credere, & infirmitates eius, per fidem, & vnitatem sibi incorporare. Ergo agnus virtute diuinitatis, stantis, merito cadentis humanitatis, mundi peccata purgauit. Vnde Iohā. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & bis dicit, ecce, vt vtrumque admiretur in Christo, et stans diuinitas, et cadens humanitas, & ideo considerabant antiqui eius aduentum. Isa. 16. Emitte agnum domine dominatorem terrę de petra deserti ad montem .i. de ruth. moabitide ad montem filiæ Sion .i. ad exaltationem ecclesiæ. Vnde & hic dicitur supra montē stare, sed certe in hoc non fuit solus agnus immo multos habuit sanctos secum, per quos saluauit, & sublimauit ecclesiam. Vnde sequitur. *Et cum eo centum quadraginta quatuor millia* partibus mūdi, collectos, qui omnes per hunc numerum designantur. Siquidem hic numerus surgit ex duodenario ducto in se. Nam duodecim duodecies sunt centum quadragintaquatuor. Duodenarius autem primus numerus abundans est, & conficitur ex tribus ductis in quatuor. Vnde significat abundantes, in fide trinitatis collectos, ex quatuor partibus mundis, per mille vero significatur perfectio maxima, quæ est virginum. Nā cum sit magna perfectio coniugatorum, maior perfectio continentium, maxima est perfectio virginum, & ita per centum quadragintaquatuor millia, recte signantur omnes virgines perfecti, & abundantes in fide sanctæ Trinitatis ex quatuor partibus mundi collecti. omnes hi stant cum dño supra montem Sion, quia sunt in supremo gradu ecclesiæ constituti. Sequitur *Habentes nomen eius* .i. Christi a quo dicuntur Christiani. *Et nomen patris eius* .i. vt a Deo patre dicantur filij Dei. Psal. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. 1. Iohan. 4. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei. &c. Roma. 8. Ipse spiritus reddit testimunium spiritui nostro, quòd sumus filij Dei, si autem filij, &c. 1. Iohā. 3. Charissimi filij Dei sumus, hoc est nomen, quod Exo. 20. Non accipias nomen Dei tui in vanum. Quòd re vera in vanū omnis accipit, ille qui nō facit opera eius. Vel *Habentes nomen eius* in gratiæ susceptione, qua interius vncti dicuntur Christiani. *Et nomen patris eius* in hęreditatis participatione, quòd erit in gloria, hæc duo dat dominus. In præsenti dat gratiā, per quam sumus Christiani, & a Christo vncti. In futuro dabit gloriam, per quam erimus hæredes, & filij. Psal. Gratiā, & gloriam dabit dominus. Vel *vidi* .i. mente conspexi. *Et ecce* admirationem notat in vidente, & ammirabilē in viso. *Agnus* .i. Christus innocens, paciens, humilis, mansuetus. *Stabat*, vt adiutor, vt speculator, vt pugillator. *Supra montem Sion* .i. supra ecclesiam, tanquam super specula sua. Ecce filij hominis speculabitur de te, Abacuch. 2. Super custodiā

A meam stabo. *Et cum eo centum quadragintaquatuor millia stantes* non supra montem, sed circa montem cum agno, montem custodientes, & ei se conformantes, & significant quatuor status bonorum per quatuor prædictos numeros. Nā *Quadraginta cum* sit numerus pęnitentium, signat statū incipientium, quatuor signat statum proficientium, qui. s. in quatuor virtutibus secundam regulam euangeliorum se extendendo in bono proficiunt, per *Centum*, qui transit de leua ad dextram signatur status contemplantium, seu perfectorum, qui iam mente conuersantur in cęlo. Per *Mille* signatur numerus perseuerantium, & hi omnes cum agno stant ad defensionem, & custodiam ecclesiæ, & ad bellandum contra eius hostes parati. *Habentes nomen eius* .i. rem nominis. s. gratiæ vnctionem. 1. Iohan. 2. Et vos vnctionem habetis. *Et nomen patris eius* .i. rem nominis eius. s. gratiæ vnctionem .i. rem nominis paterni. s. filiationē Dei. Isa. 56. Dabo eis in domo mea, & in vijs meis locū, & nomen, &c. *Scriptum in frontibus suis*. Scriptum dicit, non pictum, vel tin-

B ctum, vt possit ab alijs videri. Prouer. 3. Misericordia, & veritas non te deserent, &c. Primo ponitur nomen Christi, & postea nomen patris. Debet describi in mētibus nostris fides passionis, & spes promissionis, & amor promissoris, quas quidem tribulationes .i. virtutes, aqua tribulationis non delet, sed magis informat. Quòd fides tribulatione formetur, habetur. 1. Pet. 1. Vt probatio fidei vestræ multo pretiosior sit auro, quòd per ignem probatur. De spe. Roma. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia spem. Cant. 8. Aquæ multe, &c. Sequitur. *Et audiui*. Hic exprimit, & ostēdit. Iohan. desiderium, quòd habent de adiuuādo ecclesiā, quām re vera totis conatibus iuuant. Vnde, & stare cum agno dicuntur. Dicit ergo. *Et audiui* auditu quidem interiori. *Vocem de cælo* .i. admonitionem a perfectis, qui cum agno stant ad imperfectos cœlitus procedentem. *Tanquam vocem aquarum multarum* .i. populorum multorum: de quibus sancti cum agno stantes collecti sunt. Per aquas siquidem quæ continuæ defluunt in mare, signantur homines, qui si-

C ne intermissione fluunt in morte. Vnde Regū. 2. Omnes morimur, et quasi aqua dilabimur. Eccl. 1. Generatio prę- terijt, &c. Et hoc dicit, quia oratio vnius sancti viri, vim obtinet orationū multarum, vel propter efficaciam emendationis, vel certe ideo. Quia sicut aquę velocius, & impetuosius currunt cum oppressionem inueniunt, sic sancti cū tribulationes crescunt feruentius orant, & prædicant. Iud. 6. Humiliatus est valde Madian, in conspectu Israel, et clamauit ad dominum postulans auxilium. Sequitur. *Et tanquam vocem tonitrui magni* .i. plena terroris, & admirationis. Sermo enim sanctorum valde terribilis est omnibus malis, qui ad eorum consortium venire nolunt. De hac voce sanctorum, quæ tonitruo comparatur, propter terrorem, & admirationem dicit Psal. Vox tonitrui tui in rota. Iere. 26. Cum paruam stillam sermonum eius audiuerimus, quis poterit intueri tonitruum magnitudinis eius? Vt autem vox ista nō modice virtutis, & efficatię reputetur: Dicit Iohan. quales sunt illi, a quibus procedit, quia quòd dicebat, opere imple-

D bat, propter quòd efficacior erat sermo eorum. Dicit ergo. *Et vocem* .i. vox *Quam audiui, erat sicut vox citharœdorum* .i. prædicatorum. *Citharizantium* .i. carnis mortificationem prædicantium. *In citharis suis* .i. in seipsis ostendebant. Ideo dicit Apostolus. 1. Cor. 10. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. Cithara duo habet, lignum, & cordas, in ligno extensas Cordæ sunt corda pęnitentium, vel corporis singula mēbra, quæ singula debent habere suam mortificationem, sed quòd peccandi instrumenta fuerunt. Vnde Roma. 6. Sicut exibuistis membra vestra, &c. In cithara enim ad hoc vt bene cantet: oportet tangere omnes cordas, non simul, sed successiue. Ita in pœnitentia ad hoc, vt Deo placeat, oportet singula peccata dicere in confessione, & singula tangere in satisfactione. Vt per quę peccauit homo, per hęc puniatur: vt Sap. 6. Diues ideo torquetur in inferno, quia in lingua peccauit hic in mundo: dicit Isa. 23. Sume tibi citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita est, bene cane frequenta cāticum. Nota quòd dicit sume citharam. i.

tharam.i.voluntariā accipe pęnitentiam. Psal. Voluntarie sacrificabo tibi. Mat.10. Tollite iugū meum super vos,&c. Item bene dicit *Cant*.i.benefac confessionem,omnia oude; & aperte dicendo. Frequenta canticum, quia frequens debet esse confessio,cum frequenter sint defectus nostri,& in certa hora mortis. In hoc ergo,quòd dicit. *Citharizantium in citharis suis* vocat illos, qui semper citharizant in citharis alienis.i.qui prædicant alijs pęnitentiā, & ipsi nullam, vel modicam faciunt, De quibus dicitur Matth.23. Super cathedrā Moysi,&c.Et in hoc notantur claustrales,& prælati,qui ieiunante conuentu, vel male procurato, comedunt, vel in cameris abundanter,& large,isti re vera cantant.Sed in citharis alienis,non suis, quia religionem tenent, non in se,sed in subditis suis,contra quos dicit sapiens.Patere legē, quàm ipse tuleris. Eccl.23. Recte posui noli,&c.sed esto in eis quasi vnus ex illis.s.in refectorio,in dormitorio, in oratorio,& in claustro. In vigilijs, in ieiunijs, & in disciplinis. *Et cantabant* gratias agendo de acceptis beneficijs,& de integritate mentis obseruata. *Quasi canticum nouum*, quòd nunquam veterascit, sed semper erit nouum. *Quasi canticum*, dicit vt notetur quędam imperfectio integritatis, & gaudij quousque anima,& corpus glorificentur. Tunc enim erit gaudium plenum,& perfecta integritas, quia non poterit amplius amitti. Nunc autem fragile bonum est corporis integritas,& ideo gaudium imperfectum. Sed quia multi citharizant in citharis suis, & cantant pro fauore mondi, vt hypocritę,& virgines fatuæ,& ideo sequitur. *Ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores*.i.in p̄sentia, & approbatione angelorum,in quibus sedet Deus, & Prophetarū, & Apostolorū,qui per quatuor p quos exercet De⁹ iudicia sua, p quatuor aīalia p̄dicatores quatuor euangeliorū, per seniores antiqui patres ante quos isti cātant,quia illi istorū canticū approbant. Et ne crederes, q quilibet posset hoc canticum cantare,& ita non esset magnum cantare canticum ante sedem,ideo addit. *Et nemo poterat dicere canticum*.i. de integritate mentis,& corporis habere gaudium. *Nisi illa centum quadraginta quatuor millia*.i. nisi virgines perfecti, qui per *Centum quadraginta quatuor* signantur,secundum primā expositionē, quàm facit Glo. *Qui empti sunt de terra*.i. separati a carnis cōcupiscentia,per virtutem baptismi,cuius innocentiam seruauerunt. Item ideo dicit. *Empti sunt*, quia per baptismum mundati,qui habet a Christi sanguine virtutem. Quod ergo dicit Apostolus.1.Cor.6.Empti enim estis conuenit baptizatis. Quod autem dicitur.1.Pet.1. Non corruptibilib⁹ auro,vel argento redempti, &c. Conuenit pęnitentibus, Qui autem sunt isti euidentius ostendit Iohannes, dicens. *Isti sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati*, nec mente per consensum,nec opere per corpus coinquinati. Et hoc probat, quia mente,& corpore incorrupti. *Virgines enim sunt, & ideo sequuntur*, quasi imitantur Christum. *Quocunque ierit*. Pede .s. mente,& corpore.s.corporis integritate. *Quocūque ierit*.i.quacūque via ierit,siue p̄ceptorum viam vadit,siue viam consiliorum teneat. *Hi sequuntur* post eum. Vnde beatus Bernardus, Sequitur ad præcepta sicut plures, sequitur ad consilia sicut pauci,quia pauci virginitatem seruant. Altissimus enim status in ecclesia est virginitas. Vnde Ambrosius. Supergreditur virginitas,conditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur. Qui enim virginitatis puritatem seruant, supercœlestibus assimilantur. Vnde Augustinus de doctrina Christiana, & sunt verba Cypriani. Nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior est gloria,eo maior cura de ea esse debet custodienda,quia cito potest amitti, & recuperari nunquam. Vnde Amos.5.Cecidit nō adijciet, vt resurgat virgo Israel.1.Cor. 6. Qui matrimonio iungit virginem suam,&c. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Sed cum Christus prædicator fuerit,& martyr,sic et virgo quilibet,omnibus debet aureola spiritualis,quare potius dicit de virginibus, quòd sequuntur ipsum quocunque ierit, quàm de prædicatoribus,vel martyribus. Virginitas signum est innocentiæ generalis, Prædicatio vero,vel martyrium peccata sequitur. Vt patet in Paulo,qui de persecutore factus est prædicator,

E & Latro in cruce factus est martyr, sed virginitas omnia peccata præcedit. Sed iterum quæritur quare istis tribus debetur aureola spiritualis. Solutio,tres sunt vires animæ; rationalis, concupiscibilis,& irrascibilis potissimū. Actus rationalis est prædicatio veritatis, & hoc conuenit prædicatoribus. Item potissimus actus concupiscibilis est obseruantia virginitatis,& hoc conuenit virginibus. Potissimus actus irascibilis est contemptus mortis,& hoc conuenit martyribus. Primus actus vitat falsitatem mundi. Secundus voluptatem carnis. Tertius errorē mortis,& ideo probat hanc triplicem victoriam esse debitam his prædictis statibus,aureola spiritualiter sequitur. *Hi empti sunt ex hominibus*.i. separati quadam p̄rogatiua, ex fructibus melior fructus. *Primitiæ* oblatæ. *Deo, & agno*.i. filio. Sed quare nō dicitur spiritui sancto,cum sit tribus honor vnus? Solutio. Spiritus sanctus est nexus:& amor filij cum patre, & ideo per illos sub alijs positus, necessario intelligitur spiritus sanctus. Vel forte,quia ad obseruandam virginitatem,a Chri

F sto sunt necessaria.s.potentia patris,& sapientia filij. Item quæritur quare virgines potius dicūtur oblatæ Deo quàm martyres, & prædicatores. Solutio. Virginitas in ipso principio vitæ habetur,sed non prædicatio, vel martyriū. Vnde martyres,& prædicatores possunt dici decimæ oblatæ Deo, sed virgines dicuntur primitiæ, quia primordia vitæ suæ obtulerunt Deo. *Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium*, Quia quòd in baptismo promiserunt,fideliter seruauerūt. De quibus dicit Isa.19. Vota vouebunt domino, & soluent.Sed de alijs dicit. Isa.23. Irritum factum est pactū. Glo. baptismale. Sunt autem, vt dicit Augustinus in libro de mendacio,octo genera mendaciorum. Primum est in doctrina,ad quod nulla causa debet adduci. Secundum est, quòd tale est, quòd nulli prosit, & alicui obsit. Tertium est tale,quòd ita prodest vni quòd obsit alteri. Quartum tale est quòd fit sola causa mentiendi,fallendiq libidine. Quintum, quòd fit placendi cupiditate. Sextum, q nulli obest, & prodest omnibus, vt si aliquis, alicui pe

G cuniam iniuste vellet tollere sciens, vbi sit nescire se mentiatur, Septimum est quod omnibus prodest,Siquis nolens hominem ad mortem ducere mentiatur. Octauum est, quòd nulli obest,& q ab immunditia corporali aliquem tueatur. Et postea dicit Augustinus. In his tanto minus quisque peccat,cum mentitur,quanto magis a primo recedat. Quisque vero aliquod huiusmodi genus mendacij putauerit peccatum,non sic decipit se ipsum turpiter,cum honestum esse deceptione arbitretur. Ergo genus mendacij summopere fuge, quia omne mendacium, non est a Deo. Eccle.20. Potior fur, quàm assiduitas viri mendacijs Sap. Os quòd mentitur,&c. *Sine macula sunt ante thronum Dei*.i. Ante Deum iudicem. Psal. Beati immaculati. Nota quòd multiplex est macula, carnalis voluptatis, quæ multos magnos maculat. Vnde de Salomone legit̄ Eccl.47. Potestatē habuisti ī corpore tuo, et dedisti maculā in gloria tua, et de Ruben primogenito dicitur Gen.48. Ruben primogenitus me⁹ tu fortitudo mea,& principiū doloris mei. Prior in do

H nis,maior in imperio:effusus es sicut aqua. Nō crescas,quia ascēdisti cubile patris tui,& maculasti stratum eius. Rubē gerit hic typū clericorū,qui sunt filij visionis,et priores ī donis,& maiores in imperio. Hæc macula multum deformat ecclesiam,& multum laboratū est, & quotidie laboratur. Ad emendationē huius maculæ multæ siquidē fuerūt eius cōstitutiones:multę p̄hibitiones,multę visitationes,multę suspensiones,& excantationes. Contra hanc maculam,nec aliquid valet. Vnde Eze.24. Vę ciuitati sanguinum,& ollę eius,rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea, per partes suas,&c. Et non cecidit super eā sors, sanguis enim eius in medio eius est,& in multo labore fundatum est, & mirum est quomodo sacerdos,vel clericus eiusdem manibus audet tangere corpus Christi, quibus paulo ante tractauerat pudenda meretricis. De quibus dicitur Mal.1. Dicit dominus exercituum ad vos. O sacerdotes,qui despicitis nomen meū,et dicitis,in quo despeximus nomen tuum. Respondet dominus. Offertis super altare meum panem

pol-

pollutum. Item psal. Initiati sunt.i.consecrati Beelphegor & comederunt sacrificia mortuorum.i. sacerdotes. Quib⁹ dicit dominus. Iere.26. Ecce ego autem in manibus vestris sum, facite mihi, quòd bonum, &c. 1.Corinth. Quicũque manducauerit panem, &c. Glo. Ita puniend⁹ est, sicut si dominum occidisset. Heb.11. Irritam quis faciens legem dñi, sine vlla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiũ Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutũ duxerit? Secunda macula est gulositas que etiam hodie multũ maculat. Vnde dicitur in scriptura. Hi sunt in epulis suis multũ conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes. Vnde Isa. 28. Omnes mensæ eorum repletæ sunt vomitu sordium, ita vt non esset vltra locus. Tertia est macula loquacitatis. De qua dicit. Iaco. 3. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus. Hæc tertia macula ex secunda prouenit, quia ex gulositate nascitur loquacitas. Vt legitur Gen.7. Videtur, quia ex fluuio Aegypti ascẽderunt ranæ. Vnde dicitur Luc.16. Diues, qui epulabatur quotidie splendide, torquebatur in lingua propter loquacitatem. Quarta est macula cupiditatis. De qua dicitur Eccle.31. Beatus est ille, qui inuentus est sine macula. Et Infra. Quis est hic, & laudabimus eum? quasi dicat. Si quis talis est, magnus est quicũque ille sit. Septem tamen inueniuntur in scriptura, qui post aurum, & argentum nõ abierunt, sed potius manus suas ab omni munere excusserunt, & per omnes illos significantur ecclesiasticæ personæ, quæ tenent similiter facere, primus est Abraham. Gene. 14. Qui regi dicenti sibi. Da mihi animas, cętera tolle tibi. Respondit. Leuo manus meas ad Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quòd a filo subtegminis, vsque ad corrigiã caligę, nõ accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. Per Abraham, qui hostes occidit, & prędam reduxit, intelliguntur viri ecclesiastici, qui pro iustitia facta, vel etiam facienda, non debẽt accipere munera, parua, vel magna: occulta, vel aperta, ꝙ notatur in filo subtegminis, & in corrigia caligæ. Secund⁹ fuit Moyses, qui ait ad dominum, Nume.16. Ne respicias eorum sacrificia, tu scis, ꝙ nec quidem asellum vnum acceperim ab eis, i.q̃d cũq; munus. Per Moysen autem, qui Leuitas instituit, & ordinauit, significantur episcopi quorum est conferre orationes, & beneficia. Vnde per hoc notatur, ꝙ episcopi pro collatione beneficiorum, & ordinum nullũ debent munus accipere. Tertius fuit Samuel. 3. Reg. 2. Qui ait conuersatus sum coram vobis ab adolescentia mea, vsq; ad diem istum, ecce pręsto sum, loquimini ad me coram domino, & coram Christo eius vtrum bouem alicui tulerim, vel asinum, si quippiam aliud. Per hunc intelliguntur omnes orantes pro aliĳs. Quia de ipso legitur, ꝙ pro aliĳs orauit. Vnde dixit. Absit a me hoc grande peccatum in Deo, vt cessem orare pro vobis. Per hoc significatur, ꝙ sacerdotes pro missis, aut sepulturis, aut psalterĳs, nullum munus debẽt accipere. Neq; etiam illi qui orant ꝓ beneficĳs, vel ordinibus obtinendis aliĳs. Quartus fuit Hæliseus. 4. Re. 5. Qui dixit. Naaman, vade, & lauare septies in Iordane, & mundaberis, & post factã lotionem, vel mundationem, nil voluit accipere, licet ille multa offerret. Septena lotio significat septem sacramentorum, dispensationem, per quæ fit mundatio animarum. Per hoc ergo notatur, quòd aliqua debent accipi: licet postea non acceperit. Quintus est Daniel, cui cum dixisset Balthasar, si valueris scripturam legere, & interpretationem dicere, vestieris, & torquem aureã circa collum tuum habebis, & eris terti⁹ in regno meo. Respondit. Munera tua tibi sint, & dona domus tuæ alteri da. Scripturam autem legam tibi, & interpretationem ostendam tibi rex. Dan.5. Per hoc notatur, ꝙ doctores, & expositores, sacræ scripturæ pro expositione sua nullum debent accipere munus. Item legitur de Paulo Actu. 20. Aurum, & argentum (inquit) aut nullius vestem concupiui. Vnde manifestum est, ꝙ nullum temporale accipi debet pro prædicatione, licet prædicatori debeatur victus necessarius. Matth.10. Dignus est mercenarius, &c. Sextus fuit beatus Petrus. Act.8. Cui cum dixisset Simon Magus. Date mihi

A hanc potestatem, vt cuicũque imposuero manus accipiat spiritum sanctum. Respondit Petrus. Pecunia tua tecum, sit in perditione. Per hoc ostẽditur, ꝙ opera miraculorum, aut impositio manuum aut gratia dispensationum, non debent mediante ꝑtio fieri. In quo etiam facto arguunt, venditores, et emptores, reliquiarum. Septimus fuit Naboth. 3. Reg. 21. Cui cum dixisset Achab. Da mihi vineam tuam, & faciam mihi ortum olerum, daboq; tibi vineam meliorem pro ea, aut pecuniam accipe. Respondit. Propitius sit mihi Deus: ne dem tibi hæreditatem patrũ meorum. Per hoc ostenditur, ꝙ decimę, & primitiæ, & huiusmodi non sunt pro temporalibus commutanda. In quo etiam damnatur commutatio ecclesiarum, & beneficiorum, quæ fiũt temporalis lucri intuitu. Felices sunt, qui sine his maculis, sunt ante thronum Dei. Scriptum est enim Leuit. 22. Homo de semine tuo, qui habuerit maculam, non offerat panẽ deo suo, nec accedat ad ministerium eius. Huic etiã simile, legitur. 1. Machab. 4. Elegit Iudas sacerdotes sine macula.

B Hæc omnia pertinent ad laudem, & commendationem virginitatis, cuius status dignior, & fauorabilior Deo dicitur esse, propter ꝙ dicit, quòd *Sine macula sunt ante thronum Dei.* Ad quòd etiã facit illud Eccl.26. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Ecce quàm digna res, & quàm nobilis est virginitas, quam sic commendat dominus, quã etiam tantum honorauit. In sancta natiuitate, in vita in prędicatione, in morte, in natiuitate, quia de Virgine natus, in vita, quia virgo semper vixit. In prædicatione, quia virginitatem cæteris statibus plus commendauit, quando fructum centesimum eis assignauit. Matth.13. In morte quia matrem suam, quàm supra omnia diligebat Virgini commendauit, & virgines tanquam sibi familiares ad se vocauit, & inter eas spiritum reddidit. Item apparet dignitas Virginum, quia habẽt vitam mundiorem, securiorem, iocundiorem, salubriorem, excellentiorem. Et ideo dicit apostolus. 1. Cor. Volo omnes homines esse sicut me. i. Virgines

C quia talis erat Paulus. Sequitur.

Et vidi alterum angelum volantem per medium cœli habentem euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicentem magna voce. Timete dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicĳ eius, & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, mare & fontes aquarum.

Et vidi Secunda pars capituli, in qua monetur ecclesia, accedere ad talem, & tantum auxiliatorem, hæc autem pars duo continet. Primum est dignitas admonentis. Secundum dignitas admonitionis, Ibi. *Timete dominum.* Dignitas vero admonentis consistit, in quinque, quę necessaria sunt omni prædicatori. Primum auctoritas. Secundum humilitas. Tertium vita. Quartum doctrina. Quintum finis, siue intẽtio recta: hi sunt quinque lapides, quos Dauid,

D idest Christus posuit in pera pastorali. i. prædicatoribus, & prælatis ad occidendum Goliam. i. diabolum. 1. Reg. 17. Dicit ergo. *Et vidi* .i. intellexi. *Alterum angelum* Glo. i. prædicatores, qui sunt alteri a Christo. i. vicem eius exequentes, Et per hoc, ꝙ dicitur *Angelus* .i. missus, notatur auctoritas prædicandi. Roma. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Per hoc ꝙ dicitur *Alterum* .i. Vicarius, notatur humilitas, & auctoritas, quæ recte iunguntur. Quia auctoritas reprimit humilitatem, ne sit pusillanimus, & humilitas reprimit auctoritatem ne sit præsumptuosa. *Volantem.* Glo. i. a terrenis se remouentem, & ad cœlestia eleuantem, & velociter discurrentem per medium cœli. i. per omnem ecclesiam, quam secum exemplis, & verbis trahit, sicut equi currum. Isa. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant? Habent ergo ꝑdictas alas, siue pennas, quibus volant. Ezech. 1. quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Prima facies hominis per mansuetudinem. Secunda leonis per audaciam. Tertia bouis, propter patientiam. Quarta aquilæ, per sapientiam.

pientiam. Hæ quatuor virtutes, sunt quatuor facies, sed quatuor pennæ, quibus volant sunt quatuor animæ affectiones.s. spes futuri boni. Timor futuri mali, gaudium de præsenti bono. Dolor de præsenti, malo, nec sufficit, quòd prędicator sit pennatum animal, nisi sit vnus de Seraphim, de quibus dicit Ezec.6. Stabant Cherubim super illud sex alæ vni, &, sex alæ alteri. Sex primæ alæ sunt sex opera misericordiæ, quæ debet habere perfectissimus prædicator. Quo ad Deum duo.s. contemplationem, & orationē. Duo quo ad seipsum.s. lectionem, & moderationem. Duo quo ad proximum.s. verbum, & exemplum. Duabus primis volat ad Deum. Duabus medijs circa se ipsum. Duabus vltimis ad proximum. Siquis talis esset, stare secure posset cum domino super solium eius. Sed plures volunt esse Cherubim, quàm Seraphim, quia magis laborant lucere per scientiam, quàm ardere per charitatem, & tunc magis vacant studio, quàm orationi. Forsitan, vellent esse domini principes, & potentes. Item *Vidi alterum angelum*.i. prædicatorem catholicum. *Volantem per medium cœli*. volantem, inquā per vtriusque testamenti concordiam. *Per medium cœli*.i. vetus testamentum. Per hoc non volat Manichæus, quia vetus testamentum non recipit. Finis est nouum testamentū, per hoc non volat Iudæus, quia in Christum non credit, nec vetus testamentum recipit. Medium cœlum est concordia vtriusque testamēti, per hoc volat fidelis prędicator. Vnde psal. De medio petrarū dabunt voces. Eze.6. Vidi, & ecce quadrigę quatuor egredientes de medio duorū montium. *Habentem euangelium æternum*, in corde per fidem, & obedientiā, & per amorem, & intellectum. In ore per doctrinam, & prædicationem. In manu per operis adimpletionem. Hoc triplici modo prædicator debet habere euangelium. De primo psal. In corde meo abscondi eloquia tua. Prouerbiorum tertio. Misericordia, & veritas non te deferant, circunda ea gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. De secundo Iudicū.14. Ecce examen apum erat in ore leonis.i. euangelium in ore prædicatoris. Isa. .o. Clama ne cesses. Psal. Semper laus eius in ore meo. De tertio. Psal. Gladij ancipites in manibus eorum. Supra.10. *Vidi alium angelum, & habebat libellum in manu.* Dicitur autem euangelium Christus *Æternum*, quia ei non succedit aliud. Item quia æterna promittit. Matth. Agite pęnitentiam, appropinquabit enim regnum cęlorum: lex vero temporalia promittit. Isa.1. Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Multi habent, non euangelium, sed vaniloqium, quia magis vanitatem, quàm veritatem, vel bonitatē nunciat. psal. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. Psal. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximū suū. Multi etiā habēt literas Vrię quas portant cōtra se. Hi sunt, qui bene docēt, & male viuunt. Mat.23. Sup cathedrā Moysi sederūt Scribę, & Pharisæi. Roma.2. Qui alios doces, te ipsum non doces? Hi revera portant nuntium, siue literas mortis suæ. Sicut Vrias. 2.Re.12. Vnde August. in libro prosperitatis. Bene docere, & male viuere, nil aliud est, quàm se sua voce damnare. Vnde Ro. 2. In quo alios iudicas, teipsum condemnas.i. dicit habentem euangelium, non dissipantem. Sicut illi, qui ad libitum exponendo, veritatem intelligentiæ lacerant, ne forte contra se loquantur, si dicerent veritatem, sicut iacet. De quibus Psal. Tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuam. Isa.2.. Transgressi sunt legem, mutauerunt ius, dissipauerunt fędus sempiternum. Deinde vidit Iohannes, ad quid haberet angelum. Non enim ad vendendum in foro, sicut venditores olerum. Neque ad custodiendum in armariolo, vt librarij. Neque ad illuminandum pulchriores literas, vt pueri. Sed magis ad prædicandum. Vnde sequitur. *Vt euangelizaret*.i. vt bona nuntiaret. *Sedentibus super terram*.i. bonis, qui terrena calcando, & sibi subijciendo, & omnia abijciendo contemnunt, & quia parum esset prædicare solis bonis, ideo dicit. *Et super omnem gentem*.i. omnibus gentibus. *Et omnem Tribum*.i. omnibus Iudęis, qui dicuntur tribus, quia per tribus fuerant distributi. *Et linguam, & populum*.i. populo cuiuscūque linguæ sit. Vel forte hoc dicit propter nobiles, qui filios suos faciūt edoceri diuersas linguas,

E & diuersa idiomata, sub eadem lingua continentur. Verbi gratia. Gallicum, Lombardicum, &c. Eadem lingua est, sed diuersa idiomata. *Populum* autem vocat minores, in quacūque gente, per quod innuit, quòd sine omni acceptione personæ, omnibus, tam nobilibus, q̄ plebeis est prædicandum euangelium. Matth. vlt. Prædicate euangelium omni creaturæ. Dicit autem. *Super*. Quia prædicator omnis debet excedere merito vitæ, sicut prædicatoris officium. Isa.40. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Mons est cumulus terræ.i. cupiditas terrenorum, diuitiarum, delitiarum carnalium, & dignitatū secularium. Primus est mons Gelboe.i. aceruus arenæ. Secund⁹ mōs Seyt.i. Hispidus. Tertius Ebal, vbi dantur maledictiones. Deut.27. Quare omnes maledicunt prælatis. Super hunc triplicem montem ascendere debet prædicator, omnia conculcando. Isa.52. Quam pulchri supra montes pedes, &c. Talibus enim prædicatoribus dat dominus virtutem verbi. Psal. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Ideo dicit Paulus. 2. Thi.4. Opus fac Euangelistę.
F *Dicentem voce magna*.i. libera sine timore. Isa.40. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Sion, exalta, noli timere. Magna ergo debet esse vox prædicatoris.i. libera, & seuera, & ex magno cordis amore, & propter magna.s. honorem Dei, & salutem animarum. *Timete dominum*. Hic ostendit, dignitas amoris Christi, quæ apparet ex re. Quoniam si eum amamus, ipsum timere, & honorare debem⁹. Et hic est cultus Dei, qui est duplex interior, & exterior. Interior vero duplex, honor.s. & timor. Exterior autem est, adoratio, quæ consistit in bona operatione, per quam conformatur homo Deo. Dicit ergo angelus. *Timete dominum*, casto, & filiali timore, quo timendus est dominus, qui est omnipotens non homo, vel diabolus, qui non potest nocere, nisi volenti, vt dicit Hieronymus. *Et date* gratis, & bona voluntate. *Illi* Deo, non Antichristo. *Honorem* latriæ, quæ consistit in fide, spe, & charitate. Timor proprie debetur Deo, honor vero patri. Vnde Mala.1. Filius honorat pa-
G trē, & seruus dominū suum timebit, si ego pater sum, &c. Vel *Timete dominum* eius præcepta faciendo, & prohibita vitando. *Et date illi honorem*, non vobis, sed eius gloriæ. Si quid boni haberis attribuendo. 1. Thi.1. Soli Deo honor. Vel *Timete dominum* declinando a malo. Prouer.6. In timore domini declinat omnis homo a malo. *Et date illi honorem*, faciendo bona. Prouer.3. Honora dominum Deum tuum, *Quia venit hora iudicij eius* quando iusti hæreditabunt terram, iniusti autem disperibunt. Mal.4. Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipulā, & inflammabit eos, &c. Ideo magis timendum est, quia illa hora iudicij omnibus est incerta. Matth.24. De die autem illa, & hora nemo scit. *Et adorate eum*, humiliando, subijciendo: & inclinando ei. Non solū corde interius, sed & corpore exterius. Vt inclinatio capitis, aut corporis exterius facta, sit signum cordis interius faciendi inclinationis. Matth.4. Dominum Deum tuum adorabis. Et merito adorandus est dominus, quia fecit cœlum
H & terram, mare, & omnia, quæ, &c. Scilicet in cœlo angelos. In terra homines. In mari pisces. Et fontes aquarum dulciū. Ad literā, istud est valde contra Manichæos, quia si malus Deus nullo modo adorandus, ille aūt adorand⁹ est, qui fecit cœlum, & terram, &c. Vnde verum est, quòd ipse diabolus non fecit hæc. Itē quæritur, si omnes aquæ a mari veniunt. Iuxta illud Eccl.1. Et ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. Quomodo ergo copulat inter mare, & fontes aquarum? Coniunctio est enim copulatiua, q̄ quærit diuersitatem, inter copulata. Vnde cum pars non differat a toto, non potest cadere copula inter partem, & totum. Solutio. Verum est, quòd omnes aquę veniunt a mari, per meatus subterraneos, vbi ipsę aquæ, quæ in mari erant salsę, & amaræ, fiunt dulces, quòd facit Deus mediāte natura, & ideo, quia ibi est quædam operatio noua, ponitur coniunctio copulatiua mistice. *Qui fecit cœlum*.i. spiritū rationalem. Et ea, quę in eo sunt.i. vires, & virtutes. Et terram, humanā carnem. Et ea, quę in ea sunt.i. sensus, & membra.

mēbra. Luc. 12. Stulti, qui fecit, quod de foris est, nonne, &c. Et mare. i. tribulationum, & tentationum amaritudinem, & ea quæ in ea sunt. i. vtilitates, quæ inde proueniunt. *Et fontes aquarum*. i. duo testamenta. Vnde omnes aquæ doctrinę exeunt: quibus omnes sordes peccatorum lauantur, & ardor male concupiscentię temperatur, & sitis mali desiderij sedatur. De quibus dicit Isa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, &c. Sequitur.

Et alius angelus secutus est dicens. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ a vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.

Et alius angelus. Hæc est quarta pars capituli, in qua monetur ecclesia accedere ad auxiliatorem suum, & recedere a mundo, & eis, quæ in eo sunt, quæ impediunt accedere ad dominum. Duo autem sunt generalia impedimenta accedendi ad Deum .s. amor malę inflammans, & timor male humilians, a quibus recedere monetur hic ecclesia, per casum, & ruinam Babylonis, quæ hic ostenditur. Vnde dicit. *Et alius angelus*. i. alius ordo prædicatorum, non officio quidem prædicandi alius. Sed diuersitate personæ, quæ sibi inuicem succedunt in prædicatione secundum temporis successionę, & Dei reuelationē. 1. Cor. 14. Si quid reuelatū fuerit sedenti, &c. Potestis per singulos prophetare. i. vnus post alium secutus illum priorem. Glo. Quia prædicatores sibi inuicem succedunt. *Dicens cecidit Babylon illa magna*. i. malorum vniuersitas, quæ est ciuitas, quam primo ędificauit Caim. Gen. 3. Et postea Gigantes. Vnde Gene. 11. Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim eius. Hic dicit. *Cecidit*, ad maiorem confirmationem, & certitudinem. Vnde & præterito vtitur pro futuro prophetali certitudine. Vel ideo, quia cito cadit, & iam incepit. 1. Cor. 6. Præterit figura huius mundi. 1. Io. 5. Transit mundus, & concupiscentia eius. Vel ideo forte, quia homo primo cadit per culpam, postea per pœnam. Vel in casu culpæ primo cadit per consensum, postea per opus. Vel in casu pœnæ primo cadit anima in inferno, postea cadit simul cum corpore. Vel ideo, quia velox, & concutua est ruina mundanæ gloriæ, & ascensus eius. Casus, sicut fumus ascendendo declinat, & quanto magis ascendit, tanto citius deficit. Sic vana gloria mundi. Psal. Defecerunt sicut fumus. Iob 30. Eleuasti me, & quasi super ventos posuisti, elisisti me valide. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactatio, &c. Isa. 13. Erit Babylon ciuitas gloriosa in superbia Caldęorum versa sicut subuertit dñs, &c. Dicit aūt. *Magna*, vel pp multitudinē spacij, & superbię, vel dignitatis, quia & caput regni erat. Vel pp altitudinē turriū, et murorū, sicut Roma. Vnde Dan. 4. Gloriabatur Nabuchodonosor dicens. Nonne hæc est Babylon magna, quām ego ædificaui in domum regni. Causam autē quare cecidit Babylon subiungit. *Quæ*. i. quia illa *a vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes*. Per vinum intelligit quodlibet mortale peccatum, q mentem seducit, vt vinū, & animam separat a vero sponso, sicut fornicatio carnalis. Ioel. 1. Expergiscimini ebrij, flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Calix autem quē Babylon potat, idest mundus, est voluptas pro cuius mensura mensuratur pœna. Infra 18. Quantum glorificauit se, &c. Matth. 7. Eadem mensura qua mensi, &c. De hoc calice dicitur Ierem. 51. Calix aureus Babylonis in manu domini inebrians omnem terram, & de vino eius biberunt oēs gentes. Sequitur.

Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna. Siquis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit charecterem in fronte sua, aut in manu sua: & hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulfure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni, Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum, nec habent requiem die ac nocte. Qui adorauerunt bestiam, &

A *imaginem eius, & siquis acceperit characterem nominis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu.*

Et tertius angelus. Hic remouet Iohannes secundum impedimentum accedendi ad Deum. s. timorem malæ humilitatis, ostendens q mundani, non sunt timendi. Et ostendit quasi triplici argumento, quia ipsi cadent, sicut et mundus quia vt dicit Augustinus. Cum mundo labēte labitur, qui labenti mundo innititur. Secundo quia ipsi a domino puniuntur. Tertio quia iusti ex persecutione impiorum proficiunt. Sicut filij Israel ex persecutione Aegyptiorū multiplicabantur, vt dicitur Exo. 1. Dicit ergo. *Tertius angelus secutus est illos*, duos præcedentes, qui dicitur tertius pro fide Trinitatis quam prædicauit, sicut alij duo. Significatur aūt hic tertius angelus vltimus ordo prædicatorum. Qui quanto plus appropinquare vident finem mundi, tanto magis quotidianę prædicationi instabunt, & omnē gloriam mū-

B di contemnendam monstrabunt, & mundanas persecutiones non esse timendas. *Dicens voce magna*. i. secura, & libera prædicatione. Quia illi prædicatores audacter dicent veritatem, sine omni timore mundano. Vel humano. *Si quis adorauerit bestiam*, idest Antichristum, qui nomine bestiæ, hic accipitur cum supra bestiam omnis multitudo intelligatur, & in hoc est difficultas. Quia bestia aliquando dicitur Antichristus. Et aliquando diabolus, aliquando multitudo malorum. Sed hoc prudens lector potest aduertere. *Et imaginem eius*. i. statuam ad honorem eius factam. Illi enim qui pręsentialiter videbunt, adorabunt ipsum. Aliqui absentes erunt, qui habebunt imaginem, quam in eius veneratione adorabunt, sicut nos adoramus imaginē crucifixi, in honorem Christi. *Et acceperit characterem*. i. fidē eius *In fronte sua*. i. in mente sua. *Aut in manu sua*. i. in comparatione sua: quasi dicat quicūque crediderit Antichristo, vel vixerit secundū doctrinā eius. *Et hic bibet de vino iræ Dei* sicut Babylon. i. de æterna damnatione. *Quod mixtum est mero*. i. præ-

C senti flagellatione, quæ fit ad correctionem. *In calice iræ ipsius*, idest ad vindictam, q iratus facit, tamen secundum mensuram culpæ. Vnde Isa. 27. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam. In hoc calice est merum superius, fęx inferius, mixtum in medio. Per merum intelligitur pœna inflicta per correctionem, vel assumpta voluntarie, per pęnā æternā, quām reprobi potabunt in inferno, qui modo volunt bibere merum. Per mixtum significatur flagellum, qđ adhuc potest conuerti in vtrunq; .s. ad correctionem, et damnationē. Quod ideo dicit mixtū, quia hic mixtę sunt tribulationes consolationibus. Vnde dicit Augustinus. Sic omnes delectationes meas domine amaritudinibus respersisti, vel melius calix domini est iustitia eius, qua vnicunque mēsurat præmium secundum meritū. Merum autem est gaudium pœnitentię qđ est purum sine admixtione tristitiæ, vel dolens, vel alicuius modi extrinseci. Ex perfectione significatur dolor æternæ damnationis quæ est sine omni consolatione. De qua Isa. 51. Bibisti de

D manu domini, calicē iræ eius, vsque ad fundum saporis calicis bibisti, & potasti vsque ad fęces. Eze. 23. Dolore repleberis calice mœroris, & tristitiæ, calicem sororis tuæ Samariæ bibes illum, & potabis vsque ad fęces, & de hac fęce se gloriatur ereptum. Psal. Eduxisti me de lacu miseriæ, & de luto fęcis, per mixtum vero significatur præsens pœna, vbi mixta sunt merum cęli, & pęna inferni per spem, & timorem. Ibi enim pariter mixta sunt consolatio, & tribulatio. Prouer. 14. Risus vero dolore miscebitur. Sicut enim aqua vino miscetur, ne bibenti noceat vinum purum, sic gaudijs in patria pręsentibus, Deus miscet tribulationes, infirmitates. Ne bibentes præsentia gaudia nimis inebriarentur, & nocerēt eis. De hoc dicit. Psal. Calix in manu domini vini meri plenus mixto in via, & inclinauit ex hoc in hoc. i. de mero, in mixtum. Quia tota die, cum præsenti tribulatione infundit Deus spem consolationis interne, & esterne. Sic igit̄ de mero potat amicos in cęlo, in fęce potat inimicos in inferno. Mixto potat omnes in mundo, qui post pręsentem

tribulationē recipit io patria, & ꝑ primā transiet de mūdo
idest de mixto in merum. Vnde Iohan. 16. Tristitia vestra
vertetur in gaudium. Qui autem murmurat in flagellis, &
in tribulatione patientiam non habet, mixtum transibit ad
fęces, & nihil aliud bibet. Vnde Iere. 50. Ecce quibus non
erat iudicium, vt biberent calicem bibentes, biberunt, &
tu quasi innocens relinqueris, non eris innocens, sed bibens
bibes. Quod ergo Psal. fęces vocat calicis domini, vocat
hic Iohannes *Vinum iræ Dei.* Vnde sensus est, & hic. s. *Qui acce-
pit caracterem bestiæ* .i. qui conformauerit se Antichristo credē
do, vel imitando illum. *Bibet de vino iræ Dei* .i. damnabitur in
inferno, vbi habebit abundanter pœnam, & tribulationē;
quod est mixto mero. *In calicem iræ ipsius* .i. quæ pœna, & tri
bulatio æterna, mixta est modo. *In calice iræ Dei* .i. in vindi-
cta præsenti, quam iratus infligit. Quia vt dicit Iero. Quic-
quid mali paomur, peccata nostra meruerunt. Vel calix do
mini dicatur sacra scriptura. Dauid dicit in psal. Calix tuus
inebrians, q̃ præclarus est? Continet autē iste calix qua-
druplex vinum. i. quadruplicem intelligentiam. s. Histori-
cam, Tropologicam, Allegoricam, & Analogicam. Primū
vinum significat, & inebriat, rerum gestarum narratione.
Secundum affectuum faciendorum institutione. Tertium
intellectuum intelligendorum ostensione. Quartum totū
hominem, appetendorum, & fugiendorum prælibatione.
Sūt autem in calice. Merum, vinum, fęx, & mixtum. Vinū
merum propinat nobis calix iste, vbi cœli gaudia tractat,
fęcē propinat vbi inferni supplicia comminantur. Mixtum
vero propinat vbi pœnitētia per hortatur. Vnde Eze. 1. Vi
dit librum vbi erant lamentationes pœnitentium, & ecce
mixtum carnem triumphantium, & ecce merum iræ dam
natorum, & ecce fęx, de quo psal. Bibent omnes peccato-
res terrę. Nihilominus vinum merum, dicitur expositionis
intelligentia, quam propinant expositores, & doctores ec-
clesiæ. Fex dicit commixtæ expositionis intelligentia: quā
propinant hæretici. Mixtum est expositio prophetica scri-
pturæ sacræ, quam propinant multi miscentes vanitatem
philosophicæ curiositatis cum soliditate theologicæ veri-
tatis. Secundum, ꝙ dicit dominus per Isa. 1. Caupones tui
miscent aquā vino, heu hodie libentius bibitur mixtum, q̃
merum, quia libentius auditur vanitas philosophica, q̃ ve
ritas theologica. Vnde Prouer. 9. Aquæ furtiuæ dulciores
sunt. i. expositiones quas theologici furantur, a philosophis
libentius audiuntur. 2. Thi. 4. In nouissimis diebus erit ēps
cū sanam doctrinā non sustinebunt, &c. Vel certe mixtū
potest dici expositio hæreticorū, qui aliquid veritatis pri-
mo proponunt, & postea miscent falsitatem. Quia si tota
esset falsa expositio eorū, non reciperetur ab aliquo, & ideo
falsitatem palliant aliquātula veritate. Vnde Iohan. 2. Om-
nis homo primum bonum vinum ponit, idest hęreticus ve
tam expositionem. Cum hoc mixto potabit Antichristus
& sui omnes illos, qui eius caracterem acceperint, quos &
Deus postea potabit fece. i. pœna æterna, quæ fęx dicitur,
hoc vinum calicis iræ Dei. Secundum hoc sensus est. *Ter-
tius angelus* i. ordo prædicatorum vltimis temporibus ven-
turis *Secutus est illos* .i. priores prædicatores, doctrinam, & vi
tam imitatus. *Dicens voce magna* .i. corde, & ore, & opere prę
dicans. *Si quis adorauerit bestiam* .i. Antichristum ei obediendo
Et imaginem eius, qui eum in omnibus imitantur, & prædicāt
sicut imago prædicat rem imaginatam. *Et accepit caracterem*,
idest eius confessionem. *In frontibus suis* .i. in apparentia, in
euidentia, & publice eum confessus fuerit. Vel *In manu sua*. i.
opere eum imitatus fuerit, & hic est talis, qui sic damnatus
bibit. i. biberit de vino *Calicis iræ Dei* .i. prauę expositioni
Antichristianorū, assenserit. *Quod mixtum est* mero. In cuius
expositionis intelligentia, mixta est veritati catholicæ. *In
calice iræ ipsius* .i. in sacra scriptura, quam damnant illi, pro-
pter, ꝙ dicitur. *Calix iræ Dei*, & talis quicunque est ille.
Cruciabitur igne, & sulfure .i. fętenti, & fętore ardenti. Hæ enim
sunt duæ pœnæ inferni. Vnde psal. Ignis, sulfur, & spiritus
procellarum pars calicis eorum. Et prima pars illorū erit
in stagno ardenti. Hæc duo. s. ardor, & fętor, sunt in omni
peccato, & maxime in peccato carnali, & præcipuæ in illo

E ignominioso contra naturam. Vnde & ciuitates sulfureæ
fuerunt succensæ, vt pœna respōderet culpæ. Gen. 19. Pluit
dominus, &c. Nec erit occulta pœna eorum, immo omni-
bus nota. Vnde sequitur. *In conspectu angelorum sanctorum* .i. vi
dentibus angelis, & omnibus etiam alijs hoc dicit. Quia an
geli testes erunt contra eos, qui viderunt peccata eorum.
Et ante conspectum agni, quæ illorū secula non latebunt, & ideo
dicitur quia nec pœna ipsorum abscōdetur ei, & dicit hoc
ideo, quia boni semper vidēt pœnas malorū, & hoc ipsum
erit cumulus doloris reprobis, quia scient se, & pœnas suas
manifestas esse apud Christum, & angelos, & alios spiritus,
& ex hoc etiam augebitur dolor eorum, quia scient Chri-
stum sufficienter passum pro omnibus, & sufficientissimū
ꝓcium dedisse, pro redemptione omnium, & se priuatos
tanto beneficio pro modica voluptate seminatę corruptio-
nis: de qua surgit vermis conscientiæ. De quo Isa. in fine.
Vermis eorum non morietur, Sequitur. *Et fumus tormento-
rum eorum*, quæ plura, & varia erant. *Ascendit in secula seculorum*,
F idest æternaliter sine fine. Vbi enim semper fumus ascen-
dit, ibi nunquam ignis deficit, & re vera, ignis ille, inextin-
guibilis est, quia nec extinguet illos, quos cremabit, nec ex-
tinguetur, ad literam, erit autem fumus densissimus, qui
violenter extrahet lachrymas ab oculis eorū, quæ lachry-
mæ ita calidæ erunt, ꝙ comburent corpora eorum. Vnde
quidam de patribus dixit discipulo suo. Ploremus hic fra-
ter antequam veniamus ad locum illum, vbi lachrymę cō
burent corpora nostra. Nihilominus tamen cum ardore il
lo vehementissimo erit ibi algor vehemens. Vnde compel-
lentur stridere dentibus. Matth. 18. Ibi erit fletus. Quod au-
tem dicitur, ꝙ fumus ascendit, non est intelligendum, ꝙ
ascendit in cœlum, vbi sancti sunt: nec etiam extra infernū.
Sed per hoc tangit fumi proprietatem, & nota, ꝙ pœna il-
lorum semper erit in notitia eorum sanctorum sine obliuio
ne. Vnde Iere. 20. Confundantur confusione, quia non in-
tellexerunt opprobrium sempiternum, quia nulla poterit
obliuione deleri. Et ne forte putaret aliquis illorum, quod
G pœna illorum in inferno aliquando cessaret, & per interual
la puniret, & noo continue subiungit. *Nec habent requiem die,
ac nocte* .i. nunquā quiescent a pœna. Sed nunquid erit dies,
& nox? patet ꝙ non, quia Sol stabit immobilis in Orien-
te, in loco vbi fuit creatus, nec veniet ad Occasum. Nec
impij in tormentis sub terra positi fruentur luce eius, vt di-
cit Isido. Sed in inferno semper erit nox, & dies simul, quia
ibi erunt densissimę tenebræ, sicut dicitur Matth. 25. Ibi
erunt tenebrę exteriores. Erit etiam ibi quædam lux, quia
ignis ille aliquid lucis habebit, non ad consolationem eo-
rum, sed vt videant, vnde magis doleant, vt dicunt Grego-
rius, & Isidorus. Qui autem sunt illi, quorū talis pœna est,
determinat dicens. *Qui adorauerunt bestiam* .i. Antichristum, ei
obediendo. *Et imaginem eius* .i. statuam factam ad honorem
ipsius, vel prædicatores ipsius ipsum imitantes. *Et si quis ac-
ceperit caracterem nominis eius* .i. in signo aliquo, sibi se conformē
ostenderit, vel domesticum ipsius appellari fecerit, simili-
ter supple punietur, & ideo bonum cōsilium dat Paulus. 1.
H Cor. 15. vt si quis portauit imaginem Antichristi, portet de
cætero imaginem Christi. Et. 1. Reg. 15. Dixit Saul, abite, re
cedite ab Amalec, ne forte inuoluam vos cū eo. *Hic* .i. in vi
ta præsenti. Vel in tribulatione præsenti, & consideratio
ne futura *Patientia sanctorum est*. Glo. i. hic debent sancti pa
tienter pati ne veniāt ad æternam pœnam. Ideo dicit Gre
gorius. Sancti pœnam præsentem lucrum putant, quia per
hanc æternam euadere non ignorant, sanctorum dico, qui
custodiunt opere adimplendo mandata Dei, diligendo
Deum, & proximum ad quem omnia alia reducuntur, vt
dicitur Matth. 22. In his duobus mandatis tota lex pendet
& prophetæ. Diliges, &c. Dulciter, prudenter, fortiter, &
proximum tuū, sicut teipsum. i. quomodo teipsum, et quo
ordine teipsum, & quo tenore teipsum. *Et fidem Iesu confiten-
tes* ipsum verum Deum esse, & verum hominem corde, ore
& opere. Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam.

*Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi. Scribe; Beati
mortui,*

mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem auream. Et alius angelus exiuit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessuit eam. Et alius angelus exiuit de templo, quod est in cœlo, habens, & ipse falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem, & clamauit voce magna ad eum, qui habebat falcē acutā, dicens. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu, vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

Et audiui quinta pars capituli, vbi ponitur sanctorum præmium, vt securius accedant ad auxiliatorē, & fugiant mūdum, & ea quæ accessum impediunt. Vnde dicit. *Et audiui*, aure interiori. *Vocem de cœlo*.i. de cœlesti visione dicentem mihi interius sine strepitu soni. *Scribe*, primo in corde tuo, deinde in codice, vbi diutius retineas, ne obliuioni tradas, & sit ad doctrinam, & consolationem, futurorum. Ro. 15. Quæcūque scripta sunt, &c. Abacuch. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas, & est aduertendum, ꝙ omnia illa scribenda sunt, quæ valent ad eruditionem, & consolationem multorum. Quod debebat scribere subiungit dicēs *Beati mortui, &c.* Sed quō possunt mori mortui? Nam si moriuntur non sunt mortui: & si mortui sunt, non moriuntur. Solutio. Quinque sunt mortes, vt dicit Augustinus, duæ malæ, & duæ bonę, & vna indifferēs. Prima est mors culpæ.i. ipsa culpa, quæ dicitur mors animæ, quæ separat vitā eius.i. Deum ab ipsa. Isa. 59. Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos, &c. Sap. 1. Peruersæ cogitationes separāt a Deo. Multo fortius peruersi consensus. Adhuc fortius peruersæ locutiones. Maximæ autē puersæ operationes. De hac morte dicitur Sap. 1. Deus mortem non fecit. Glo. i. Peccatum, sed impīj.i. Adam, & Eua manibus, ac verbis accersierunt illam. Manibus, quas extenderunt ad pomum, verbis quibus Eua suggessit Adę, vt de pomo comederet, & quibus male Respondit diabolus. Secunda est mors Gehēnæ.i. ipsa pœna inferni, quæ dicitur mors æterna, quia sine fine est, vbi cruciatus, multo maior, quàm sit in morte corporali, qui tamen tantus est, vt vix possit vna hora sustineri. De hac morte dicitur in psal. Mors peccatorum pessima. Mala quidem propter pęnarum diuersitatem, hæc est secunda mors, de qua Supra. 4. Qui vicerit, non lędetur a morte secunda, & Infra 10. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors non habet potestatem. Glo. i. damnatio æterna, hæc mors dicitur secunda respectu præcedentis, sicut effectus respectu causæ. Quia hęc ex illa causatur priori morte, mortui moriuntur morte secunda, sed non in dn̄o, & ideo non dicit. *Beati*: sed miseri. Vnde Eze. 18. Quare moriemini domus Israel, quia nolo mortem peccatoris dicit dn̄s, sed vt magis conuertatᷣ, &c. Hæ duæ mortes malæ sunt, & ideo fugiendæ contra has duo sunt remedia pręcipua, vnum est eleemosyna. Vnde Thob. 4. Eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patitur animas iræ in tenebras. Secundum est obediētia.i. impletio mandatorum Dei. Vnde Eze. 18. Quare non portat filius iniquitatē patris, quia filius iudicium, & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, vita viuet, & non morietur. Duplicē vitā duplici mor-

A ti opposuit, contra mortem culpæ, vitam gratiæ, & contra mortē gehēne, vitam glorię. Tertia mors, quæ est bona, qua homo peccato moritur, & peccatum sibi, quę fit per virtutem pęnitentiæ, quæ peccatum destruit in anima per contritionem, & confessionem, & instrumenta peccandi per satisfactionem. Col. 3. Mortificate membra vestra: de hac morte dicitur. Roma. 6. Qui enim mortui sumus, quomodo viuemus in illo? Quarta mors, quę iterum bona est mors, qua homo spiritualiter moritur mente. Quam mortem operatur ingressus claustri, per votum, & confessionē obedientiæ. De qua dicitur Col. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est, &c. Sic fuit mortuus Paulus, qui dixit Gal. 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Quinta mors est mors naturæ: qua moritur corpus separatione ab anima. De qua dicitur Gene. 3. Quacūque hora comederitis morte moriemini.i. moriendi necessitati addictus eris. 1. Reg. 14. Omnes moriemur. Illi qui sunt mortui tertia, vel quarta morte moriuntur, ista quinta morte, & in dn̄o, &

B ideo beati. Dicit quoq;. *Beati*, parte beatitudinis.i. stolæ animæ. Mortui peccato, vt boni Christiani, vel mundo, vt boni religiosi. *Qui in domino*.i. in confessione domini. Vel in domino existentes per charitatem, quia qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in eo, vt dicitur. 1. Iohan. 4. Moriuntur corporaliter, separatione animę a corpore. horum aūt quidam statim euolant, & sine purgatorio, vt pueri baptizati. Martyres pęnitentes perfecta pęnitētia. In cuius signum Christo baptizato cœli aperti sunt. Luc. 3. Stephano lapidato. Actu. 7. Et Iohan. in pathmos insula. Supra. 12. Hi moriuntur in terra promissionis, cum Abraham. Alīj vero non statim euolant, sed vadunt in purgatorium, vt imperfecti, qui non perfecerunt pęnitentiam de peccatis suis, vel addiderunt venialia, quæ secum portauerunt. De quibus dicitur. 1. Cor. 3. Siquis ędificat supra fundamentum hoc, lignum, fęnum, stipulam, &c. Hi moriuntur in Aegypto cum Iacob, & Moyse, quorum ossa portata fuerunt de Aegypto in terram promissionis. In signum, ꝙ illi, qui sunt

C in purgatorio: peracta pęnitentia deferuntur misterio angelorum in Paradisum. Vnde Eccl. 46. Ossa eorum pululant de loco suo, & nomina eorum permanent in æternum. Nullus autem eorum, qui mortui sunt in deserto deportatus legitur in terram promissionis. In signum eorum, qui mortui sunt in peccato mortali deserti a gratia, tales nunquam ibunt in paradisum, cuius figura tenet terra promissionis. Item. *Beati mortui* peccato. *Qui in domino moriuntur*.i. pro domino, vel propter dominum moriuntur corporaliter martyrium substinendo, vel spiritualiter claustrum intrando, & tales dicuntur mortui, quia mors talium nil aliud est quàm carceris ruptio, peregrinationis terminus, laquei contritio, finis exilīj, laboris meta, periculi euasio, periculosæ domus exitus, descensio de equo pręcipiti, reditus ad patriam, paternę hæreditatis inuestitio, victoria pugnę exterminatio miserię, ianua vitę, propter quód dicitur. Pręciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Econtrario autem mors peccatorum pessima, quæ est carceris introitus, pere-

D grinationis initium, laquei captio, exilīj inceptio, &c. quę supradicta sunt per contrarium. Et ideo dicit Eccl. O mors quàm amara est memoria tua. Isti sine domino moriunt: et ideo infelices priores in domino, &c. ideo sunt beati. Sunt enim ab hoste securi, a periculo liberi, a pęna expediti, de gloria certi. Magnum bonum est esse ab hoste securum, qui nos multipharie, dum hic viuimus inquietat, vnde multipharia sortitur vocabula ob multiplices quas contra nos molitur insidias. Nam aliquando tentando aduersatur bono proposito nostro, ne proficiamus, & secundum hoc dicitur Sathan.i. aduersarius. Aliquando suggerit plusquā facere possumus, & secundum hoc dicitur Leuiathan.i. additamentum, quando suggerit voluptatem carnalem, sub spē necessitatis, vel discretionis, & hic dicitur Vehemoth.i. animalis. Interdum suggerit pusillanimitatem, & secundum hoc dicitur diabolus deorsum cadens, quando suggerit sub specie caliditatis, & sic serpens vocatur, & multis alīs modis. Vn̄ vere beati censendi sunt, qui a tali hoste sunt securi,

Secũdum est, ꝙ a periculis sunt liberi, quorum infinitus est numerus. Sed ad præsens illa octo exponamus, quæ ponit Ap̃.2.Cor.11.s. pericula fluminum, pericula latronum, &c. Pericula fluminum sunt pericula diuitiarum, vbi perit humilitas. Quia vermis diuitum est superbia, vt dicit Augustinus super illud. Precipe diuitibus huius seculi. 1. Thi.6. Isa.8. Requieuit Syria super Effrem .i. superbia super diuitias, Syria enim sublimis interpretatur, Effraim fructificãs propter hoc dicit psalmus. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Pericula latronum sunt pericula delitiarũ, quę furantur homini cordis virtutes, vnde Oseæ.4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas aufert cor. Pericula ex genere supra generis nobilitate, vbi perit fraternitas. Quia ex quo aliquis, ex vna parte aliquid habet nobilitatis omnes alios de genere suo, nõ recognoscit, et despicit, omnes quasi nõ ipse sit homo, Vnde Mal.2. Nunquid non vnus pater omnium nostrum, &c. Pericula ex gentibus sunt pericula ex amore parentum, fratrum, sororum, & aliorum, quæ nobiscum, vel ex nobis sunt geniti, quæ pericula destruunt ecclesiam Dei. Vnde Abacuch.2. Væ, qui ędificant Sion in sancto. Pericula in ciuitate, sunt pericula conspirationis, & discretionis, vbi perit pax, & ęquitas. Vñ psal. Vidi iniquitatẽ, &c. Pericula in solitudine sunt, pericula singularitatis, vbi perit charitas, & dominatur auaritia, propter, ꝙ dicitur Eccl.4. Væ soli, quia si ceciderit non habet subleuantem. Pericula maris sunt, pericula seculi, vbi perit charitas, sicut dicit beatus Bernardus, propter quòd dicit Apostolus. Roma.12. Nolite conformari huic seculo. Pericula in falsis fratribus, sunt pericula malæ societatis. Seneca. Nequã socius, candido, & innocẽti socio, ingerit rubiginẽ. Eccl.13. Qui tetigerit picẽ, &c. Tertium propter, ꝙ mortui sunt beati, quia sunt a pęna, & miseria expediti. Quæ triplex est. Mundana, purgatoria, & æterna. Mundana pęna, & purgatoria est finita, & meritoria. Aeterna nec purgatoria est, nec finita, nec meritoria. Et huius .s. triplex pestilentia exprimitur. 2. Reg. vlti. Per triplicem vindictã domini, quorum optio data est Dauid, per Gad Prophetam, s. pestilentia trium dierum. Aut persecutio inimicorum per tres menses. Aut fames septem annorum. Pestilentia trium dierum est pręsens pęna; quæ tripliciter affligit, per contritionem, confessionem, & persecutionem inimicorum, per tres menses, est pęna purgatorij, quæ pro ligno, fęno, & stipula, substinet, vt dicitur. 1.Cor.3. Fames septem annorum est pęna inferni, vbi est vniuersalis omnium bonorum defectus: vbi etiam corpus ex quatuor elementis est compositum, & anima in tribus potentijs, existens punietur. Quarta causa beatitudinis illorum, est certitudo gloriæ, de qua dicitur Iudith. 18. Vidimus terram valde opulentam, & vberem, nolite negligere, nolite cessare, eamus, & possideamus eam, &c. Isa. 32. sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Quia illi qui in domino moriuntur sunt beati: probat dicens. *Amodo iam dicit spiritus*, vel tota Trinitas, qui est missus spiritus: *vt requiescant a laboribus suis*, sic ordina constructionem vere. *Beati sunt* enim quia spiritus dicit, vt iam. *Amodo* .i. post mortem *Requiescant* æternaliter. *A laboribus suis* .i. post labores suos, & pro laboribus suis. Sap.3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Matth.11. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Isa.14. erit in die illa. cum requiem dederit ei Deus a labore suo: quia tunc mirabitur anima, quomodo potuit a tot periculis liberari, illi autem, qui in labore hominum nõ sunt, nec cum hominibus non flagellabuntur, non terminabitur in requiem labor eorum: sed erit perpetuus. Vnde psal. Laborauerunt in æternum, &c. Beati igitur dicuntur sancti cum moriuntur propter præteritorum malorum euasionẽ, & non solum propter hoc, immo potius propter bonorũ omnium adeptionem, quia de carcere egrediuntur ad regnum. Vnde Eccle.4. de carceris catenis, quia interdũ quis egreditur ad regnum, hoc quęrebat psal. Educit de carcere animam meam, & Apostolus. Rom.6. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius, & Ioseph. Gen. 41. Memento mei, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere. Item de pugna ad victoriã. 2. Thi.4. Bonum

E certamen certaui. Item de labore ad requiem. Psal. Conuertere anima mea in requiem tuam. Item de seruitute ad libertatem. Roma.8. Creatura liberabitur a seruitute corruptionis. Iob.3. Vbi seruus liber a dño suo, &c. Gala.3. Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, &c. Item de periculis ad securitatem. Isa.32. Sedit populus meus in pulchritudine pacis, &c. Psal. Confortauit seras portarum tuarum. Item de exilio ad patriam. Matth. 2. Per aliã viam reuersi sunt, &c. Item de paupertate ad hæreditatem paternam. Psal. Cum dederit dilectis suis somnum .i. maiorem quietẽ ecce hæreditas domini, ideo dicitur Isa.41. Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel. Sed ne putaret aliquis quòd sancti, nihil cooperati sint suæ beatitudini, & ideo si operati essent, nihilhominus beatitudinem expectarent, & ideo vellent occisi esse. Sequitur. *Opera enim illorum* sequũtur illos, sicut famuli dominum suum sequuntur, & bene dicit *sequuntur*, non præcedunt, quia sancti non vident opera sua, vt Deus videt. Vnde Iob.31. Si vidi Solem cum ful-

F geret, & Lunam incedentem clare. Matt.6. Cum facis eleemosinam noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt. Item *Opera illorum sequuntur illos* .i. reddet in futuro, nõ in pręsenti, sicut hypochritis, quibus statim redditur merces eorum. Vnde Matth.6. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. De sanctis autem dicitur. Labores manuũ tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit, &c. Vnde dicitur Eccle.11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multa tẽpora inuenies illum. *Et vidi*: quinta pars capituli agit de iudicio futuro, vbi redduntur præmia bonis, & supplicia malis secundum ꝙ prædictum est. Dicuntur autem hic sex. Primo describitur iudex idoneus ad iudicandum. Secundo ostenditur desiderium sanctorũ de iudicio faciendo, ibi. *Et angelus exiuit*. Tertio ostenditur, ꝙ sancti tunc exaudientur, qui nunc videntur obliti, ibi. *Et misit ille*. Quarto ostenditur, ꝙ sancti, qui modo iudicantur, & comprimuntur, iudicabunt tunc cum Christo, ibi. *Et alius angelus exiuit de templo*. Quinto ostenditur, ꝙ licet sancti

G cum Christo iudicẽt, tamen auctoritas iudicij, penes Christum erit, ibi. *Et alius angelus exiuit de altari*. Sexto ostenditur obedientia sanctorum, ibi. *Et misit angelus falcem*. Sunt autem iudici tria necessaria. s. iustitia, scientia, & potentia, siue auctoritas. Ideo Iohannes ab his tribus describit iudicem. Vnde dicit. *Et vidi* .i. intellexi. *Et ecce nubem candidam* .i. carnem dominicam, & puram, & mundam. *Et supra nubem sedentem*, i. deitẽ diuinitatem supra humanitatem existentem, vel animam Christi, carni eius præsidentem, & ad libitũ sine omni rebellione regentem. Vnde Isa.19. Ascendet dominus super nubem leuem. *Similem filio hominis*, immo vere filium hominis, & hoc dicit Iohannes, quia non iam immortalis & impassibilis erat sicut homo naturaliter post peccatũ. Quod enim homo immortalis, & impassibilis sit, gratia est, quia ex sua natura corrupta tantum habet, ꝙ sit mortalis. *Habentem in capite suo* .i. in se, qui est caput ecclesiæ. Vel in diuinitate. *Coronam auream*. Et ad similitudinem triumphãtis. Quia ipse virtute diuinitatis vicit diabolum, & Anti-

H christum per sapientiam. *Et in manu sua* .i. in potestate sua. *Falcem acutam* .i. iudiciariã potestatem, qua malos a bonis separabit, sicut manus metentis segetes secat, et atterrat, & separat. Item *Vidi, & ecce nubem candidam* .i. sanctam ecclesiam, habentem non maculam, neq; rugam, quæ pluit doctrinis, coruscat miraculis, tonat minis. De qua nube dicitur Eccle.24. Thronus meus in columna nubis .i. in ecclesia. Vnde sequitur *Et supra nubem sedentem*, vt iudicem, vt regem, vt episcopum. Isa.34. Dominus iudex noster, dominus rex noster. *Similem filio hominis* .i. Christum Deum, & hominem, & ideo dicit, non *Filium hominis*, sed *similem*. Vel dicit Iohannes. *similem*, quia si tanquam iudex sedeat quasi nubem in iudicio, tamen humilis, & mansuetus apparebit bonis, sed valde terribilis reprobis. Vnde Isa.30. Ardens furor eius, & grauis ad portandum *In capite suo coronam auream* .i. æternam gloriam, qua coronabit suos pro victoria, qua diabolum, & peccata vicerunt. Dicitur autem eam habere *In capite suo*, quia eandem coronam, & gloriam quàm habebit Christus

homo

homo dabit suis, licet non tantam. Quod significatum
est Hester fecitque eam reginam. *Et in manu sua falcem* .i. in po
testate iustitiam ad puniendos malos. Vnde Dan. 6. Dicit,
quod fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. Idẽ
significatur. Per flumen igneum rapidumque, & per *Fal-
cem acutam*, hic. s. seueritas iustitiæ iræ Dei, quæ dicitur gla-
dius. Iob. 19. Fugiant a facie gladij. *Et alius angelus*, hic ostẽ-
dit Iohãnes desiderium sanctorum: de futuro iudicio, quod re
vera desiderant sancti propter duo. Primo, quia tunc reci-
pient secundam stolam. Secundo propter consortium fra
trum, quod perficiendum est, quod ipsi expectant. Vnde Su. 6.
dictum est eis. *Vt requiescerent modicum tempus*. Dicit ergo. *Et
alius angelus* .s. quidam cętus fidelium, qui sunt alij a Christo,
qui per præcedentem angelum designantur. *Exiuit de templo* .i. de
occulto, hoc est desiderium, quod habent de futuro iudicio san
cti, tunc manifestum est, & ideo dicitur exire angelus de tẽ
plo, quia desiderium sanctorum, quod modo latet, tũc veniet
in aperto. *Clamans voce magna* .i. laborans desiderio, & affe-
ctu magno. *Ascendentem supra nubem* .i. ad Christum, ecclesiã
regentem. *Mitte falcem tuam* .i. exerce potestatem iudiciariã.
Et mete .i. collige tuos tanquam triticum in horreum. *Quia ve
nit hora vt metatur* seges de agro .i. tollantur homines, & ex-
cussa segete, granum in horreo recondatur, & palea in igne
comburatur. Matth. 3. Cuius ventilabrũ in manu eius, &c.
& ostendit, quod hora est metendi. *Quoniam aruit messis terræ* .i.
quia consummata est malitia mundi, & iam plus non ha-
bet aliquid viriditatis, quod de cętero posset esse ad vtilitatem
bonorum. Vnde malitia mundi dicitur viridis: quàm diu
prodest bonis. Sed qñ iam impletus erit numerus electo-
rũ, tunc erit arida messis terræ .i. consummata malitia mun
di, & boni parati ad suscipiendam palmam, & mali ad su-
scipiendam pœnam promeritã. De hoc dicitur Iohan. 3.
Nonne vos dicitis, &c. Mẽses sunt quatuor defectus ecclesiæ
generalis, quos substinuit ecclesia, ex quatuor persecutoribus
generalibus, quæ inceperũt ab introitu ecclesiæ sub Hero-
de Aschalonita, qui occidit pueros, & continuatæ sunt vna
post aliã, vsque ad messem generalem, quæ fiet in die iudi-
cij. Prima ergo fuit persecutio Tyrannorum, qui marty-
res occiderunt. Secunda Hæreticorum, qui confessores ve
xauerunt. Tertia falsorum Christianorum .i. hypochrita-
rũ, qui Christi mores corrumpent. Quarta erit Antichri-
sti, & suorum, qui fidem, & mores corrumpent, & vitam
auferent, & ideo grauior omnibus erit. Matth. 24. Tunc erit
tribulatio magna qualis, &c. Matth. 13. Messis est con-
summatio seculi. Angeli sunt messores, sic ergo colligunt
zizania. *Et misit*. Hic ostenditur exauditio sanctorum, &
impletio desiderij eorum. Vt dicit. *Et misit, qui sedebat supra nu-
bem* .i. Christus ecclesiæ præsidens, vt rector iudex, & do-
minus. *Falcem suam in terram* .i. omnes homines terrę in vnũ
locum quasi in arena congregabit ad iudicandum. Vnde
Iohel. 3. Congregabo omnes gentes in vnum locum, quæ
sub cœlo sunt, & appareat arida .i. ecclesia. Et vocauit Deus
aridam terram .i. stabilem ecclesiam ab humore noxio de-
siccatam. Congregationes aquarum inferni appellauit, ma
ria, quia in inferno erit maxima amaritudo. Amos. 4. Per
aperturas exibitis alter contra alterum. Vel exibit de infer-
nu, & corpus de sepulchro, & ipsis coniunctis proijcientur
in Arnon, quod interpretatur archa mœroris .i. in infernum,
vbi erit fletus, & stridor dentiũ sempiternus. *Et alius angelus*.
Hic ostendit Iohannes, quod sancti cum Christo iudicabunt,
non tamen omnes: sed illi, qui pro ipso omnia reliquerunt,
& secuti sunt eum. Vnde Matth. 19. Dicit Petrus ad Ie-
sum. Ecce nos relinquimus omnia. Supra. 4. *Qui vicerit dabo
ei sedere mecum* in throno meo. Iob 36. Non saluabit impios,
& iudicium pauperibus tribuet. Isti. n. se iudicantes pro-
pter Deũ hominibus se subiecerunt, & ideo potestas iudi-
candi eis a Christo tribuet. Dicit ergo. *Et alius angelus* .i. su
pradictus sanctorum cętus aliud habens officium. *Exiuit de
templo, quod est in cælo* .i. de occulto in publicis venit, & qualis
esset apud Deum innotuit. *Habens, & ipse*, sicut Christus.
Falcem acutam .i. potestatem iudiciariã, quia ex eius potesta-
te iudicabunt. Cap. 23. Iudicabunt sancti nationes. Isa. 3.
A Dñs ad iudicandum veniet cum senibus populi. *Et alius ange-
lus*. Hic ostẽdit Iohãnes, quod potestatis iudiciariæ auctoritas
residet penes Christum, qui dat sanctis suis, vt possint cum
eo iudicare. Dicit ergo. *Et alius angelus* .i. Christus alius a
sanctis, quia super omnes est. *Exiuit de altari*. Glorificatus qua
lis est apparuit. s. Deo patri consubstantialis, qui prius vi-
lis apud infideles fuerat. Ideo dicitur *Exiit de altari* .i. de loco
secretiori, vbi nullus potest pertingere, quia & si alij sancti
sunt in templo Dei, Christus tamen est in loco altiori, & se-
cretiori, etiam inquãtum homo, quia in gloria maiori. Vn-
de dicitur sedere a dextris Dei, idest frui potioribus donis
Dei, & modo potissime. *Qui habebat potestatem*, sicut verus
Deus. *Super ignem* .i. super pęnam æternam, infligendi eam
cuilibet reprobo secundum exigentiam meritorum. *Et cla-
mauit voce magna* .i. potestate, & auctoritate Imperiali. *Ad
eum, qui habebat falcem acutam* .i. ad sanctos, qui habebant pote-
statẽ iudiciariã dicens. *Mitte falcem tuam acutam* .i. exerce pote-
statem tuam iudiciariã. *Et vindemia botros vineæ terræ* .i. separa
B bonos, a terrenis vino malitiæ inebriatis. *Quoniam maturæ
sunt vuæ eius* .i. completa est malitia eorum. & iam non habet
locum, quoniam non prodest amplius bonis. Nam per-
mittit Deus ex sui dispensatione, regnare malos, quam diu
prosunt bonis. Eccle. 8. Peccator ex eo, quod centies facit ma-
lũ, & per patientiam substentatur, ego cognoui quod bonum
erit timentibus Deum, qui venerantur faciem eius. De hac
vindemiatione .i. malorum separatione. Matth. 13. Exibũt
angeli, & se. &c. *Et misit*. Hic ostenditur obedientia san-
ctorum, quorum ministerio punient .i. puniendi iudicabũ
tur mali. Et ostẽditur etiam, vbi patientur. s. in lacu, et modũ
punitionis, quia calcabuntur in lacu. Vnde dicit. *Et misit ange-
lus* .i. sanctorũ cętus statim post imperiũ Christi *Falcem suam
in terra* .i. exercuit potestatem iudiciariam in terrenos, qui
plus terram, quàm cęlum finaliter amauerunt. *Et vindemiauit
vineam terræ* .i. separauit bonos a malis, omnes terrenis dele-
ctationibus, inebriatos, & quod hic dicitur factum facient sed
in futuro iudicio. Non per executionem operis, quod est an-
C gelorum, vt patet. Matth. 13. Sed per approbationem, &
sessionem: & suam cooperationem, ad malos, qui in eis le-
gent ea, quæ facere debuerunt, & noluerunt. Vnde iudica-
buntur. *Et misit in lacum iræ Dei magnum* .i. in infernũ, vbi mul
ti perpetuo iram Dei substinebũt. Qui dicitur propter pro-
funditatem lacus. Isa. 30. Præparata est enim ab heri tho-
phet a rege præparata profunda, & dilatata. Item propter
miseriam quam ibi inueniet. Psal. Eduxit me de lacu mise-
rie. Dicitur magnus, propter capacitatem, quia magni sunt
ibi, quia multos capit. Isa. 5. Dilatauit infernus animã suã,
& aperuit os suum, &c. Isa. 24. Visitabit dominus super mi
litiam cęli .i. super clericos militantes in excelso, & super re
ges terræ, qui sunt super terram .i. super principes, & præla
tos, & congregabuntur in congregatione vnius faciei in la
cum, & claudentur ibi in carcere, quia abusi sunt hic libera
potestate. Ad literam. Sic fiet: sicut fit in aduentu alicuius
principis: de nouo vel de longe venientis in ciuitatem suã
mundantur platee ciuitatis, & proijciuntur sordes, in lacu-
D bus, & fossatis. Sic in aduentu Dñi purgabitur mũdus a ma
lis, & proijcientur in infernum. Psal. Vt lutum platearum
delebo eos. Amos. 4. Per aperturas exibunt de sepulchris
corpora, & de inferno animæ, et vna contra alteram proij-
cientur in Arnon, quod interpretatur Archa mœroris. *Et calcatus
est lacus* .i. cõpressi, & abiecti sunt mali in infernũ. *Extra ciuita-
tem* vnum in mundo, aliud in purgatorio, alterum in infer-
no. De primo dicitur Isa. 63. Torcular calcaui solus. Tre. 1.
Calcauit dominus torcular virgini filiæ Sion. De secundo
& tertio Iohel. 3. Plenum est torcular purgatorij .s. exube-
rãt torcularia inferni. s. quia multiplicata est malitia eorũ.
Vel aliter peccatum in præsenti, omnino per pęnitentiam
non purgatum, & in torculari mundi depressum, mittit in
torculari purgatorij. Multiplicatio malitiæ mortalium re-
probos mittit in torcularia inferni. Duo prima non sunt ex
tra ciuitatem, quia virtute charitatis, & patientiæ, quo ad
primum, & meritis, & præcibus ecclesiæ, quo ad secundũ
de ipsis eligitur bonum vinum, quod portatur in cellarium Pa-
radisi

radiſi. Tertium eſt extra ciuitatem, quia nec patria, nec ec- E
cleſia ſubſidia valent eis, qui ibi ſunt, ſed in perpetua pęna, & conculcatione remanebunt. Mal. in fine. Calcabitis impios cum fuerint cinis ſubplanta pedum veſtrorum. *Et exiuit ſanguis de lacu* .i. de pœna exuberauit. *Vſque ad frenos equorum*, ideſt vſque ad dęmones rectores eorum iniquorum, qui ſimul eadem pęna puniuntur, cum iniquis hominibus. Argumentum eſt hic, quòd dæmones non pręerunt hominibus in puniendo, in inferno. Ad quòd facit illud Apoſtoli. 1. Cor. 15. Tunc euacuabit omnem principatum, &c. Super hoc dicit Haymo. Dum durat mundus angeli, angelis: dæmones, dæmonibus p̄ſunt, ſed omnibus collectis, dum iam omnis p̄latio ceſſabit, tamen quidam dicunt ꝙ dęmones, qui fuerunt inceptores reproborum in culpa, erunt tūc tortores eorum in pęna. Neque hoc eſt contra Haymonē, quia ipſe non loquitur niſi de p̄latione dęmonum, ad dæmones. Item per frenos equorum intelliguntur p̄lati, rectores minorum, qui ſicut in culpa fuerunt ſimiles, ſic & in
F pęna. Immo magis punientur prælati, quàm ſubditi, quia grauius peccant. Vnde Sap. 6. Iudiciū duriſsimū fiet his, qui p̄ſunt. Durum, quia male intrauerunt in prælatione, Non per oſtium, ſed aliunde .i. mediante carnalitate, aut calliditate, aut pęcunia, aut p̄ce armata. Durius, quia poſt ingreſſum male vixerunt. Duriſsimum, quia ingreſsi non pęnituerunt. Et hæc tria tangit. Pſal. dicens. Deus venerūt gentes in hæreditatem tuam .i. in p̄lationem eccleſiæ non vocati a te, nec electi canonice. Ecce malus ingreſſus, polluerunt templum ſanctum tuum male viuendo. Ecce mala vita poſt ingreſſum. De quo dicitur Iere. 2. Induxi vos in terram Carmeli, &c. Et egreſsi occupaſtis eam, poſuerūt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam .i. in cuſtodiam pueroro rum, qui debent cuſtodire poma. Naum. 3. Cuſtodes tui quaſi locuſtę, quæ totum comedunt, & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum, quæ potius nocent, vel poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam .i. ad modum cuſtodiæ pomeriorum, quæ cuſtodiuntur dum poma ſunt ibi. Sed col-
G lectis pomis recedunt cuſtodes, & relinquit domūculam cuſtodiæ ſolam. Sic faciunt clerici præbendati quādo fructus colliguntur, & denarij dantur, & redditus diſtribuūt, ſunt in eccleſijs, ſed facta diſtributione, tunc vadit quilibet ad domeſtica negocia, & relinquunt eccleſiam ſolam vſque ad futuros fructus, & tunc iterum reuertuntur. Vnde Prouerb. 7. Non eſt vir in domo .i. prælatus, vel canonicus in eccleſia. Abijt in via longiſsima .i. a Deo remota. Sacculum pecuniæ ſecum tulit .i. redditus ſuos. In die plenæ Lunæ reuerſurus in domum ſuam .i. in Auguſto, quando iterū fiet diſtributio redditum, & diuiſio p̄bendarum. Iſa. 1. Ecce relinquetur filia Sion, vt vmbraculum. Item hoc, ꝙ dicit. *Exiuit ſanguis de lacu vſque ad frenos*, innuit duo Iohan. abundātia pęnarum in inferno, notitiam eorundem per totum mūdum. Loquitur enim parabolice. Sicut enim cum magnū p̄lium, & magna ſtrages hominum alicubi facta eſſet, & ſignificare volumus. Solem⁹ dicere tāta eſt effuſio ſanguinis, ꝙ equi natabant in eo. Sicut in hoc loco, volens Iohannes
H diuinam vltionē, et malorum pęnam notificare, dicit eorum ſanguinem vſque ad fręnos equorum creuiſſe. Quod videtur exponere Iſa. in fine, vbi dicit. Egredientur ſancti, & videbunt cadauera eorum, qui p̄uaricati ſunt in me, &. erit vſque ad ſatietatem omnis carnis, hoc eſt vſque ad frenos equorum. Quantum autem exibit ſanguis oſtendit .ſ. vſque ad notitiam omnium, qui in mundo ſunt, vel fuerūt in ſeptem ſtatibus mundi. Vnde dicit. *Per ſtadia mille ſexcenta*, per mille ſtadia intelligitur totius mundi ambitus. Per ſexcenta, ſex ætates, & merito per mille ſtadia totus mundus intelligitur, quia mille continet ſub ſe omnes numeros ſicut mundus omnia. *Exiuit ergo ſanguis de lacu vſque ad frenos equorum mille ſtadia*, quia omnibus, qui in mundo ſunt pœna eorum notificata eſt. Iterum *Exiuit per ſexcenta ſtadia*, quia nulla ætas fuit, in qua hoc idem non fuerit reuelatum. Quod autem non ſolum terræ dimenſio, ſed etiam temporis longitudo ſtadium notat, teſtatur Apoſtolus. 1. Cor. 11. Neſcitis, quia hi, qui in ſtadio currūt, &c. Sic currite .i. ſtādiu, &c.

E Et hoc videtur exponere. 2. Thi. 4. Bonum certamen certaui, &c. Glo. Aliter exponit dicens. Quod per ſtadia intelliguntur omnes, qui ſubiecti ſunt luſibus, & vanitatibus huius ſeculi, qui quærunt tantum coronam, et gloriam in pręſenti, & futuro ſicut illi, qui Romę bene currunt, in ſtadio ſtatim recipiunt .i. in ipſo ſpatio ſuam coronam corruptibilem, vt dicit Apoſtolus. Horum tria genera ſunt, quidam ſunt minus exercitati in his ludis, et hi ſignificātur per ſex. Alij magis exercitati, & hi per centum. Alij ſunt plene, & perfecte exercitati, & hi per mille ſignificantur. Et omnib⁹ ſecundū diuerſitatem ſtatuū ſuorum reddet pęna in inferno, & hoc eſt. *Exiuit* (inquit) *ſanguis de lacu vſque ad frenos equorum* .i. a minoribus, vſque ad maiores, omnes inuoluēdo .ſ. perfectos in malo, mediocres, & minores, hoc eſt *mille ſexcenta*. Malum eſt ergo ſe inmiſcere ludis, quia qui fuerit ſoci⁹ ludorum, erit & ſocius ſuppliciorum. Ideo dicit pſal. Non ſedi cum concilio vanitatum, & cum his qui in leuitate ambulant participem me non p̄bui. Iere. 15. Non ſedi cum con-
F cilio ludentium, & gloriatus ſum.

CAPVT XV

ET vidi aliud ſignum in cœlo magnum, & mirabile: angelos ſeptem habentes plagas ſeptem nouiſsimas. Quoniam in illis conſummata eſt ira Dei.

ET *vidi*. Hic incipit quinta viſio, quatuor præcedentes viſiones monſtrant vniuerſalem ſtatū eccleſiæ, a natiuitate Chriſti, vſque ad diem iudicij: ſicut dictum eſt. Tres vltimæ, quæ hic incipiunt, monſtrant finalem ſtatum eccleſiæ, quę ſic diſtinguūtur, hic p̄ſens eſt de effuſione ſeptem phialarum iræ Dei, & refertur ad tempus Antichriſti. Secunda poſt hanc de damnatione Babylonis, & beſtiæ, & pſeudo prophetæ, & refertur ad tempus iudicij. Vltima eſt de gloria ſanctorum, & refertur ad ſtatum eccleſiæ poſt iudi-
G cium. Preſens igitur viſio eſt de ſeptem angelis, effundentium ſeptem phialas iræ Dei, per quarum effuſionem intelligitur denudatio, ſiue demonſtratio damnationis malorū qui erunt tempore Antichriſti. Eſt enim phiala prædicatio comminatoria damnationis æternæ, de qua hic agitur: phiala vero miſericordiæ eſt prędicatio promiſſoria remunerationis æternæ. De qua dicitur. Iudi. 5. In phiala principum obtulit butyrum, & dicitur phiala prædicatio propter futuræ ſignificationem. Eſt enim phiala clauſa deorſum, & aperta ſurſum. Sic prædicationis intentio, ad cęleſtia eſt, non ad terrena. Manifeſtatur igitur in hac viſione quinta damnatio reproborum, quæ erit tempore Antichriſti, & hoc tripliciter. Primo per inſpirationem, & hęc in pręſenti capitulo. Secundo per pręedicationem, & hoc in ſextodecimo capitulo. Tertio per cauſam, & hoc in decimoſeptimo capitulo. Demonſtratio autem, quę fit in hoc capitulo, per inſpirationem, dupliciter fit. Primo quidem reuelatur pęna reproborum, per gratias agendum Deo,
H poſtea reuelatur ad documentum. Deinde alijs, vt & ipſi conſolationem habeant de vindicta malorum, diuiditur autem hoc capitulum in ſex partes. In prima oſtendit Iohannes ſeptem *Angelos habentes ſeptem plagas nouiſsimas*, quibus reprobi punientur, ſed non boni. Secunda oſtendit cauſam, quę liberat bonos ab iſtis plagis, ibi. *Et vidi tanquam mare*. In tertia oſtendit cauſam inuoluendi malos in his plagis, ibi. *Et poſt hæc vidi*. In quarta agitur de prædicatione ſeptem angelorum adminantium ſeptem plagas, ibi. *Et exierunt ſeptem angeli*. In quinta oſtenditur, ꝙ ad hoc ſunt idonei p̄dicti angeli, ibi. *Veſtiti lapide mundo*. In ſexta agitur de obſtinatione malorum, ibi. *Et repletum eſt templum*. Dicit ergo. *Et vidi*. Viſio hęc fuit imaginaria, cui cōtradicunt multi. Sed poteſt dici, ꝙ Iohannes primo vidit rē, figuratiue intellectuali viſione, & poſtea oſtenſa eſt ei in figura, ſub qua nuntiaret eam, & ſcriberet. *Et vidi aliud ſignum*. Quia hoc ſignum proprie ſignat profectum malorum. Pręcedens nota profectum bonorum, ex perſecutione malorum prouenientium. *In cælo*,

idest

idest in ecclesia virtutum, varietate stellata, & a terrenis ele
uata. Vel *in caelo* .i. in ministerio reprobis collato. *Magnũ*
significatione, & mirabile, dignum admiratione, propter
rei arduitatem. Magnum enim, & mirabile est, hominẽ
dare potestatem damnandi alios. Deinde ostendit, q̃ fue
rit illud signum dicens. *Angelos septem* .i. vniuersos prædica-
tores, qui dicuntur angeli, quia missi. Iuxta illud Rom. 10.
Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Mat. 10. Ecce ego
mitto. Dicuntur autem septem, propter septem virtutes,
tres Theologicas, & quatuor Cardinales, quas debẽt in se,
& alijs prædicare. Vel propter septem dona spiritus sancti,
quæ similiter debent habere, & prædicare. Et hi septem
angeli significantur per septem columnas, quibus tota ec-
clesia substentatur. Vnde Prouer. 9. Sapientia ędificauit si-
bi domum, excidit columnas septem *Habentes*, ex eo offi-
cio prædicationis. *septem plagas nouissimas*, ad denunciandũ.i.
vniuersa mala, quibus reprobi, qui erunt tẽpore Antichri-
sti plagabuntur, vnde dicuntur nouissimæ plagæ, quia no-
uissimi temporis homines his ferientur. Item, quia post
illas, non inferuntur aliæ. Vel nouissimæ.i. graues, quia il-
li grauissimé peccauerunt. *Quoniam in illis consummata est ira Dei*,
idest in his plagis illis illatis, non inferet Deus alias plagas
mundo, sed his consummatis incipiet in eis furor inferni.
Moraliter hoc signũ magnum, & mirabile in cœlo.i. in ec-
clesia est, q̃ prædicatores, qui debent esse medici ad curãda
vulnera peccatorum, & qui debent portare vnguenta sua-
uissima.i. verba consolationis, et cõpassionis, ad sanandũ,
non porrigunt, nisi gladium ad occidendum.i. verba dura,
& mordentia. De quibus dicitur Mich. 3. Hæc dicit domi
nus super prophetas, qui seducunt populum meum, quem
mordent dentibus suis, & prædicant pacem, si quis non de-
derit in ore eorum quidpiam, sanctificant super eum præ-
lium. Prouer. 30. Gens, quæ pro dentibus gladios habet, &
commandit molarib⁹ suis, &c. Iere. 9. Sagitta vulnerans
linguam eorum. De talibus dicit Gregorius Nazanzenus.
Meliores prędicatores estimantur, qui melius mordere
nouerunt, & sancti sunt prædicatores Satyrici. Vnde quæ-
ritur dominus. Isa. 1. Ecce viri veniebant de via portæ su-
perioris, quæ respicit ad Aquilonem, & vniuscuiusq; vas
interitus in manu eius. Sequitur.

*Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, & eos
qui vicerunt bestiã, et imaginem eius, et numerũ nominis
eius, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei,
& cantantes canticum Moysi serui Dei; & canticũ agni,
dicẽtes. Magna, & mirabilia sunt opera tua domine Deus
omnipotens: iustæ, & veræ sunt viæ tuæ rex seculorum.
Quis non timebit te domine, et magnificabit nomen tuũ?
quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & ado
rabunt in conspectu tuo, quoniã iudicia tua manifesta sunt.*

Et vidi. Hæc est secunda pars capituli, vbi ad consolatio-
nem bonorum agit Iohannes de causa liberante ab his pla-
gis, quæ triplex est, secundum triplicem statum bonorum.
In statu incipientium causa liberans est firmitas fidei, q̃ no
tatur per hoc, q̃ dicit *Vicerunt*. Fide enim diabolo resistit.
Vnde. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide, & etiam mundus
fide vincit. Vnde Iohan. Hęc est victoria, quæ vincit mun
dum. s. diuitias, delitias, honores. Vnde Hæb. 11. Fide Moy-
ses grandia factus negauit se esse filium filię Pharaonis, &
sic vicit Hæbreos, maiores diuitias estimans thesauro Ae-
gyptiorum, improperium Christi, & sic vicit delitias.
In statu perfectorum causa liberans, est prærogatiua
operum, maxime circa carnis proprię mortificationem, q̃
notatur per citharas. Sed quare hic agit Iohãnes de causa li
berante a plagis istis ad bonorum consolationẽ, quod eos
non tangat? Non enim erũt vniuersales plagæ istę, sed pro
prię malorum. Solutio. Ideo agit vt hæc tria, quæ liberant
ab his plagis carnis amplectantur. Dicit ergo. *Et vidi* spiri
tu reuelante conspexi. *Tanquàm mare vitreum* .i. baptismum,
qui per mare designatur. Siue dicatur mare lauatorium vi-

A treum, factum ad lauandum faciem, vbi etiam solebant po
ni specula mulierum ad videndum, si aliqua macula esset
in facie, siue mare propriè, accipiatur pro aquarum congre
gatione. Nam sicut in lauatorio lauatur facies, & clara, ac
munda efficitur. Item sicut in mari rubro summersi sunt
pharaonitę, sic in baptismo submerguntur, & destruun-
tur peccata, & animæ puræ, & lucidæ, & lucis receptiuæ.i.
gratiæ efficiuntur, q̃ notatur in vitro, qd est lucidum, & lu
cis solaris receptiuum. *Mixtum igne* .i. spiritu sancto, qui daẽ
in baptismo. Hic tanguntur tria, quæ fiunt in baptismo.
Primum est peccatorum remissio siue mundatio, & hoc in
telligitur per mare sicut dictum est. Secundum est caracte-
ris impressio, q̃ notatur per vitrum. Est enim caracter
quædam dispositio animæ, qua anima est peruia gratiæ
diuinæ. Tertium est gratię collatio, qd notaẽ per ignis ad-
mixtionem. Et notandum, quòd sunt tres baptismi. s. san
guinis, flammę, & aquæ, hic vltimus solus habet hęc oĩa,
Nam duo primi caracterem non imprimunt. *Et eos, qui vi-*
B *cerunt bestiam* .i. Antichristum, vel diabolum nolentes crede-
re ei⁹ miraculis, nec flecti promissis, nec eius minis. *Et ima-*
ginem illius vicerunt similiter, nolentes conformari vitę illius.
Vel imaginem vocat statuam Antichristi, quam noluerũt,
idest nolent adorare, vel forte imaginem dicit prędicatores
& principes Antichristi, qui ei per omnia conformabunt
se, quos similiter sancti vincent, nullo modo acquiescentes
eis, nec abstracti diuitijs, nec illecti delitijs, nec subducti blã
ditijs, nec fracti verberibus, nec territi verbis, & tãgitur hic
secunda causa liberans. s. fides, per fidem autem omnia vin
cent sancti. Hębr. 11. Sancti per fidẽ, &c. Augustinus. Qui
veram fidem de Deo habet, non quęrit in his miserijs fieri
diues. *Et numerum nominis eius* vicerunt similiter .i. vincent,
quod licet per nomen, qd sibi imposuit, velit Antichristus
videri, & extimari Deus. Tamen ipsi purum hominem co
gnoscent, & falsum, & ideo vilipendent. De hoc dictum est
supra. 13. Numero nominis, &c. *Stantes supra mare vitreum*.
Glo. i. gratiam baptismi integram seruantes. De quibus di-
C ctum est Supra 13. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati vir*
gines enim sunt .i. mundi, & integri. i. *Stantes supra mare vitreum* .i.
supra mundum contemnendo, & conculcando. Ideo vin-
cunt. Iohan. 16. Confide, quia ego vici mundum. Quomo
do? certe conculcando. Vnde Matth. 14. Venit Iesus ad eos
ambulans supra mare. Sic venit ad eos, quia docebat cal-
care mundum. Deut. 11. Omnia locus quem calcauerit pes
vester, vester erit. Item *Stantes supra mare* .i. perseuerantiam
tribulationum, & tentationum amaritudines superantes,
non fracti, non incuruati earum multitudine, vel amaritu-
dine, tales fuerunt Apostoli Christi. Vnde. 2. Cor. 4. In om-
nibus tribulationẽ patimur, sed non angustiamur, &c. Itẽ
per mare significatur infernus, vbi est multum amaritudi-
nis. Eccl. 1. Omnia flumina intrant in mare. i. omnes pecca
tores, fluidi per peccatũ descendunt in infernũ. Psal. trãsfe-
rentur montes in cor maris .i. superbi in infernum. Super
hoc stant sancti considerantes pœnam inferni, & fugientes
ab eis. Quia vt dicit Bernardus. Non potest vitari malũ,
D nisi cognitum, similiter nec desiderari bonum. Ideo dicit
sponsa. Can. 4. Vadam ad montem myrrhę, & ad collem
thuris, quasi dicat, aliquando cogitabo de inferni amaritu-
dine, aliquando de paradisi dulcedine, vt illum possim vi-
tare, alterum desiderare. De hoc dictum est Supra. 4. In cir-
cuitu sedis, tanquam mare simile christallo, & in iudicio
erit inferni amaritudo ad recipiendos impios, qui modo in
circuitu ambulant, & bene per mare significatur infernus.
Est enim mare latum, profundum, longum, multas habẽs
aquas amaras. Latus est infernus. Vnde Isa. 5. Pręparata est
ab heri tophet. Longus, quia perpetuo durabit. Mat. 25. Ite
maledicti in ignem ęternum. Isa. in fine. Vermis enim non
moritur, propter hęc tria dicit Iohel. 1. A, a, a Mare hoc etiã
dicitur vitreum, hoc est stabile non defluens, sicut amaritu
do præsens, quę in se deficit, & terminatur in gaudium.
Pro. 14. Cor. Quod nouit amaritudinem animę suę. Mat. 5.
Beati qui persecutionem, &c. Item dicitur *vitreum* pro-
pter transparentiam. Vel quia sancti videbunt semper pœ-
nam

nam malorum. Iuxta illud Isa. in fine. Egredientur, & vi-
debunt cadauera mortuorum, vel quia ipsi reprobi, semp
videbũt causam amaritudinis suæ .i. peccata sua, & semp
erit amaritudo, & causa amaritudinis ante oculos eorum.
Vnde semper murmurabit contra eos conscientia accusans
eos, & condemnans. Quia pro tam modico, lucro, tam ma
gnam incurrerunt pęnam, & tam magnam gloriam perdi-
derunt. Vnde Luc. 12. Fili recordare, quia recepisti bona in
vita tua, & Lazar⁹ similiter mala. Quia vtique finaliter, ec
ce transparentia causæ. Nunc vero hic consolatur, tu ve-
ro cruciaris, ecce transparentia pœnæ. Dicitur etiam *similis
chrystallo*, propter frigiditatem, quæ nimia erit in inferno.
Psal. A facie frigoris eius, quis sustinebit? Iob 23. Ab aqua
niuium, &c. Item propter duritiam. Cant. 8. Dura sicut
infernus ęmulatio. Item chrystallus gelatur ab aquis, per
flatum aquilonis. Eccle. 43. Frigidus ventus Aquilo flauit,
& gelauit chrystallus ab aquas. Sicut diuitiæ temporales,
delitiæ carnales, & honores, quæ omnia fluunt, & transeũt
sicut aqua, flatu diaboli indurãtur in pœnam gehẽnę, quasi
in lapidem chrystallinum. Prouer. 20. Suauis est panis mẽ
dacij, & postea replebitur os eius calculo. Qui lapis est du-
rus, & ponderosus, & frigidus, & pęna inferni est in intelle
ctu dura. In affectu ponderosa. In memoria frigida. Vel in
duritia calculi notatur pęnarum acerbitas. In ponderosita-
te diuersitas, per hoc, quod dicit os eius implebitur, notatur pę
nę acerbitas. Lapis enim, qui implet os, nec potest prohij-
ci extra, nec transgluti, nec masticari. Durus, & hyspidus
erit iste morsellus. Iob. 6. Nunquid potuit comedere insul-
sum, quod non est sale conditum, aut poterit aliquid gustare, quod
gustatum affert mortem? Psal. Mors depascet eos. Sequit.
Et habentes citharas Dei .i. carnis mortificationem, iuxta man-
datum, & pręceptum Christi, qui primus mortificauit car
nem suam, vigilando, ieiunando, discurrendo, ad vltimũ
moriendo, in ecclesiam propter Deum assumptam. Plura-
liter autẽ dicit citharas, quia pluribus modis fit mortifica-
tio carnis. s. ieiunijs. Vnde Iohan. Non sanat oculum, quod sa-
nat calcaneum. Ieiunio sanantur pestes corporis, oratione
pestes mentis. Item vigilijs. Eccle. 31. Vigilia honestatis ta
befacit carnes. Item disciplinis. Vnde Eccle. 33. Cibaria,
& virga, & onus asino. s. cibus, ne deficiat, disciplina, ne la-
sciuiat, opus, vt proficiat. Item meditationibus. Vnde Ec-
cle. 12. Frequens meditatio carnis est afflictio. Iohan. Ama
studium literarum, & carnis vitia non amabis. Item ope-
ribus, & laboribus assiduis. Eccle. 33. Iugum, & lorum gra
uant collum durum, et serui inclinãtur operatione assidua,
per hæc omnia mortificabat Apostolus carnem suam.
Vnde dicebat. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in serui-
tutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus ef-
ficiar. Ad hoc quod cithara bene sonet, oportet, quod omnes cor-
dę per ordinem tangantur. Sic ad hoc, quod pęnitentia siue car
nis mortificatio valeat, oportet, quod omnia membra corpo-
ris, quæ peccauerunt puniantur. Iuxta Sap. 11. Per quæ pec
cat quis, per hęc, & torquetur. Vnde dicit Apostolus Ro. 6.
Sicut exhibuistis membra vestra seruire, &c. De hoc satis
dictum est supra 14. *Quasi citharœdorum*. Item pluraliter dicit
citharas. Quia tres sunt citharę, quas debent habere prædi-
catores ad hoc vt bene citharizent: alias autem non bene
citharizabunt. Prima est carnis mortificatio. Eccle. 39.
Confitemini domino in voce labiorum vestrorum in can-
ticis, & citharis. i. in confessione, & oratione, in carnis mor
ficatione. Secunda est cordis compassio. Isa. 16. Venter
me⁹ ad Moab. i. ad peccatores, quasi chorda sonat. Tertia
est oris prædicatio. Isa. 24. Conticuit dulcedo citharæ. Iob
30. Cithara mea versa est in luctũ. Prima tot chordas ha-
bet, quot sunt miseriæ proximorum. Tertia quatuor habet
cordas, quia quadruplex est prædicatio. Historica, Tropo-
logica, Allegorica, Anagogica. Hęc habet altissimum so-
nũ, quia tantum de cęlestibus, & diuinis cantat *Canticum
Moysi serui Dei*. i. cum gaudio prædicantes continentiam vete
ris testamenti, quod canticum est bonum intelligenti. Exo.
15. Cantemus dño gloriose, &c. Canticum Moysi. *Et canticum*, Glo. i. cum gaudio adimplentes præcepta veteris testa-
E menti. *Canticum agni* .i. facientes, & opere adimplentes cum
gaudio præcepta noui testamenti. Psal. Confitemini domi
no in cithara, &c. Dicentes corde, ore, & opere. *Magna, &
mirabilia sunt opera tua domine Deus omnipotens*. *Magna*, quidem in
creatione. *Mirabilia*, in recreatione. Item *Magna*, tã quan-
titate continua, quam discreta. *Mirabilia* specie, & potestate.
Iob. 5. Qui facit magna, & inscrutabilia, & mira absque nu-
mero. Sap. 13. A magnitudine spei, &c. Sunt autem tres cõ-
siderationes creaturæ mundi, ex quib⁹ potest cognosci crea
tor per triplicem considerationem, secundum quod crea-
tor existit. Nam ex magnitudine creaturæ potest cognosci
potentia, quæ patri appropriatur, & hoc respicit hic, quod di-
citur *Omnipotens*. A pulchritudine potest cognosci bonitas,
siue benignitas Dei. Et hoc respicit cum dicitur *Dominus*.
Sequitur *Iustæ, & veræ sunt viæ tuæ* .i. opera tua, & mandata
tua. Vel iudicia, & flagella, quibus tu venis ad nos, & nos
ad te. *Iustæ*, quia vnicuique pro merito redditur, seu pęna,
seu gloria. Psal. Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.
F Psal. Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas. *Rex se-
culorum* .i. rector omnium, quæ in seculo sunt, vel fiunt. Vel
Rex seculorum .i. ordinator temporum. *Quis non timebit te?* id-
est quis non ex timore seruiet? intellige de timore filiali.
Psal. Seruite domino in timore. Glo. Per timorem domini
declinat omnis a malo. Item. *Quis non timebit te domine?* Glo.
idest quis non reuerebitur te domine? Sunt autem octo ge-
nera timoris. Primus est timor naturalis, qui est fuga eo-
rum, quæ sunt contra nostrã naturam. De quo dicitur Ge-
ne. 9. Terror vester, ac tremor sit super cuncta animantia
terrę. Hoc timore timuit Christus mortem. Luc. 14. Cœ-
pit Iesus pauere, & tędere. Secundus est timor humanus,
quo homo timet omnia grauamina carnis, qui dicitur esse
intra terminos naturæ. Non naturalis est, quando exce-
dit humanam naturam, & est peccatum. Hoc timore, ti-
muerunt obstetrices martyriũ, propter quód mentitę sunt
Exod. 1. Tertius est timor mundanus, quo nimis timem⁹
amissionem rerum mundanarum, & est vitiosus, sicut hu-
G manus. Nam naturalis indifferens est. Et de hoc timore
mundano dicitur in psal. Illic trepidauerunt timore. Et hic
timor fuit in Iudęis, quia ideo Christum occiderunt, quia
gentem, & regnum amittere timuerunt. Iohannes. 11.
Quartus est timor seruilis, quo tantum timetur pęna, quo
etiam timore, tantum cessatur a peccatis. Vnde Augustin⁹.
Qui timet seruiliter, regnat in eo peccandi voluntas, & se-
queretur, opus si speraretur impunitas, hic est a spiritu san-
cto, & non cum spiritu sancto. Et de hoc dicitur Iohan. 4.
Perfecta charitas, foras mittit timorem. Quintus est timor
nuptialis, quo partim timore pęnę, partim amore iusti-
tiæ declinatur a malo, licet nulla pęna timeatur. De hoc di-
citur Eccl. Initium sapientiæ timor domini. Sextus est ti-
mor separationis, quo tantum declinatur a malo, licet nul-
la pęna timeatur. De quo Eccle. 15. Qui timet Deum, faciet
bona. Septimus est timor offensionis, quo licet nec pęna,
nec separatio timeatur, tamen pure, ne offendatur sponsus
declinatur a malo. De quo psal. Beatus vir, qui timet do-
H minum. Octauus est timor reuerentię, quo sola reueren-
da timetur maiestas. Isa. 11. Repleuit eum spiritu timoris do
mini, hic solus erit in patria. Psal. Timor dñi sanctus per-
manent in seculum seculi. Hic timor facit hominem re-
silire in sua paruitate, & aspecta maiestate diuina, & sic
exaltatur, & magnificatur Deus. Vnde sequitur. *Et magni-
ficabit nomen tuum*. Repente quis non magnificabitur nomen
tuum, credendo, prædicando, operando? Psal. Magnificate
dominum mecum. Luc. 1. Magnificat anima mea dominũ.
Eccl. 43. Benedicentes dominum, exaltate illum, quantum
potestis, maior est enim omni laude. Et vere omnes debere
te timere, & magnificare. *Quia solus pius es*. Glo. i. gratis sal-
uans. Vnde psal. Saluum me fac Deus. Sap. 11. parcis domi
ne omnibus, quoniam omnia bona tua sunt, qui amas ani-
mas. Sed non videtur, quód assignet bonam causam qua-
re debeant timeri, quia seuerus, & durus princeps magis ti
metur, quam pius. Solutio. Hic agitur de timore reuerentiæ,
vel separationis, qui dicitur non seueri. Quia in hoc appa-

rec

ret pietas tua. *Quod omnes gentes* .i. aliqui de omnibus, vt fiat distributio ꝓ generibus singulorum, & non pro singulis generum. *Venient*, passibus fidei, & bonorum operum. Fides enim sine operibus, &c. Iacob. 2. Et sine illa nemo venit ad Deum. Vnde oportet, quòd qui vult venire ad Deũ, quòd fide, & opere ad Deum veniat. *Et adorabunt*, adoratione latriæ. Hoc est in spiritu, & veritate, vt dicit Glo. & sumitur de Io. 4. *In conspectu tuo*. Glo. i. in beneplacito tuo, & facit placere Deo adorantes. Vel sic *in cõspectu tuo*. i. vt te cõspiciãt. Et tu eos & re vera adorandꝰ, timendꝰ, & magnificãdꝰ es. *Quoniam iudicia tua manifesta sunt*. Glo. i. quoniam reuelata sunt mysteria ecclesiæ, in quibus Deus habitat, & illi qui ad honorem Dei militant. Vel *iudicia tua*, quibus bonos eligis, & malos reprobas, quibus hos flagellas, & humilias in præsenti, & cætera iudicia tua discretionis, & diffinitionis. *Manifesta sunt* tam bonis, ꝗ̃ malis, & erunt. Quia omnes scient, quia omnia iustè fecisti. Vnde Deut. 32. Date magnificentiã Deo nostro, Dei perfecta, &c. Roma. 11. O altitudo diuitiarum, &c. Psal. Iudicia Dei abyssus multa. Solutio, iam dicta est, vt diximus sunt. i. erunt. Vel potest dici, quòd multiplex est iudicium Dei. Est enim iudicium singulare, & est iudicium vniuersale. Iudicium singulare dicitur, quo dicimus sine merito hunc eligit, & hũc reprobat. Verbi gratia. Iacob, & Esau. Item quo vnum facit diuitem, alium pauperem. Vel alium semper infirmum, alium semper sanum. Vel vnum pulchrum, alium turpe. Ex causa rationabili facit hæc omnia, licet nobis ignota. Vnde Iob. 5. Nil in terra sine causa fit prælata. Nihil fit cuius ortum legittima causa, non præcessit, hæc omnia iudicia manifesta sunt in suo actu, in quem exeunt. Quia omnibus patet, ꝙ sic est, sed occulta sunt in causa sua, ex qua exeunt. Quia incertũ est omnibus quare ita sit. Vnde Gregorius dicit. Quod Iob sciebat se puniri, sed causam punitionis ignorabat. Vnde dicebat 10. cap. De his ergo iudicijs dicit Apostolꝰ. Quod incomprehensibilia sunt. Et Dauid dicit. Abyssus multa, quo ad causæ cognitionem, quæ penitus ignota est mundo, hic vero dicit, ꝙ sunt manifesta, quo ad exitus euidentiã, quia omnibus notum est, quòd ita est. Quia iudicium vniuersale est triplex. Primum est discretionis, quos Deus iudicabit in futuro, separando bonos a malis, collocãdo bonos ad dexteram suam, malos ad sinistram, vt dicitur Matt. 25. Et de hoc iudicio dicitur in psal. Iudica me Deus, & discerne causam meam, &c. Secundum est iudicium disceptationis, quo primo dicet. Bonis esuriui, &c. Malis esuriui, & non dedisti, &c. Mat. 25. Et de hoc iudicio dicitur Ioel. 3. Adducam omnes gentes in valle Iosaphat, & ibi disceptabo cum eis. Tertium est iudicium diffinitionis, quando hoc facto dabit sententiam de bonis, & de malis. Ite maledicti. Venite benedicti. Mat. 25. Et de hoc iudicio dicitur in psal. Rectum iudicium tuum. Item psal. Iudicia domini, &c. Hæc omnia modo manifesta sunt in causa, quia manifestũ est, quòd omnes secundum exigentiam operum suorum iudicabuntur. Sed ignota sunt in exitu causę, quia nescit adhuc, qui sunt, hi, vel illi. Vnde quo ad exitum causæ loquit̃ Apostolus, vbi dicit. Iudicia Dei incomprehensibilia. Et Dauid similiter, quando dicit. Abyssus multa. Iohannes autem hic loquitur, quo ad causam tantum exitus, quæ manifesta in genere: vel in corpore est. Sequitur.

Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo, & exierunt septem angeli, habẽtes septẽ plagas de templo: vestiti lino mundo, & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnũ de quatuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas aureas: plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum.

Et post hæc. Hæc est tertia pars capituli, inuoluẽs in plagis prædictis. Vnde Glo. Cum ostendisset Iohannes illos angelos habere potestatem plagandi, dicturus quas plagas, illi sunt illaturi, Prius proponit causam, qua ostendit illos dignos esse, qui plagas sunt passuri. s. quia omnia mysteria sunt reuelationibus. Et qui volunt intrare in illa, oportet

A interuenire merita, quæ isti malo merito suo non possunt intelligere, ideo merito plagabuntur. Dicit ergo. *Post hæc*. i. Post prædicta. *Vidi*. i. spiritu reuelante intellexi. *Et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in cœlo*. Templum vocat hic cętum apostolicum. Iuxta illud Cor. 3. Templum Dei sanctum est, &c. Tabernaculum testimonij, vocat ecclesiam, quæ modo militat Deo, & in qua est Christus, & milites eius, in qua etiam armantuꝛ milites Christi armis virtutũ, doctrinarum, sacramentorum, exemplorum, sanctorum, diuinorum beneficiorum. De quibus armis. 2. Cor. 6. In oĩbus exhibire vosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, & postea additur per arma iustitiæ. Et dicit *Tabernaculum testimonii*, quia Christus perhibet fidele testimoniũ, viuendo, docendo, moriendo. Vel quia vtriusque testimonia fideliter seruat. Vnde dicit ecclesia per psal. A testimonijs tuis non declinaui. Item psal. Inclina cor meum Deus, &c. Vel quia multos testes pro Christo producit in causa eius. i. martyres, qui moriendo testimonium dicunt **B** pro fide, & ideo moriuntur. Martyr enim Grece, testis interpretatur. Vnde quot fuerũt, sunt, & erunt in ecclesia martyres, tot producit ecclesia pro ipso testes. Vnde Isa. 43. Vos verè testes mei dicit dominus. *In cœlo*. i. in ecclesia triumphante, cuius status nobis modo celatur. Iuxta illud Isa. 53. Oculus non vidit Deus absque te. In hoc cœlo habitabant Apostoli mente, cum in terra essent corpore. Vnde Phi. 3. Conuersatio nostra in cœlis est. *Templum*, ergo *Tabernaculi testimonii in cœlis*. i. reuelata sunt mysteria ecclesiæ, & secreta cęli, per Apostolorum prædicationem. Item per templũ intelligitur Christus. Iuxta illud Iohan. 2. Soluite templũ hoc. *Tabernaculum testimonii*, dicitur sacra scriptura, quæ tot continet testimonia, quot habet verba. Vnde significatur ꝑ montem Galaad, qui interpretatur aceruus testimonij: vt dicitur Genesis vigesimo primo. *Templum tabernaculi testimonii*, idest Christus continens in se testimonia vtriusque testamenti, & dicitur eum continere, quia fecit in se omnia, & de ipso sunt omnia, per cęlum autem significatur ecclesia, quę **C** dicitur cęlum. i. casa elyo. Hoc est domus Dei. Et secundũ hoc tantus est sensus. *Et apertum est templum tabernaculi testimonii*. Christi, mundo manifesta est. *Et exierunt septem angeli*, idest septem prædicatores, in septem statibus ecclesię prędicantes. & interna gratia spiritus sancti reuelantes. i. vitia per septẽ virtutes quas prędicant detestantes. *Habentes septem plagas*, pęnitentiam prædicantes. Vel pęnam æternam impenitentibus comminantes. Vel septem plagas vocat scripturę auctoritates, quibus quasi quibusdam sagittis plagantur a prędicatoribus peccantes ad salutem. Vnde psal. Sagitte paruulorum, idest humilium prędicatorum factę sunt plagæ. Vnde Isa. 13. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non habent, &c. Et determinat vnde exierunt, dicens. *De templo*, idest a Christo, a quo missi sunt. Vel *De templo*. i. de cętu apostolico, a quo omnes prædicatores originem duxerunt, & quòd suis temporibus prædicatione ab alijs didicerunt. *Vestiti lino mundo, & candido*. i. firmitate fidei, & patientiæ. *Mundo*, ab omni peccato. *Candido*, omni **D** virtute. Sic enim debent esse vestiti, fide, et patientia firma. Psal. Bene patientes erunt, &c. Prou. 30. Doctrina viri per patientiam noscitur. Eze. 3. Vt adamantẽ, & vt silicem. s. dedi faciem tuam. Adamas ferrum attrahit, & silex, ictus repellit, vel non sentit. Sic prędicator per fidem debet attrahere peccatores, & per pęnitentiam, & per patientiam repellere a se, vel non sentire ictus tribulationum. Debent etiam esse mundi, per declinationem malitię, & candidi ꝑ occupationem boni, & hoc vestimentum debent habere prædicatores, & prælati. Vnde Isa. 3. Vestimentum tibi est, esto princeps noster, & ipse respondet. Non, sum mendicus, & in domo nostra non est panis, neque vestimentum, nolite constituere me principem populi. Quia sine dubio, qui non habet in domo sua panem doctrinę, & vestimentum virtutum, & panem maxime iustitię, cuius duę sunt partes. s. declinatio a malo, & operatio boni, nõ debet cõstitui princeps populi. Vnde Iob. 31. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimentum. Psal. Sacerdotes tui induantur,

tur, iustitia. Eccle. 50. dicitur, quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pciofo. *Et præcincti circa pectora Zonis aureis* .i. mundis cogitationibus, et sanctis desiderijs, quæ regũt cor, & corpus a fluxu malarum cogitationum, seu carnalium affectuum. Istas zonas debent habere prædicatores, & prælati. Sed multi habent zonas luteas, quia habent cogitationes carnales, et desideria terrena. Vnde Isa. 13. Pro zona erit funiculus. i. pro consideratione cœlestium, erit cogitatio terrestrium, pro crispanti crine caluitium. i. pro ornatu virtutum denudatio vitiorum, & mentis euagatio ad acquirendum, pro suaui odore fętorem. i. pro desiderio terrenorum, ambitio terrenorum. Aureæ autem dicuntur zonę prædicatorum, quia cogitationes, & desideria eorum debent fabricari auro charitatis, quia circa amorem Dei, & proximi versantur eorũ cogitationes, et desideria. Quod significatur. 3. Reg. 6. per expansionem, & contractum alarũ Cherubim. Vnde ibi dicitur. Posuit Salomon. s. Cherubim in medio templi interius. Expandebat autem alas suas Cherubim, & tangebat ala vna partem alteram. Alæ autem, alsę in medio templi se inuicẽ contingebant, & nota quòd dicitur *Præcincti*, per qđ ostendiť, ꝙ ministri dñi, debent esse prædicatores, & prælati. Nam accingimur pugnaturi, subcingimur ituri, pręcingimur ministraturi. Ideo dicitur Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti. Et lucernæ ardentes, quasi diceret illuminare alios quasi ministri portantes ante eos lucernas. i. doctrinã, verbi & Christi. Iob 12. Balteũ regum dissoluit, & pcingit fune renes eorum. Io. 13. Cum accepisset lintheum pcinxit se. Ecce officium implent mynistri, & postea dixit. Exemplum dedi vobis. Ideo dicit Apostolus. 1. Cor. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Sequitur. *Et vnum de quatuor animalibus* .i. concordia, & vnitas quatuor euangelistarum. *Dedit septem angelis*. i. prædicatoribus vniuersis. *Septem phialas aureas* .i. sacræ scripturę vniuersas intelligentias, quæ dicuntur phialæ, quia clausæ sunt inferius, & apertæ superius, & dicũtur aureæ, propter sapientiam charitatis, quam continent. Vnde significantur per ciphos aureos, Salomonis. De quibus dicit Eccle. 2. Feci mihi ciphos, & vrceolos in mynisteriũ, ad vina funden-

G da. *Plenas iracundiæ Dei*, quàm plene comminantur peccatoribus. Vnde psal. Effunde iram tuam. *Iram dico Dei viuentis in sæcula sæculorum* .i. in æternum, in quo notatur potentia punitionis. Quia potest punire per omne tempus, quasi dicat. Quicquid loquãtur prædicatores de pęnis infligendis malis, procedit a doctrina quatuor euangeliorum. Et ideo patet, quòd sunt apti ad prædicandum, et digni, vt per omnia eis credatur. Sed cum dicantur phialæ aureæ .i. charitatis, & sapientiæ plenæ, quomodo dicuntur postea plenæ iracundiæ Dei? Solutio. Verba sacrę scripturæ plena sunt charitate, ad quam vocant prædicatores, et plena sunt iræ Dei, ad quam reuocant. Sequitur.

Et impletũ est templũ Dei fumo a maiestate Dei, & de virtute eius, & nemo poterat introire in templum donec consumarentur septem plagæ septem angelorum.

H *Et impletum est templum*. Sexta pars capituli est, vbi ostenditur obstinatio reproborũ, quæ ex hoc potest perpẽdi, quia sanctis aperta erunt diuina iudicia, quæ ipsi timebunt, & scriptura sacra, quã credent, & ecclesiæ occulta, quæ reuelabuntur. Reprobis autem erunt omnia clausa, propter iniquitatem, & infidelitatem eorum. Vnde dicit. *Et impletum est templum* .i. ecclesia, vel scriptura. *Fumo*, idest obscuritate, & ignominia, quo ad malos, qui non videbunt mysteria ecclesiæ, & secreta scripturæ, & iudicia diuina, quæ erunt bonis, aperta, quòd erit a diuina virtute, sic iuxta voluntatem suam, & iustitia faciente. Vnde sequitur. *A maiestate Dei* .i. a virtute Dei, & hoc iuste, & misericorditer disponente. Vnde sequitur. *Et virtute eius*, & pro id est, vel maiestas dicitur, quo ad reuelationem bonorum, virtus, quo ad clausionem malorum. Vnde Isa. 21. Dabo clauẽ domus Dauid aperiet, quo ad bonos, & claudet quo ad malos. Et hoc est, ꝙ diciť supra 3. *Hæc dicit, qui habet clauem Dauid, & nemo de numero reproborum poterat introire in templum* .i. ecclesiam per fidei susceptionẽ, vel in sacram scripturam, per veram intelligentiam. Excæcauerat enim eos malitia eorum. Sap. 2. *Donec consummarentur septem plagæ angelorum* .i. donec impletę essent comminationes omnium prædicatorum, de malis puniendis, & ad infernũ retrudendis. Tunc enim sensus experientiæ pęnarum, faciet eos intellegere, quòd modo etiam nolunt audire. Vnde Gregorius. Pęna oculos aperit, quos culpabilis prosperitas claudit. Vnde tunc diceť illud Sap. 5. Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum. Hæc est cõfessio reproborum in inferno: sed nimis tarda, & non valebit eis. Quia a mortuo, quasi ab eo, qui non est, vel quasi nil poterit confessio, vt dicitur Eccle. 17. vbi dicit. In parte vade seculi sancti, cum viuis, & dantibus confessionem domini, nec demoreris in numero impiorum, ante mortem quærent, a mortuo, quasi nil perit confessio: confiteberis viuis, & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & glorificabis in miserationibus eius. Vel nemo malorum *Poterat*, & poterit *introire in templum* cę-

F lestis curiæ. *Donec consummarentur septem plagæ septem angelorũ* .i. donec perfecte erunt puniti mali, prędixerunt prędicatores, & ponitur donec inclusiue, quia nec postea poterunt introire in templum cęlestis ecclesię. Simile. 1. Reg. 3. de Elia, Qui nõ poterat videre lucernã domini, donec extingueretur. Vel *Nemo*, generaliter nec bonus, nec malus. *Poterat introire in templum* .i. penetrare cęlestia, ad intelligendum. *Donec consummarentur* in ipso *septem plagæ angelorũ* .i. vniuersa peccata, & vniuersę miserię: de quibus locuti sunt prædicatores. Quod erit. s. post vitam temporalem, quia tunc intelligent veritatem cœlestium bonorum, quam modo non possunt capere. Vnde psal. Existimabam vt cognoscerem secretũ, idest statum cœli. Sed labor est ante me .i. supra me, donec intrem in sanctuarium Dei. i. in cęlum, & tunc intelligam in nouissimis eorum. s. bonorum, & etiam malorum.

CAPVT XVI.

G *ET audiui vocem magnam de templo dicentẽ septem angelis. Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram.*

ET *audiui*. Hęc est secũda pars quintę visionis, in qua demonstratur damnatio reproborum, tẽpore Antichristi per prædicationem, & introducuntur hic septem angeli, per quos septem ordines prędicatorum in septem statibus ecclesię prędicantium intelliguntur, & septem phialę, per quas intelliguntur vniuersæ comminationes pęnarum, & septẽ loca, per quę vniuersitas reproborũ accipitur, & hoc secundum distinctionem septem capitalium vitiorum, & septem effusiones: in quibus designãtur reproborum damnationes. In priora effusione primę phialę *In terrã*, demonstratur damnatio gulosorum. In secunda *In mare*, damnatio luxuriosorum. In tertia *In fontes*, damnatio iracundorum. In quarta *Solem*, damnatio reproborum, superborũ,

H siue vanegloriantium. In quinta *In flumen magnum Euphratem*, damnatio cupidorum, & auarorum. In sepuima *In aere*, damnatio accidiosorum. Et satis est conueniens hæc distinctio, quæ resoluit septem capitalia peccata. Ad tres primas concupiscentias, quę sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Nam ex concupiscentia carnis fluunt gula, & luxuria. Gula secundum inordinationem nutritiuę. Luxuria secundum inordinationem generatiuę. Ira vero, & inuidia, & vanagloria, fluunt ex superbia vitę. Ex concupiscentia oculorum, fluunt auaritia, & accidia. Diuiditur autem istud capitulum in octo partes. In prima pręcipiť angelis vt phialas effundant. In septem alijs partibus agitur de septem effusionibus secundum ordinem quem prędiximus. Dicit ergo. *Et audiui* auditu interiori. *Vocem magnam* .i. inspirationem diuinã, vel admonitionem angelicam. *De cælo* .i. de occulto. Vel *De cælo* .i. a Christo, vel ab angelo habente sensum relatum *Dicentem septem angelis* .i. prædicatoribus vniuersis. Item in quo duo

notantur

notantur. Primo, quòd nullus debet se ingerere ad prædicandum nisi missus. Roma. 10. Quomodo prędicabunt nisi mittantur? Secundo, quòd debent pedites esse, & non equites. Non enim dicit equitate, sed ite. Iohan. 15. Posui vos, vt eatis. Psal. Euntes ibant, & flebant. Actu. 5. Ibant Apostoli gaudētes. Iob 30. Nunquid mittes fulgura, & ibunt? Isa. 18. Item angeli veloces. *Effundite septem phialas iræ Dei*, quas accepistis in terram. i. annunciate peccatoribus, qui terrę adhęrent poenas sibi debitas, iuxta numerum, & mensuram suorum peccatorum.

Et abijt primus angelus, et effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum, & pessimum in homines, qui habebant charactere͂ bestiæ, & in eos, qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suā in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, et omnis anima viuens mortua est in mari.

Et abijt. Hæc est secunda pars capituli, in qua agitur de septem effusionibus filiarum, quæ diuiduntur in septē partes, secundum numerum septem angelorum, effudentium phialas super septem gentes, quas septem gentes possumus intelligere allegorice, secundum septem persecutiones ecclesiæ. Vel moraliter secundum septem genera peccatorū. Primo autem exponemus hoc totum allegorice, quia magis conuenit cum præcedentibus, hæc expositio, quàm moraliter, & postea exponemus totum moraliter, quòd magis ad nostram instructionem pertinet. Dicit ergo. *Et abijt*; idest præcipienti obediuit. *Primus angelus* .i. Primus ordo prædicatorum. *Et effudit phialam suam in terram* .i. pœnam futuram comminando annunciauit, in Iudæam, vel prædicationem suam in Iudæos terrenos. Sed Iudæi noluerunt recipere doctrinam angelorum, qui fuerunt primus angelus. Ideo puniuit eos, & temporaliter, & æternaliter. Vnde sequitur. *Et factus est vulnus sæuum*, quo ad temporalem persecutionem factam per Romanos. *Et pessimum*, quo ad æternā damnationē, quæ dicitur mala propter pęnarū acerbitatē, peior ꝑꝑ pęnarū diuersitatem, pessima propter pęnarum ęternitatem. Vnde psal. Mors peccatorū pessima. Sed quia aliqui de Iudæis crediderunt ad prędicationem Apostolorum, qui participes non fuerunt huius pęnæ. Ideo ostendit in quos factū fuit istud vulnus pessimum dicens. *In homines, qui habebant characterē bestiæ* .i. fidem, & opera diaboli, similitudinem Antichristi, in resistendo, & expugnando veritatem Christi. *Et in eos, qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius* .i. qui obedierunt diabolo, & Antichristo, & prædicatoribus eius. Licet enim Antichristus nondum esset, quando Apostoli prædicauerunt in Iudæa, tamen Iudæi persequendo Apostolos Christi, & expugnando veritatem, ostendebāt se ministros diaboli, & Antichristi. Iuxta quòd dicit Apostolus. 2. Thes. 2. Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore, nam ministerium, iam operatur iniquitatis. *Et secundus angelus* .i. secundus ordo prædicatorū: qui fuit post Apostolos. *Effudit phialam suam in mare* .i. in gentes amaras sine sapore fidei. Vnde Isa. 61. Impij, quasi mare fremunt. *Et factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuēs mortua est in mari*. i. prędicatores viuentes in Christo sunt ab eis interfecti, & tangit, Iohannes, quòd secundo ordine prędicante, Gentilium quidam sunt conuersi, & mortui peccato, & quidā in sua malitia permanentes occiderunt sanctos eis prædicantes. *Et tertius angelus effudit phialam suā* .i. tertius ordo prædicatorum .s. cōfessores, & doctores, qui successerunt martyribus, qui fuerunt in secundo ordine. *Effudit phialam suam super flumina* .s. super hæreticos, & instabiles, & fluentes de errore in errorem, & secum alios rapientes. *Et super fontes aquarum*, idest super Philosophos, a quibus sunt ortę insipidæ doctrinæ, & variæ. Vnde hæretici originem duxerunt. *Et factus est sanguis* .i. occisio sanctorum, vel doctrina hæreticorum, et Philosophorum. *Facta est sanguis* .i. ostensa est esse mortifera, & crudelis. *Et audiui angelum aquarū* .i. angelum custodem scripturarum, vel animarum. *Dicentē, iustus es domine*. i. iustum facis iudicium, puniendo malos, & seruando bonos. *Qui es*,

A *& qui eras sanctus*. Licet non appareat, sed tandem apparebit, *Qui hoc iudicasti*, illos puniendo, & merito. *Quia sanguinē sanctorū, & prophetarū* .i. maiorum. *Effuderunt* .i. Fudi fecerunt, per principes. *Et sanguinem eis dedisti bibere* .i. pęnam debitam, pro effusione sanguinis sanctorum eis reddidisti, *Digni enim sunt* .i. sicut meruerunt. Non solum vnum angelum audiuit congratulantem de iusta retributione Dei, immo multos. Vnde sequitur. *Et audiui alterū angelū* .s. ad confortationem bonorum: dicentem etiam. i. certe, vel vere. *Domine Deus omnipotēs vera, & iusta iudicia tua*. i. in malis, & bonis. *Quartus angelus* .i. quartus ordo prædicatorū. *Effudit phialā suam in Solem*. i. contra hypochritas prædicauit, qui ostendūt se exterius quasi Solem, & dicunt se habere veram doctrinam. *Et datum est illi angelo* .i. quarto ordini prædicatorum. *Aestu affligere homines, & igne* .i. hypochritas humum sapientes puniendos fore igne inferni ostenderet. *Et æstuauerunt homines* .i. hypochritę, *Aestu magno* .i. magna cupiditate, vel ira, vel inuidia magna contra prædicatores. *Et blasphemauerunt* .i. exasperati sunt nomen Dei.

B Dum in pace sunt hypochritæ boni videntur, sed quando exasperantur tunc apparet quales sunt. Vnde Matth. 6. A fructibus eorum cognoscetis eos. Dei dicit habentis potestatem super has plagas infligēdas, quibus, & quādo voluerit. *Neque egerunt illi pœnitentiam, vt darēt illi gloriam*. Quia & quando de hypochrisi pauci pęnitent, & pauci recognoscunt se fuisse hypochritas. Quia cum semper apparuerint boni, nimis confundūtur apparere mali, ideo in die iudicij maxime confundentur, quia omnibus apparebit, quales fuerunt. *Et quintus angelus* .i. quintus ordo prædicatorū: *Effudit phialam suam super sedē bestiæ* .i. prædicauit contra ꝓcursores Antichristi, in quibus quasi in sede sua quiescet, & dominabitur. *Et factū est regnū eius* .i. iniqui, in quibus regnabit Antichristus, & diabolus. *Tenebrosum*, tenebris infidelitatis & crudelitatis. *Et manducauerunt linguas suas* .i. stridentibus dentibus mordentes linguas suas præ nimio dolore. Quia non potuerūt conuincere, immo nec resistere rationabiliter prædicatoribus illius, quinti status. Iuxta illud, quòd dixit

C dominus discipulis suis. Ego dabo vobis, os, & sapientiam cui non poterunt resistere, et contradicere omnes aduersarij vestri. *Et blasphemauerunt Deū cœli*, idest Christum dicentes, ipsum non esse Deum. *Præ doloribus vulnerū suorum* .i. sibi illatis a prædicatoribus. *Et non egerunt pœnitentiam ex operibus suis*, ad monitionem prædicatorum. *Et sextus angelus* .i. ordo prædicatorū. *Effudit phialam suam in flumen magnum Euphraten* .i. cōtra Antichristum diuitem, & potentem. *Et siccauit aquam eius* .i. doctrinam Antichristi, sine humore gratię esse monstrauit. Vel diuitiarum affluentiam, quā habebit Antichristus, & dabit siccandam. i. destruendā esse monstrauit. *Vt prepararetur via regibus* .i. fidelibus in tribulatione illa se bene regentibus. *Ab Ortu Solis* .i. a Christo Sole iustitiæ, qui natus est de Virgine tēporaliter, & de patre æternaliter, & quotidie oritur in cordibus pęnitentium per gratiam. Malach. in fine. Vobis timentibus nomen meum, orietur Sol iustitiæ. *Et vidi*, facta prædicatione septimi angeli. *De ore bestiæ*, idest Antichristi. *Et de ore pseudo prophetæ* .i. prophetarum, siue prædicatorū

D eius. *Tres spiritus immundos exire* supple. *In modum ranarum* .i. sequaces multos, fidē sanctę Trinitatis impugnantes, loquaces, & turpem vitam habentes. Vel tres ranas, dicit tria genera hominum, per quos Antichristus persequetur ecclesiam. s. principes seculi, per quos affliget sanctos, sapientes mundi, per quos seducit multos, hæc duo genera hominū, exeunt de consilio suo. Tertij minores satellites, per quos fiet executio malitiæ in occisione sanctorum. Et bene dico *Ad modum ranarum*, quæ in paludibus semper manent in loquacitate, seu garrulitate, sine ratione loquentes. *Sunt enim spiritus dæmoniorum* .i. per dæmonum inspirationem, siue suggestionē operabuntur multa maleficia. *Facientes signa*. Glo. i. miracula. *Et procedunt ad Reges totius terræ* .i. totius mundi. *Congregare illos in prælium*, contra sanctos, qui tunc erunt. Sed hęc congregatio, erit ad malum eorum. Quia erit eis. *Ad diem magnū Dei omnipotētis* .i. ad diem iudicij, vbi apparebit magna potestas Dei, ad quem cito ducentur illi. Sed nequis putaret illam de longe esse. Sequitur. *Et ecce venio sicut fur* .i. subito,

& nullo sciente, & quia ita venit. *Beatus, qui vigilat*, & qui solicitus est de salute sua, bene operando. *Et custodit vestimenta sua* .i. corpora sua, quibus animæ vestiuntur, mundę a peccato declinando. *Ne nudus*, a virtutibus *Ambulet*, ad iudiciũ, *Et videant omnes*, qui erunt in iudicio. *turpitudinẽ suã* .i. peccata ipsius. *Et congregabit*, quasi dicat. Quod procedent ad Reges terræ. *Congregare illos in prœliũ*, contra bonos. *Et congregabit illos*, scilicet, qui in omnibus illis operabitur. *In locũ, qui vocatur Hebraice Armageddon* .i. illos congregabit diabolus, cum alijs, qui Antichristo adhęrent, & ecclesiam persecuntur. Armageddon interpretatur mons Furum, vel mons Globosus, quasi dicat ad Antichristum, congregabuntur illi, cum illis, qui animas furantur Christi. *Et septimus angelus* .i. septimus ordo prædicatorum. *Effudit phialã suã in aere* .i. prædicabit illis quibus principes aeris huius dominanť, mortuo Antichristo. *Et exiuit vox magna de tẽplo* .i. de cœlo. *Et a throno* .i. a Christo iudicaturo. *Dicẽs*, ad confortationem bonorum, qui tunc erunt. *Factũ est* .i. persecutio Antichristi consummata, & finis mundi adest. *Et facta sunt fulgura* .i. miracula. *Et voces*, idest blasphemiæ. *Et tonitrua* .i. comminationes. *Et terræmotus magnus* .i. terrenorum commotio contra sanctos. *Qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terrã* .i. a tempore Abel, qui fuit iustus occisus, & hoc debet referri ad tẽpus Antichristi, licet hic loquatur de septimo angelo, qui in septimo statu ecclesiæ prædicabit. Quia illi duo status propinqui sunt, ideo coniunctim loquitur de illis, talis terræmotus sic magnus .i. tam grauis, tribulatio. *Nunquã fuit*, sicut erit tempore Antichristi. *Et facta est ciuitas magna* .i. congregatio magna malorum, qui ad Antichristum conglobantur. *In tres partes*. Quia ibi erunt principes seculi, sapientesq; mundi, & eorum ministri, vt dictum est supra. *Et ciuitates gentium ceciderunt* .i. omnes ciuitates malorum, & congregationes eorũ peribunt. *Et Babylon magna* .i. confusio, vel confusa illorum collectio, quia multi, & magni erũt. *Venit in memoria ante Deum*, idest commemorabitur omnium malorũ, quæ prius oblitus videbatur. *Dare*, idest ad dandum ei. s. Babyloni. *Calicem vini indignationis*. *Et iræ eius* .i. pœnam æternam, quæ procedit ab ipso indignato irrogarius. Et dicitur pœna talis, quia mensurabitur secundum culpam. Vnde Matth. 7. Eadem mensura qua mensi fueritis, &c. *Et omnis insula* .i. illis, qui semper manent in aquis deliciarum. *Fugit*, a facie Dei, ne ipsum videat, quia tolletur impius, ne videat gloriam Dei. Isa. 26. Secundum aliam translationem. *Et montes*; idest principes, & superbi omnes: *Non sunt inuenti* inter bonos. Vnde Psal. Inimici dñi, mox vt honorificati fuerint, &c. Vidi impium .i. Antichristum superexaltatum, &c. *Et grando magna* .i. vltio diuina *Sicut talentum* .i. ponderosa, & grauis secundum album est, quòd meritum. *Descendit de cœlo* .i. a Christo iudice. *In homines* .i. in peccatores humum sapientes, & diligentes terram, plusquam cęlum. *Et blasphemauerunt homines* .i. damnati in inferno peccatores. *Deum propter plagam grandinis* .i. diuinæ vltionis. *Quoniam magna facta est vehementer*. Ista blasphemia malorum, in inferno, nil aliud est, nisi murmuratio, & dolor reproborum, qui dolebunt, & murmurabunt de Deo, quòd Deus, tantam potentiam habet, quòd tales plagas potuit eis inferre. *Et abiit*. Adhuc exponemus totum hoc allegorice, & aliquando tangemus allegoriam, quæ vario modo tangitur. In Glo. Dicit ergo. *Et abiit primus angelus*: per quem significatur primus ordo prędicatorum .i. Apostolorum, qui contra Iudęos prædicauerunt. *Et effudit phialam suam in terra* .i. iracundiam Dei terrenis Iudæis imminentem nunciauit. *Et factum est vulnus sæuum, ac pessimum in homines* .i. in Iudæos. *Qui habebat caracterem bestiæ*, qui erant Antichristo conformes, in sanctorum persecutione: & ideo miseri Iudæi carum eum habebant, quia diabolus, qui docebat Antichristum, illos informabat. *Et eos, qui adorabant bestiam, & imaginem eius*. Imago eius fuit, Simon Magus, Arrianus, Sabellius, Nero, Constantinus, Fotinus, Iulianus, &c. Huiusmodi quos Iudæi, & alij, sui temporis adorauerunt imaginem Antichristi, Iudæi adhuc venerantur. Quia adhuc Messiam futurum præstolantur, tamen cum venerit Antichristus recipient eum, vt magnum prophetã

E in lege promissum. Deut. 18. Vnde dominus dicit. Iohan. 5. Egò veni in nomine patris mei, & non accepistis me, si aliꝰ veniet in nomine suo illum accipietis. Ille alius erit Antichristus, vt dicit Glo. quem plurimi recipient, non solum de Iudæis, sed etiam de Christianis. Vnde Eccl. 4. Vidi cunctos iuuenes, qui ambulant sub sole, cum adolescente secundũ Glo. i. Antichristo, qui cõsurget pro eo. i. pro Christo infinitꝰ numerus est populi omnium, qui fuerunt ante eum, & qui postea futuri sunt, non lętabuntur in eo. *In his sæuum factum est vulnus*, quia dispersi sunt per Romanos, & vẽditi pro vno denario triginta, sub alio Arriano. *Et pessimum*, quòd nunquam sanabitur, quia sunt a domino abiecti, & reprobati. De quo dicit dominus. Iohan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, &c. Sed nunquid Christꝰ eos vulnerauit? absit. Sed Christo prædicante per se, & per Apostolos, & ipsis nolentibus audire diabolus vulnerauit eos, & excęcauit. Et *secundus*. Secunda pars est de secundo angelo, & secunda plaga. Est autem secundus an-
F gelus secundus ordo prædicatorum, qui. s. post expulsionẽ Apostolorum de Iudæa gentibus prædicauerunt. *Mare*, dicitur Gentilitas, propter feruorem impietatis, quæ regnauit tunc in eis, quando fuit secunda persecutio ecclesiæ, sicut supradictum est octauo capitulo, ibi. *Secundus angelus tuba cecinit, & tanquam mõs magnus ardẽs missus est in mare*. Tunc facta est phiala secunda. i. secundi angeli effusio. i. diuinę vltionis comminatio. Sed cum supra iam sufficienter actum sit de his septem angelis, per quos significãtur septem ordines prædicatorum, qui in septem statibus ecclesiæ, & septẽ persecutionibus eius, prędicauerunt, & consolati sunt eam, quare hic iterum repetitur de illis? Ad hoc solũ nostra Glo. dicit, quòd supra actum est de illis angelis, inquantum consolabantur ecclesiam in tribulationibus, quæ enim inferebantur a malis. Hic autem agitur de eisdem inquantũ comminantur, pœnam inferendam malis, quòd iterum facit ad consolationem beatorum, & si ibi supra erat aliquod verbum de damnatione malorum, hoc ponebatur inciden-
G ter ad consolationem sanctorum. Ibi ergo agitur de pœnis illatis sanctis a malis, hic autem de pœnis inferendis malis a sanctis. Dicit ergo. *Et secundus angelus effudit phialam suam* .i. secundus ordo prædicantium .i. discipuli expulsi a Iudæis diuinã vltionem venturam super Gentiles nuntiauerũt. *Et factus est sanguis tanquam mortui* .i. illa vltio diuina, quam illi nuntiabant, erit irreuocabilis, sicut non est regressus a morte in vitam. Vnde Iob 15. Non credit frustra errore deceptus, quòd aliquo prætio redimendus sit. *Omnis anima viuẽs, mortua est in mari* .i. omnes illi, qui consentiebãt Tyrannis persequentibꝰ discipulos, qui videbantur viuere, eo quòd non persequebantur per se discipulos, damnabuntur cum illis, qui per seipsos persequebãtur, quia consentiunt. Quia facientes, & consentientes pari pœna constringit. Vnde Ro. 1. Qui talia agunt digni sunt morte, non solum, qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Et supra. 8. *Mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari* .i. qui consentiebant sanctorum persecutionibus.

H *Et tertius angelus effudit phialam suã super flumina, et super fontes aquarum, & factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem. Iustus es domine, qui es, et qui eras, & sanctus, qui hoc iudicasti, quia sanguinem sanctorum, & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digniꝰ enim sunt. Et audiui alterum dicentem. Etiã domine Deus omnipotens, vera, & iusta iudicia tua.*

Et tertius angelus. Hęc est tertia pars, vbi agitur de tertio angelo, & de tertia plaga, & significat tertium ordinem prædicatorum. Qui scilicet pœnam futuram hæreticis nunciant sicut primus Iudæis, secundus Gentibus. Hæretici enim tertio loco impugnauerunt ecclesiam, & ponit hic ideo congratulationem sanctorum de pœna hæreticorũ. Sed cum non posuit hoc ipsum in prima plaga, quę fuit plaga, Iudæorum, nec in secunda, quæ fuit Gentilium, quare ponit hic in plaga hæreticorum? Solutio. Hoc ideo

facit,

facit, ad innuendum, quòd persecutio hæreticorum grauis & magis nociua est quàm aliorum, & est hoc contra fidē, quæ est fundamentum omnium bonorum. Qua perdita nil retinetᷓ, vt dicit Seneca, & ideo de plaga erit maius gaudium sanctorum. Dicit ergo. *Et tertius angelus* .i. tertius ordo prædicatorum. *Effudit phialam suam super flumina* .i. diuinā vltionem super hæreticos damnantes scripturam annunciauit. Et *sup fontes aquarū* .i. super magistros hæreticorum, qui dicuntur hæresiarchæ, a quibus oritur praua doctrina eorum. De quibus. 2. Pet. 2. Hi sunt fontes nebulæ, turbinīt agitatę, quibus caligo tenebrarū reseruatur. De hoc supra. 8 *Stella magna ardens tanquam facula cecidit in tertia partē fluminis, & fontes aquarū.* Quid autem sit stella, illa ad hoc patuit, sed forte illa stella est aliquis nominatus, & magnus in ecclesia, qui conuertetur cum Principe ecclesiam persequente. Et *factus est sanguis*, per quem intelligitur pœna hæreticorum detestabilis, & crudelis. Sanguis enim horribilis est pœna hæreticorum, quę erit horribilis, quia doctrina fuit talis. Quod significatum est Exo. 16. vbi Moyses vertit aquas in sanguinem, & hoc est, quòd sancti prædicatores doctrinā hæreticorum ostēderūt esse horribilem, & detestabilem, & ideo pœnam eorum crudelem. Et *audiui* .i. per ipsos prædicatores intellexi, angelum aquarum .i. horum doctorum, qui custodiunt sacras scripturas, & exponunt. Vnde maculas lauant auditorum collaudando diuinam iustitiam. *Dicentem: Iustus es domine* .i. ęquitatem tenendo, omnibus præsidendo. *Qui es*, immutabiliter, & ęternaliter. *Qui eras*, sine principio ęternaliter. *Sanctus*, ab omni labe liber, & alienus. *Qui hoc iudicasti* .i. ea, quæ nūtiauimus, vera, & firma demonstrasti, & malos, sicut prædiximus condemnasti. Sed quare non dixit, qui venturus es more solito? Ad hoc dicit Glo. Venturum nō imponit, quia in proximo intelligitur. Vnde patet quòd hic loquitur de pœna hæreticorum futura tempore Antichristi, quæ cito erit, vt credo: & vere iustus es puniendo illos. *Qui sanguinem sanctorū, & prophetarū effuderunt*, vel procurauerunt, vt patet in tempore Constantini, & Iuliani. Et *sanguinem eis dedisti bibere* .i. pœnam æternam eis reddidisti, pro sanctorum occisione, seu persecutione. *Vt digni sunt* .i. sicut iustum est, vt qui sanguinem effuderunt, sanguine puniantᷓ. Ad literā, multi hęretici, hodie comburuntᷓ. Sap. 11. Per quę peccat quis, &c. Sicut legitur in historijs Romanis, quòd Parthi in dolo multum aurum promiserunt Crasso, obsidenti ciuitatem eorum, & postea receperunt eum in ciuitate cum paucis, quasi vellent ei soluere aurum promissum, & ipsum aurum liquidum infuderunt in os eius, dicentes. Aurum sitisti, aurum bibe. Et de hoc dicitur Deut. 32. Inebriabo sagittas meas sanguine, &c. i. carnalia sapientes. Tren. 4. Filia Edum ad te perueniet calix, inebriaberis, atque mundaberis. Edum interpretatur sanguineus, & hæreticos significat. *Et audiui alterū angelū* .s. minores sanctos magistrorum suorum sententias confirmantes, & hoc dicentes etiam verum esse, quòd dixerunt. *Domine*, per iustitiam. *Deus* per clementiam. *Omnipotens*, per potestatem. *Vera, & iusta iudicia tua.* *Vera*, quia reddunt quòd promittunt. *Iusta*, quia secundum meritum retribuuntᷓ. Vnde Psal. Quia iustus es domine, & rectum iudicium tuum.

Et quartus angelus effudit phialam suam in Solem, & datum est illi æstu affligere homines, & igni: & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomē Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam.

Et quartus angelus. Quarta pars capituli, & quarta plaga est. Hic angelus est quartus ordo prędicatorū, qui est contra hypochritas, & contra Antichristum, qui dicit se solem totum mundum illuminantem comminabit prædicando. Dicit ergo. Et *quartus angelus* .i. quartus ordo prædicatorū. *Effudit phialā suā* .i. prædicauit vltionem diuinam futuram. *In solem* .i. in hypochritas, & Antichristum, qui se Solē mundi affirmabit. Et *datum est illi* .i. Antichristo .i. permissum est:

A *Æstu affligere homines, & igni* .i. minori, & maiori tribulatione. *Et æstuauerūt homines fideles*, ratione vtentes. *Aestu magno* .i. graui tribulatione afflicti, & angustiati. Ita quod multi ita deficiēt, vt dicit Glo. Ionę 4. Percussit Sol super caput Ionę, & æstuauit, & petijt animę suæ, vt moreretur, similiter erit tunc. Et *blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem sup has plagas*, inferendi cui vult, & quando vult. Ipse enim habet claues mortis, & inferni, vt dicitᷓ supra. 1. *Deus cui vult miseretur*, similiter erit, nunc. Et *blasphemauerunt nomē Dei habētis, &c.* *Et non egerunt pœnitentiam*, quę prædicabitur eis. *Vt darent illi gloriam.* Hoc dicit forte, quia aliqui interius pœnitebunt, et dolebūt de peccatis suis. Sed ore non audebunt Christum confiteri præ timore, & hoc non sufficit, quòd dicitur Roma. 10. Si confitearis in ore tuo dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, quòd dominus exercituum excitauit illum a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur. De his enim, qui cadent in illa persecutione, & qui non audebunt publice confiteri Christum dicit Naum. Ad Ierusalem sub
B typo ecclesiæ filij tui .i. infirmi catholici, sicut locustę locustarum, qui confidunt in sepibus. In die frigoris .i. tenent fidem in tempore pacis, ortus est sol .i. Antichristus grauiter affligens sanctos, & auolauerunt .i. a fide recesserunt. Sap. 4. Et si in ramis germinauit infirmiter posita, a vento commouebuntur. Luc. 8. Ad tempus credunt, &c. Sequitᷓ.

Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & commāducauerunt linguas suas præ doloribus, & vulneribus præ dolore; & blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.

Et quintus angelus. Hæc est quinta pars, in qua agitur de quinto angelo, & effusione phialę ipsius, quæ erit contra complices Antichristi, in quibus quasi in sede quiescit. *Factum est regnum eius* .i. illi, in quibus regnabit, idem est quòd se
C des. *Tenebrosum* .i. perfidia excecatum. Isa. 6. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua .i. excęcabis, et aggrauabis, quia tunc nec videre bonos, nec audire poterunt, ita odient eos. Et *commāducauerūt* .i. manducabunt *Linguas suas* .i. mutuo se detrahendo vorabūt vnus alium, sicut canis. De quibus dicit Salomon. Prouer. 23. Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in mensa eorum, qui carnes aduescendū conferunt, quia vacantes potibus, & dantes simbola, consumentur. Gal. 5. Si mordetis adinuicem videte, ne adinuicem cōsummamini. *Præ dolore* inuidiæ, quàm contra sanctos habebunt, dolentes de constantia eorum. Sicut legitᷓ Act. 7. de Iudæis contra Stephanum audientes hæc dissecabantur cordibus suis. *Et blasphemauerūt Deū cœli, dicendo.* Christum fuisse magum. *Præ doloribus suis.* De hoc, quòd non poterunt eos incorporare Antichristo, & auertere a Christo vulneribus suis, quæ faciebant sibi inuicem detrahendo, vel quæ sancti fecerunt, eos comminando, vel constanter resistendo, vel firmiter cōsistēdo in fide Christi. Hęc enim erit magna
D plaga. Et non egerunt pœnitentiam ex operibus suis, in quo notatur finalis impœnitentia, quæ est peccatum in spiritum sanctum.

Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten, & siccauit aquam eius; vt præparetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis, et de ore bestiæ, & de ore pseudo prophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraice Armageddon.

Et sextus angelus. Sexta pars huius capituli, in qua agitur de sexto angelo, & sexta plaga, a sexto angelo, super falsos Christianos Antichristo adhærentes inferenda. De omni enim secta quamplurimę adherebunt Antichristo, & ipse omnes capiet ad expugnādam ecclesiam sanctorū. Dicit ergo. *Et sextus angelus* .i. sextus ordo prædicatorū. *Effudit phialam suam* .i. prædicauit iram Dei futuram. *In flumen magnum Euphratem* .i. in illos, qui amore diuinarum, a fide Christi apostatabunt, & Antichristo adhęrebunt. *Et siccauit aquā eius* .i. mundi affluentiā, cito esse siccandam, seu perituram prædicant. 1. Cor. 7. Præterijt figura huius mundi. 1. Iohā. 2. Transit mundus, & concupiscentia eius. Isa. 40. Omnis caro fœnum. Ideo dicit Psal. Diuitiæ si affluant, &c. *Vt præpararetur via regibus* .i. vt prędicatoribus dareť via veniēdi ad corda hominum, quòd impedit abundantia diuitiarum. Quia diuites nolunt audire prædicationem, quæ cōsulit diuitias abiceret. Vnde iuuenis, qui querebat a domino, quid faciēdo vitam æternam posset habere? Respondit dominus. Vt mandata seruaret. Et ille dixit, quòd a iuuētute sua, omnia seruauerat. Et dominus dicit. Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Et contristatus est adolescens. Erat enim multas habens diuitias. Glo. Dicit Matt. 19. Hic vsque huc libens audiuit sermonem domini. Sed vbi cępit dicere de diuitijs abiciendis, non potuit audire sine molestia. Vnde diuites sunt, sicut aspides surdæ, quæ vnam aurem obstruunt cauda, aliam figunt in terram, ne audiāt vocem incantantium, &c. *Ab ortu solis venientibus* .i. a Christo, qui ortus est mundo, sicut Sol, illuminans, a quo veniunt prædicatores. Alia editio habet. *Vt præparetur via regi*, idest Christo, cui obstruit viam veniendi ad mentes hominum, amor diuitiarum. Et vnde venit Christus. *Ab ortu solis*, idest a gratia orientis, quæ illuminat mentem ad cognoscendū illum, qui venit, & vtilitatem aduentus eius, quæ etiam purgat, & præparat ei locum. *Et vidi de ore draconis* .i. de inspiratione diaboli. Et *de ore bestiæ* .i. de prædicatione Antichristi, Et *de ore pseudo prophetæ* .i. de prædicationibus Apostolorum Antichristi, quos ipse mittet per totum mundum. *Spiritus tres immundos procedere, & exire*, supple verba serentia, & fidem Trinitatis impugnantia. Vel sic. *Vidi de ore draconis* .i. de suggestione dæmonis. Et *de ore bestiæ* .i. de præceptis Antichristi. Et *de ore pseudo prophetæ* .i. de consilio suorum sapientum. *Tres spiritus immūdos exire* .i. vel procedere, supple in omnes impios ministros, quos ipse mittet in mundum de suggestione diaboli, & de consilio suorum sapientum, & mittet peiores, quos poterit inuenire, qui dicuntur spiritus, propter astutiam, & subtilitatem nocendi, & decipiendi, & velocitatem perficiendi mandatum. Dicuntur etiam. *Immūdi*, propter immunditiam vitæ, & doctrinæ. Dicuntur etiā. *Tres*, quia fidē Trinitatis corrūpere intendūt. Vt aūt magis exprimereť, ideo cōditionē istorū nuntiorū Antichristi adiūxit. *Ad modū ranarū*, qui semp manētes in paludes peccatorū, semper garrulant, sed illi garruli, & immundi erunt. Vnde Glo. Ranę in luto moriuntur, & morantur, & garrulę sunt, & alijs inquietudinem ferunt, & indisciplinabiles sunt, sic & illi, & subditi causam. *Sūt enim spiritus dæmoniorū* .i. a dæmonibus docti, & ducti. *Facientes signa* .i. miracula, per quæ habebāt efficaciam verborum. Ex hoc loco patet, quòd facere miracula, non est inditium sanctitatis. Vnde, & quidam mali dicturi sunt in iudicio. Domine, nōne in nomine tuo eiecimus dæmonia? &c. Et dicet dominus. Discedite a me operarij iniquitatis. Mat. 7. *Et procedunt* .i. immundi spiritus, pcedēt, dicit in præsenti, quia forte iam sunt in ianuis. *Ad reges totius terræ* .i. ad principes totius mundi, quos primo subuertent, & per eos alios inclinabunt ad se, aut violentia, aut fraudulentia. *Cōgregare illos in prælium*. Contra ecclesiam. Et quomodo congregantur? Dicit Isa. 23. Et post congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, &c. Vnde sequitur. *Ad diem magnum Dei omnipotentis* .i. ad diem iudicij, qui dicitur magnus, quia iustitia magna erit tunc. Et dicitur etiam specialiter *Dei omnipotentis*, cum dies omnes sui sint, & quia ibi ostendet Deus suam potentiam, quam modo continet in terminos misericordiæ, & tunc egredietur Dominus de lo-

E co sancto suo, vt dicit. Isa. 28. Et quia posset putari, quia adhuc multum distaret, dies ille, ideo dicit. Iohannes illum prope esse. Vnde dicit. *Ecce*, in breui aperte venit dies domini, vel dñs in die illo, *sicut fur*, omnibus ignorantibus. 1. Thē. 5. Dies domini, sicut fur. *Et ideo beatus, qui vigilat.* & custodiet vestimenta sua, quibus Christianus debet vestiri. *Ne nudus*, idest sine operibus virtutum *Ambulet*, de hac vita ad aliam. Et in iudicio *Videant turpitudinem eius* .i. peccata sua, quæ faciunt animam turpē. *Et congregabit.* Hoc refertur ad illud, qd supra dixit. *Quod tres immundi spiritus congregabit procedent in prælium ad reges totius terræ*, contra sanctos, & ita fiet, quòd omnes cū Antichristo erunt contra ecclesiam, præter paucos, & hoc est, q̄ dicit *congregabit*, i. cōgregabat, & iā cōgregare incępit diabolus sibi, q̄ oibus illis operabiť. *Illos. s. Reges totius terræ. In locū qui vocatur Hebraice Armageddon*, q̄ interpretatur furum mons, vel mons Globosus. Sicut enim mons furum dicitur, vbi fures habent refugium, sic ad Antichristum omnes fures. i. omnes mali fugient, & ipse omnes receptabit, & defendet,

F Sicut dicitur liber. 1. Reg. 22. de Dauid, quòd conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ęre alieno, & amaro animo, et factus est princeps, sic Antichristus malorum erit princeps. Qui ad eum conuenient ei consentiendo. Quod significatum est Gene. 1. vbi dicitur Congregatę sunt aquę, quæ sub cœlo sunt in vnum locum; idest omnes mali de peccato in peccatum fluentes, venient ad Antichristum, qui erit alueus iniquitatis, & factum est ita, vt appareat arida. i. ecclesia, & appellauit Deus aridam terrā. i. pauperē ecclesiā securā, & firmā, congregationēq; aquarum appellauit maria, pp amaritudinē iræ, odij, inuidiæ, & totius malitiæ; quem habebit Antichristus, & sui.

Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem, et exiuit vox magna de templo a throno, dicens. Factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, et terræmotus factus est magnus qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram talis terræmotus sic magnus. Et

G *facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentiū ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum: dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum, descendit de cœlo in homines, & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer.*

Et septimus angelus. Septima pars, in qua agitur de septimo angelo, & plaga illius, quæ super homines futura prædicitur. Vnde dicit. *Et septimus angelus* .i. septimus ordo prædicatorum. *Effudit phialam suam in aerē* .i. iram Dei futurā prędixit in dæmones, qui in hoc aere habitant vsque in diem iudicij, & tunc in inferno cum reprobis retrudentur, & est effusio phialæ in aerem. i. prædicere dæmonum in inferno retrusionem, & dicuntur etiam dæmones aer, propter lęuitatem, quia velociter, huc, & illuc, discurrunt. Vel propter

H fluxibilitatem, quia aer est quodam modo corpus spirituale. Iste ergo septimus angelus, est septimus ordo prædicatorum, qui post mortem Antichristi prædicabit instare diē iudicij, quòd est dolor, & angustia dæmonum, & tandem magis sęuiet, vt dictum est supra. 12. *Et exiuit vox magna de cœlo* .i. de ecclesia, vel de Christo. i. a prædicatoribus suis. *A Throno dicēs* .i. ab illis, qui cum Christo iudicabunt. *Factū est*, quòd faciendum erat, quasi dicat, prope est vt totum sit factum, quòd ibi erit. Primum iudicium non erit in fieri, sed in esse stabili. Vt dicitur Deut. 22. Ad esse festinant tēpora. Eccle. Finis venit, & venit finis. Bis dicit idem, sed non eodem ordine. Nam primo præponit finem. Secundo postponit. Ad significandum, quòd quidam prius cogitant de fine, quàm veniat, vt boni, qui prouident sibi. Alij sunt quibus non venit finis antequam non cogitent de fine, vt mali. Vnde Gene. 7. Finis vniuersæ carnis venit corā me, qui nondum venerat coram eis. Immo ipsis non cogitantibus diluuium, inundauit, & omnes inuoluit. 1. Thes. 5.

Cum dixerint pax, & securitas tūc, &c. Et *facta sunt* .i. fient *fulgura* ad literam. Et *voces clamantiū*. Matth. 23. Sicut fuit in diebus Noæ præ timore. Et *tonitrua*, ad literam. Et *terræmotus factus est*, idest fiet. *Qualis nunquam fuit, ex quo omnes homines fuerunt super terrā*, talis terręmotus, sic magnus bis ponitur hic, vt per hoc innuat Iohannes. Quantitatem modum excedere. Excedet enim omnes, qui ante fuerunt, quia vniuersalis erit. Alij qui præcesserunt particulares. Vnde Matth. 24. Erunt terręmotus magni per loca. Ille autem motus naturalis non erit causa naturalis, sed voluntaria. Non enim possibile est quòd secundum naturam fiat motus terræ, vniuersalis, sed particularis. Sicut qui fit ex grosso fumo incluso, in aliqua parte terræ, qui cum exire cogatur natura impellente non habens respiraculum facit terræmotum, sicut patet in castanea. Alia quæ sequuntur vsque ad finem capituli, nō recipiunt varias expositiones. Ideo reuertamur ad totum moraliter, & totum ad nostram instructionem exponamus iuxta hoc, quòd diximus. Per septem angelos, prędicatores significātur, qui debent esse septem. Quia debēt habere septem dona, septem virtutes, septem sacramenta, septem dotes, septē tribulationes. De quibus dicitur. Iob. 5. In sex tribulationibus liberauit te, & in septima non tanget te malum, ijdem significantur, per septem mulieres. De quibus Isa. 4. Apprehendent septem mulieres virum vnū, & bene dicuntur mulieres, quia molliunt Herū. i. animum superbum. Vel septem ordines, vel septem pœnarum notitiam ad eam detestandam, hos septem septenarios omnes debent habere prædicatores, & ideo sub numero tali designantur, qui dicū tur angeli. Primo per sanctimoniam cordis, & corporis. Vnde Matt. 22. In resurrectione, neque nubent, neque nubent, sed erunt, sicut angeli Dei in cęlo. Vnde in veteri lege sacerdotes balteo cingebantur circa pect⁹ & fęmoralibus: per primum significatur, castitas cordis. Per secundum sanctimonia corporis. Et hoc dicitur. Exo. 28. Sic etiam sacerdotes euangelici cinguntur, vno quidem amictu descendens per collum in corpore cancellatum, & per humeros ductum, postea ante pectus reducitur, vt ibi ligetur, per quòd ostenditur sanctimonia cordis, quam debēt habere. Per amictum enim significatur fides, quàm sub velamine vident. Sicut dicitur. 1. Cor. 13. Videmus nūc, per speculum in enigmate. Per ligulas significātur duæ partes fidei. Quia de duobus tantum est fides. s. de humanitate, & diuinitate in corde, et ore per confessionem. Quod significatur, quòd ligulæ per collum ducuntur, & supra pectus adinuicem coniunguntur. Quod autem ducuntur per humeros ligulæ illæ, & dependent super vmbilicum, significatur, quòd fides operatur in illo castitatem cordis. Vnde. Isa. 11. Erit fides cinctorium renum eius. Itē alij cingūtur circa renes, quo alba restringitur, ne defluat ad terrā, p hoc significatur castitas corporis, quam facit pœnitentia iusticiæ, sicut dicit Isa. 11. Erit iustitia cingulum renum eius. Quæ etiam iustitia facit, ne alba .i. continentia defluat ad terram, per hoc significatur castitas, vt colligat inde puluerem vanę gloriæ, vel auaritiæ. Secundo dicuntur angeli, propter cōtemplationis, & administrationis officium, q̄d simul habent. Nam secundum, q̄ vident in contemplatione velle Deum, sic exequuntur in administratione. Dan. 7. millia milliū m. &c. Mat. 18. angeli semper vidēt faciē, &c. Glo. dicit. Angeli quocūque vadant, nunquam a Dei contemplatione recedunt. Sic prædicatores debent aspicere in contemplando, quòd postea doceant prædicando. Sic primo dictum est Moysi. Exo. 25. Inspice, & fac secundum exemplar, quòd monstratum est tibi in monte. Vnde, & sacerdotes legales induebantur tunica iacinctina, quæ cęlestem habet colorem, et euangelij sacerdotes casula induūtur, quæ ex omni parte est rotunda, in medio modicum habet apertum, per quòd caput mittitur. Vnde significatur, exterior contemplatio, quòd ante caput velatum egreditur amictu, & significatur, quòd contemplatio fide regitur. Tertio, propter sedulam custodiam hominis cōmissi. Psal. Angelis suis mandauit de te. Sic prædicatores solliciti debent esse in custodia ecclesiæ sibi commissæ. Cant. 3. En

A lectulum Salomonis. 60. fortes ambiunt. Isa. 42. Super muros tuos Ierusalem cōstitui custodes. Quarto per officium missionis. Angelus enim idem est, quòd nuntius, siue missus. Hæbr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, &c. Itē de prędicatorib⁹ dr̄ in Psal. Qui facit angelos suos spiritus. Malach. 2. Labia Sacerdotis, &c. Ideo dicitur Ro. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittātur? Septē ergo angeli sunt prædicatores vniuersi, septem habentes septenarios prædictos ad bene viuendum, & prædicandum. Septem phialę sunt prædicationes, & doctrinæ eorum inferius ad terrena clausæ, superius ad cęlestia apertæ. Septem loca, vbi effunduntur phialę, sunt homines vniuersi, s̄m numerū septē vitiorum. Septem virtutum numerum, & ordinem distinguendi. Iohannes igitur in persona ecclesiæ, vel cuiuslibet fidelis, vel etiam sua loquens dicit. *Audiui vocē magnā de tēplo*, idest inspirationem occultam, vel visionem apertam venientem a Deo *dicētē septē angelis* .i. prædicatoribus vniuersis. *Ite* non solum pedibus corporis, sed etiam pedibus mentis, qui

B sunt intellectus, & affectus. De quibus Cant. 6. Quàm pulchri sunt pedes tui in calciamētis filia principis. i. sanctorū exemplis, scripturarum testimonijs. O anima fidelis. Septē phialæ irę Dei quas, effudit in terrā. i. prædicauit cōtra gulam, quę dicitur terra, propter sitim, & famem continuam. Prouer. 34. Tria sont insatiabilia infernus, & os vuluæ, & terra, quę non satiatur aqua. i. voluptate, vel gula. Num. 13. Terra quam lustrauimus suos deuorat habitatores. Et *factū est vulnus sæuū, ac pessimū in hoīes, qui habebant caracterē bestiæ, & in eos, qui adorauerunt bestiam, & imaginē eius*, qui viuit ad similitudinem bestiarum, omni hora sine discretione potationi, & bibitioni, & comessationi vacando, ventri suo seruiendo, vt Deo, immo plusquam Deo. Quia plus laborant, vt faciāt voluntatem eius. quàm Dei. Vnde Roma. 6. dicitur de huiusmodi, Christo domino nō seruiunt, sed suo ventri. Phi. 3. Multi ambulant quos sępe dicebam vobis, & nunc flens dico inimicos crucis quorum Deus venter est. De his dicitur in canonica Iudę. Hi sunt in epulis suis, male conuiuan-

C tes. In hoc fit *vulnus sæuū, ac pessimū*, quando pro gulæ vitio, gehēnę supplicium pronunciatur. Est autem vulnus continui diuisio, & quanto partes continui magis sunt sibi conserte, tanto diuisio eorum facit grauius vulnus. *Sæuū* ergo vulnus est in separatione a delitijs, quibus per amorem nimium adhęserunt. *Sed pessimū erit vulnus* quando non solum delitijs carebunt, sed etiā cruciatus perpetuos substinebūt. Vnde Isa. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, &c. Prima effusio phialæ, est contra peccatum gulæ, & hoc est quasi fomes aliorum. Vnde super Matth. 4. Vbi agitur de tentationibus Christi dicit Glo. In pugna Christi primum contra gulam agitur, quia nisi prius refrenetur, frustra contra alia vitia laboratur, & alia Glo. dicit. Quod diabolus victus de gula, non tentat de libidine. Committitur autem hoc vitium quinque modis, vt dicit Glo. super Gen. 25. vbi Esau vendidit primogenita sua. Primo quando quis sine causa necessaria præuenit comedendo, sicut legitur de Ionatha. 1. Reg. 14. Horam debitam comedendi, credimus es-

D se tertiam, quando non ieiunatur propter illud. Actuū. 2. Non sicut vos estimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia, quasi dicat Petrus, qui hoc dixit. Non est credibile, q̄ hi biberunt, & comederunt, quia non transijt hora tertia. Quando autem ieiunatur credimus, horam post sextam, quia tunc transijt medietas diei, & tunc fuit dominus noster Iesus Christus crucifixus, & tunc legitur sitisse. Omnes illi, qui hoc modo peccant incurrunt in illam maledictionem. De qua dicitur eccle. 10. Væ terræ cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. terra vt diximus caro est, Rex est ratio, quę debet eam regere, principes sunt quinque sensus, qui mane comedunt, quando horam præueniunt. Econtrario vero illi, qui expectant horam, benedici merentur. Vnde dicitur ibidem. Beata terra, cuius Rex nobilis, etiam cuius principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, non ad luxuriandum. Hoc dicit, quia multi licet horam expectent, tamen nimis comedunt. Secundus mod⁹ est, quando nimis preciosa, aut nimis deliciosa, quę

affectat comedere, vel bibere, vt diues epulo. De quo dicit Luc. 16. Quod epulabatur quotidie splendide, & filij Israel in deserto æstuarũt, desiderio carnium, vt legitur. Num. 11. Contra quos dicit Iohan. Non sit tibi curæ ex quibus deliciosis cibi stercora conficias. Seneca. Palatum tuum fames excitet, non sapores. Iohel. 1. Vlulate, qui bibitis vinum in dulcedinem, perijt de ore vestro. Tertius modus est, quãdo quis in nimia quãtitate comedit, aut bibit sicut Sodomitæ. De quibus dicitur Eze. 16. Hæc fuit iniquitas sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis: abundantia, & ocium. De hoc dicit Hæb. Pluuia, q̃ sensim descendit optima est: subitus, aũt, & nimius præceps imber, arua subuertit, sicut nimius cibus nocet. Vnde dñs dicit. Luc. 21. Attẽdite ne grauent corpora vestra crapula, & ebrietate .i. nimia cibi vel potus repletione. Quartus modus est studiositas præparandi laute. Hoc modo peccauerunt filij Eli. 1. Reg. 2. Qui carnes crudas a populo accipiebant, vt lautius sibi facerẽt præparari, contra legis consuetudinem. De hoc dicit Isidorus. Tota die epulas ruminant ad explendam gulam, vespere delicias præparant. Quintus modus est quando nimis ardenter, & auide comedit, & bibit, vt Esau. Gene. 25. contra quos dicitur Eccl. 28. Noli esse auidus in omni epulatione. Augustinus. Melius est piscibus vesci more domini, quàm lenticula more iumenti. Beatus Bernardus. Quanto ordinatius cibus ingreditur ad sanitatem corporis, facilius digeritur. Hi quinque modi notãtur his versibus. Est certum quôd quinque modis gula dãnat edaces, Præ prope re laute nimis, ardenter studiose, Mel, Ionathæ, carnes populi, panis Sodomitæ, Lens Esau, Finees arguit olla gulã. Hoc vinum in præsenti multa mala facit vbique. Primum est, quòd luxuriam facit, vel gignit, & nutrit. Iere. 5. Saturaui eos, & mœchati sunt. Iero. Venter mero æstuans, facile in luxuriam soluitur. Vicina. n. sunt venter, & genitalia, & pro vicinitate membrorũ sequitur confederatio vitiorũ. Secũdum malum est, q̃ claustrum animæ .i. virtutes destruit. Vnde Leui. 4. dicit. Quod Nabuzardan Princeps Cocorũ destruxit muros in Ierusalem. Interpretatur autem Nabuzardan prophanans paleas, hic est venter, qui cocus est omniũ membrorũ, & tota die, & nocte prophanat paleas .i. cibos carnales, qui cito consumentur, vt palea Ierõn. Per luxum, & abundantiam voluptatum animæ fortitudo mollescit, & eius prudentia constipatur. Tertium malum est, quòd non solum cor, sed etiam corpus, inquinat. Vnde Petrus loquens de gulosis. 2. Pet. 2. Hi velut irrationabilia, pecora in coinquinatione sua peribunt, percipientes mercedem, &c. Canonica Iudæ, hi sunt maculæ conuiuantes, non dicit, q̃ sint maculati, sed maculosi, sed ipsæ maculæ, quia se ipsos sponte maculant. Quartum est, quia non solum inclinat imo occidit animam, & corpus simul. Ad literam. Multi per gulam incurrerunt infirmitatem, de qua moriuntur. Eccle. 34. Multi propter crapulam perierunt, qui autẽ abstinens est adiciet vitam. Iob. 1. Filijs, & filiabus eius vescentibus, & bibentibus, &c. Psal. Adhuc escæ eorum, &c. Quintum malum est quod depauperat. Vnde Prouer. 21. Qui diligit epulas in egestate erit. Sextum est, quòd omnia secreta reuelat. Vnde Pro. 31. Nullũ secretũ, vbi regnat ebrietas. Oran⁹. Quid non ebrietas designat? Noe p ebrietatem nudauit femora sua, quæ per centũ annos per sobrietatẽ obtexerat. Ecclesiast. 31. Ignis probat aurum, ferrum, sic vinum superborum corda arguet, in ebrietate potatũ. Vnde Versi. Luxuriam gignit, virtutũ sternit, inquinat, & perit, depauperat omnia pandit. Sequitur. Et *secundus angelus effudit phialã suã in mare* .i. secundus prædicauit contra luxuriam, quæ maris nomine designatur, propter fœtorem, propter feruorem, propter amaritudinem, propter multitudinem. De quo dicit Ioel. 1. computruerunt iumenta in stercore suo, ibi. Gregorius. Iumenta putrescere in stercore suo est vitam in fœtore luxuriæ finire. Psal. Disperierunt in endor facti sunt, vt stercus terræ .i. feruentes, & immũdi. De quibus dicitur Oseæ 7. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus a quoquẽte .i. a diabolo. Eccl. 9. Multi speciẽ mulieris alieni admirati, reprobi facti sunt, ex hoc enim

E concupiscentia quasi ignis exardescet. Iero. Flammigero igne percutit fœmina conscientiam pariter habitantis. Prouerb. 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, &c. De tertio, Prouerb. 5. Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara, quasi absynthium. Eccl. 7. Inueni amariorẽ morte, mulierem, quæ laqueus venatorum est .i. dæmonum. De quarto dicitur ibidem. Vincula sunt, & sagena cor eius, quæ capit omnes pisces magnos, & paruos. Abacuh. 1. Facies hominis, sicut pisces maris, & quasi non habens principem, in hamo se leuabit, & traxit illum in sagena, & congregauit in rethe suo. Augustinus Efficacissimum glutinũ est mulier ad capiendas animas. Iero. Si cum viris habitẽt feminæ, viscũ, non deerit diaboli, &c. Vnde de hoc mari dicit Gen. 14. Cõuenerunt in vallem siluestrem, quæ nunc est mare salis. Hui⁹ aũt peccati .s. luxuriæ quinque sunt species. Prima est simplex fornicatio. Secunda adulteriũ. Tertia stuprum .i. defloratio virginis. Quarta incestus .i. consan-

F guinearum, vel affinium abusus, sub qua specie comprehẽditur luxuria claustralium siue hominum, siue mulierum. Quinta luxuria cõtra naturã, quæ fit multis modis .s. cum viro in virum, vel femina in feminã, vel aliquis, vel aliqua in seipsum, vel cum bestiali modo, vir accedit ad feminã. Vel cum mulier supergreditur virum, vel cum semẽ extra vas naturale effunditur. Sicut fecit Her filius Iudæ. Gene. 38. Et idcirco percussit eum dominus, eo quòd rem detestabilem faceret. Hoc peccatum, quinque mala facit. Primo inquinat, sicut gula, imo plusquam gula, propter quòd dicitur Cor. 6. Omne peccatũ quodcũque fecerit homo, &c. Quia illud destruit, & polluit. Eccle. 9. Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus conculcabitur. Secundo irretit hoiẽm ita, vt vix possit reuerti ad Deum per pœnitentiam. Pro. 7. Considero vecordẽ hoĩem, qui transit per plateas, & ecce mulier occurrit ei ornatu meretricio præparata ad decipiendum animas: garrula, & vaga, quietis impatiens. Apprehensumque iuuenem deosculatur, & procaci vultu blã-

G ditur, & irretiuit eum multis sermonibus, & quasi bos ductus, &c. Oseæ. 5. Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad dominum, quia spiritus fornicationis est in medio eorum. Ideo ille, qui fuerat inuitatus ad nuptias respõdit, vxorem duxi. Luc. 14. Tertio facit contemnere prædicationem, & omnem ammonitionem. Vnde Eccle. 21. Audiet luxuriosus, & displicebit, et proiciet illud post dorsum suum. Quarto sapientẽ infatuat. Vnde Eccle. 10. Ne zeles mulierem fratris tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ, nequam .i. ne te infatuet, sic patet in Salomone. Iac. Nõ est vxor ducenda sapienti, primum quidem impediuntur studia prophetiæ. Non potest quisquam libris, & vxori pariter inseruire. Eccl. 19. Vinũ, & mulieres apostatare faciũt sapientes. Quinto homines facit similes bestijs. Psal. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentes insipientibus, &c. Iero. Qui post carnis concupiscentias in desiderijs ambulant, in ventrem, & libidinẽ proni, quasi irrationabilia iumenta reputantur, propter quòd

H dicit Psal. Nolite fieri, &c. Iere. 5. Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem suam inhiabat. Vnde Ver. Inquinat irretit doctrinæ pabula spernit, Doctos infatuat, homines animalibus æquat. Sequitur. Et *factus est sanguis tanquam mortui*. Hoc dicit, quia sicut a morte nullus regreditur, nisi miraculose, ita, & a peccato luxuriæ. Roma. 8. prudentia carnis mors est. Prouer. 23. Fouea profunda est meretrix, & pute⁹ angustus aliena. Vnde vix poterit aliquis exire, & tamen defacili potest quilibet cadere. Vnde sequitur ibi, quasi latro in via insidiatur, & quos incautos viderit interficiet. Et *omnis anima viuens mortua est in mare* .1. Thi. 5. vidua in delitijs viuens mortua est. Eccle. 9. prop[ter] speciem mulieris multi perierunt. Et sequitur. Et [terti]us *angelus effudit phialam suam super flumina, & super fontes*, idest [terti]o loco contra iram prædicant. Per flumina enim fontes aquarum iracundia designatur, propter mortuum impetuositatem. Nã sicut flumen decurrens si obstaculum inueniat, impetuosius currit, & totum frangit, sic mot⁹ iræ

Vnde

Vnde Eccle.4. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra incertū fluuij. Dicitur autem motus iracundiæ fons, dum stat in corde effluit, in fluuium, dum exit in verbum, vel in factum, propter quòd dicitur Eccle.25. Ne des animæ tuę exitum, nec ad modicum, nec mulieri, nequā.i. iræ veniam prodeundi. Notandum est autem, quòd est duplex ira. Vna bona, & alia mala. Bona ira, qua homo irascitur vicijs, & peccatis, tam suis, quàm alienis. Alia dicitur ira per zelum. De qua dicitur Eccle.7. Melior est ira risu. Ira mala, est qua homo irascitur homini, quæ quatuor habet species siue gradus. Primus gradus siue prima species subita, siue subitus motus. Vel ante consensum, & deliberationem rationis, & est venialis. De qua potest intelligi vno modo illud Psal. Irascimini nolite peccare, &c. Ibi. Glo.i. si motus animi surgit, quòd non est in potestate nostra, nō consentiat ratio. Venialis enim ira est, quæ non ducitur ad effectum. Secunda species siue secundus gradus est, quando cum consensu, & deliberatione, tamen adhuc latens in corde, non exit foras ad verbum, vel factū, & hęc est mortalis. De qua dicitur Matth.5. Qui irascitur fratri suo, &c. Tertius gradus est quando ira deliberata procedit a corde, vsque ad verba contumeliosa, vel facta iniuriosa, & tunc maius peccatum est. Et de hac dicitur Matth.5. Qui autem dixerit Racha. &c. Quartus gradus est ira inueterata, quæ dicitur odium, quam prohibere videtur Apostolus Ephesios.4. Vbi dicit. Sol non occidat super iracundiam vestrā. Augustinus, ne ira crescat in odium, &c.1. Iohā.4. Qui odit fratrem suum homicida est, & hęc ira quinque mala facit. Primum est, quòd rationem obnubilat, & peruertit. Vnde Iob.16. Caligauit ab indignatione oculus meus. Psal. Turbatus est a furore oculus meus. Cato Impedit ira animū, &c. Et sic infamat ira rationem. Vnde Gregorius super Iob.1. Virum stultum interficit iracūdia. Dum per iram mansuetudo admittitur, supernę imaginis similitudo viciatur. Prouerb.12. Fatuus statim indicat iram suam. Secundum est, quòd decurtat vitam. Vnde Eccle.30. Zelus, & iracundia minuit dies. Tertium est, quia iurgium, & lites generat, & per hęc pax turbatur, & spiritus sanctus contristatur. Vnde Prouer.26. Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, sic vir iracundus suscitat rixas. Eccl.28. Homo iracundus incendit lites, &c. Ephe.3. Nolite contristare spiritum sanctum. Gregorius. Dum ira animum pulsat, spiritui sancto suam habitationem turbat. Quartū est, quòd non potest esse in societate, quia omnes fugiunt eius societatem. Eccl.8. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante eū sanguis. Prou.22. Ira non habet misericordiam. Et Infra. *spiritum eius quis ferre poterit*. Quasi dicat, nullus. Quintum malum est quod ira est via, & ianua ad omne malum. Vnde Augustinus super Leuiticum. Ira est ianua omnium vitiorum, quæ clausa virtutibus parat ingressum, aperta vero in omne facinus deriuatur. Prouerb.29. Vir iracundus prouocat rixas, &c. Versi. Conturbat, vitam decurtat, iurgia gignit. Ira fugat socios, ad mala queque paratur. *Et factus est sanguis*.i. pęna pro effusione sanguinis. Iustum est enim, vt sicut ira effundit sanguinem in culpa, ita effundatur sanguis eius in pęna. Nomine enim sanguinis, & culpa, & pęna intelligitur. Vnde Oseę.4. Sanguis sanguinem tetigit.i. culpę pęna. Respondet. Matth.27. Omnis enim, qui gladium accipit, gladio peribit. Hinc etiam dicit. Glo. Similiter isti damnabūtur pro sanguine, quem fuderunt corporaliter, vel spiritualiter. Similiter dicit quod supra in effusione secūdę phialę, vbi agitur contra luxuriam. Similiter determinat pęna eius per sanguinem, sicut hic pęna irę, & satis conuenienter fit hoc, quia in vtroque peccato est commotio sanguinis, sed tamē differenti modo. Nam in peccato luxuriæ est commotio sanguinis delectabilis, in peccato iræ est commotio sanguinis contristabilis. *Et audiui angelum aquarum*.i. angelum custodem populorum. Infra 17. *Aquæ multæ, populi multi*. Vel *angelū aquarū*, in expositione, seu reuelatione scripturarum. Isa.55. Omnes sitientes, venite ad aquas. Vel *Angelū aquarū*.i. motorem, seu datorem lachrymarum. Iohan.5. Angelus domi-

A ni secundū tēpus descendebat in piscinā, &c. *Angelū aquarum*.i. datorem, & conseruatorem gratiarum. Io.7. Qui credit in me, flumina de ventre eius, &c. *Dicentem*, collaudādo, vel collaudandā, ostendendo iustitiam diuinam, quę bonos sanat & saluat, & malos condemnat. *Iustus es domine*, vt nec prece, vel precio flectaris, a rectitudine ęquitatis. Psal. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Psal. Cum accepero tēpus, ego iustitias iudicabo. *Qui es* æternaliter, & ideo immutabiliter. Iaco.1. Apud quem non est transmutatio, &c. Exo.3. Ego sum, qui sum. *Qui eras*, sine principio, & ideo æternaliter. Non dicit. Qui fuisti, ne esse eius terminatum, siue præteritum putaretur. Sed dicit. Eras, quod est præteritum imperfectum, & per præteritum ostendatur fuisse, & per imperfectum ostendatur non præterijsse, nec finitus esse. Ideo dixit. Iohan.1. In principio erat verbum, non fuit verbum. Similiter Prou.8. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram.i. genita, & apud eum manens, vt proles apud cōcipientem, est sanctus ab omni sorde alienus. *Quia hoc iudicasti*

B tuos misericorditer liberans, et malos potenter cōdemnās, & merito: *Quoniam sanguinem sanctorū, & prophetarū effuderūt, & sanguinem dedisti eis bibere*: vt digni erant.i. pęnam æternam reddidisti eis: pro eo, quod *sanguinem sanctorū effuderūt*. Deut.32. Laudate gentes populum eius, quoniam sanguinem suorū vlciscetur: & vindictam retribuet, &c. *Et audiui alterū angelū dicentem*, &c. Etiam domine Deus omnipotens vera, & iusta iudicia tua, hoc secundum testimonium introducitur ad maiorem confirmationē iustitię Dei: & possunt per hos duos angelos perhibentes testimonium intelligi duo testamenta, quæ sine aliqua dubitatione testificantur de ipso. *Et quartus angelus effudit phialam suam in Solem*.i. in quarto loco prędicauit contra gloriam inanem siue contra inaniter gloriantes, qui per solem designātur, propter claritatem, & sublimitatem, quam tales appetunt in hoc mundo: non in cęlo. Vnde Iob 5. Quō potestis credere, qui gloriam ab inuicē recipitis, & gloriam, quę a solo Deo est non queritis? ego claritatem ab hominibus non accipio. Luc.12. Nolite in subli

C me tolli. Hæc enim omnia gentes quęrunt. Iob 31. Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & lętatū est in abscōdito cor meum: & osculatus sum manum meā ore meo: quod est iniquitas maxima, & negatio cōtra Deū altissimum: ibi. Glo. Sol in fulgore est opus manifestatione. Solem igitur fulgentem Iob non vidit, quia cum opus suum alijs luceret ad exemplū: hoc ad pręsumptionis gloriam sibi erat absconditum: Lunam clare incedentem. Fama de bono opere veniēs: nec hanc vidit Iob, quia cum bonum diceretur de eo non attendit, contra hoc manum osculatur, quādo malum, quod prouenit ex vana gloria: siue ex superbia monstratur. Hoc autem est vnum, & summum malum, quod ex superbia prouenit, quod non omne quod inuenit, perdit, & quod non inuenit: ne inueniat impedit. De primo dicit Beatus Bernardus. Superbia siue iam existens, siue non: semper causa est subtractę gratiæ. Gregorius Sicut humilitas omnia vitia eneruat quasque virtutes colligit, & roborat, sic superbia virtutes destruit, & eneruat.

D Aug. Cum ira vitia in malis operibus exercet vt fiant, Sola superbia in bonis operibus insidiatur: vt pereat. Zosimus. Cū bene pugnaris: cū cuncta subacta putaris quę magis infestat vincenda superbia restat. Et alius: sit tibi gratia, sit sapientia forma quod detur. Sola superbia destruit omnia si comitetur. De secundo dicitur illud: timor infusa repellit. Vnde quidam dixit Alexandro, qui valde superbus erat. Deus pręsto est tibi dare sapientiam, sed non habes vbi recipias eam. Secundum malum: quod facit ęque magnum est: quia origo omnis peccati, Sicut dicit Gregorius. Regina est omniū peccatorum, & ideo vix vadit sola, sed multis vitijs comitatur. Vnde Ecclesia.10. Initium omnis peccati superbia, qui tenuerit illam adimplebitur maledictis: Glo.i. vitijs. Beatus Bernardus. Initium omnis peccati, & totius pditionis superbia est. Præterea quisquis es qui salutem tuam operaris, studeas aduersus hanc, super caput tuū cornu crucis habere memento: vt non eleueris in superbia. Thob.4. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut animo do-

minari

minari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. De his duobus malis generalibus superbiæ dicitur in Versi. Crimina cuncta parit, virtutum germina perdit. Præterea aliud malum facit spirituale, qui a semper depauperat dominum suum, Vnde Eccle. 21. Obiurgatio, & iniuriæ annullabunt substantiã: & domus, quæ nimis est locuplex annullabitur superbia. Præterea aliud malum facit, quod vix, & raro sanatur, vitium superbię, quia nescit se humiliare superbia, & sine humilitate non est salus. Vnde Eccle. 3. Synagogę superborum non est sanitas. Frutex enim peccati eradicabitur in illis. Præterea aliud malum facit, quia vbicunque sit semper facit contentiones, & rixas. Prouerb. 17. Labia stulti miscent se rixis, os iurgia prouocat. Stultus dicitur quasi stans altus, & hic est superbus. Prouer. 1.. Qui se iactat, & dilatat, iurgia gignit. propter hæc, & alia multa mala, quæ facit superbia. Dicitur Eccl. 10. Odibilis coram Deo, & hominibus superbia. Sequitur. *Et datum est illi*, angelo malo. s. affligere homines superbos, siue vanaglorio-sos. *Æstu*, ambitionis, tempore prosperitatis, & *igne*, iracundiæ tempore aduersitatis. Hoc enim est proprium superborum, vt tempore prosperitatis, semper sint ambitiosi, & aduersitatis tempore iracundi. Vel *Aestu*, elationis cum laudatur. *igne* confusionis cum vituperatur. Prouer. 17. Semper iurgia quęrit malus, angelus aūt crudelis mittetur contra eum. Et *æstuauerunt homines æstu magno*. Quidam æstum ambitionis, cū bene succedit eis. De primis dicitur Naū. 3. Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui, quasi locustę locustarum, quæ consident in sepibus in die frigoris, Sol est ortus, & auolauerunt. i. superbierunt. De secundo dicitur Ionę. 4. Percussit Sol super caput Ionę, et ęstuabat, & petijt animæ suæ, vt moreretur. Et *blasphemauerunt nomen Dei*. s. appropiantes, quód solius Dei est. Vel spernēdo maiores suos quód vtrunque proprium est superborum tantum. Psalm. Superbia eorū, qui te oderunt, &c. Quia superbia nec vult, nec scit subesse, sed semper pręesse. Vnde quidam sapiens satis bene distinxit dicens. Omnis superbus irrationabilis est, habitu superfluus, incessu pomposus, ceruix erecta, facies torua, truces oculi, de loco superiori decertās, mulieribus se proferri affectat, sententias suas ex verbo, & facto iactat, & reuerentiā in obsequio non obseruat. Sed ne putetur quód Deus peccatum superborum relinquat, impunitum ideo addit. *Habentis potestatem super has plagas*: vt quando voluerit irrogare possit superbis. Psal. Oculos superborū humiliabis. Eccl. 10. Radices gentium superbarum arefecit Deus. Isa. 2. Incuruabitur oīs sublimitas. *Neque egerūt pœnitētiā*. Quia vix pęnitet quis de peccato superbiæ, vt supra diximus. Vnde Gregorius. Difficile est valde vitare peccatum, quód etiam de victoria nascitur vitiorum. *Vt darent illi gloriam*, quod faciunt pęnitentes. Iosuę. 7. Fili mi da gloriam domino Deo Israel, hanc gloriam auferūt superbi domino, quia nolunt confiteri defectus suos. *Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ*. i. quinto loco pręd icauit contra inuidiā, quæ sedes est diaboli proprie. Vnde Isa. 1.. Sedebo in monte testamenti. Mons testamenti est superbia scientiæ. Latera aquilonis sunt inuidiæ dediti, frigidi nil de igne, vel colore charitatis habentes. Super sedem ergo bestiæ phialam effundere, est contra inuidię vitium pręd icare, & quantum noceat demonstrare. Ex hoc quasi ex radice corrupta nascitur fere omne vitium. Primo ipsa excęcat mentem, vbi est. Vnde Iob. 5. Per diem inducunt tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie, vbi dicit Glo. Gregorius. Cū mens de alterius melioratione affligitur, quasi a Solis radio obscuratur. Item. Inuidi debent perpendere quantę sint cęcitatis, qui alieno profectu deficiunt, aliena lętitia tabescunt, quantę etiam infelicitatis sint, qui melioratione proximi deteriores fuerint. Qui igitur inuidię peste carere desiderant, illam hæreditatem appetant: quam hæredum numerus non angustat, quæ omnibus vna est, & singulis tota. Deberentque inuidi in omni ciuitate oculos habere, vt felicitate omnium torquerentur. Secundum malum est quod primo subiectum proprium cruciat quam alij noceat. Hoc est primo, sibi, quàm alij nocet. Vnde Ieronimus. Inuidia

E primum sui mordax est. Suetonius. Inuidus omnino medullitus ęstuans, a semetipso liuoris proprij, semper exigit pœnas. Tullius. Nūquam melius torquebis inuidos, quàm virtuti, & gloriæ seruiendo. Socrates. Quanta feliciū gaudia sunt, tanti inuidorum gemitus. Felicitas enim semper subiecta est inuidiæ. Sola miseria caret inuidia. Tertiū malum est, quod facit hominem imitatorem diaboli. Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui ex parte illius sunt. Quartum malū est, quod non habet finem. Vnde Cyprianus. Zelus finem non habet, cum cętera finiantur, quantoque ille cui inuidet successu meliore profecerit, tanto inuidus successu, & ignibus incendij liuoris exardescit. Huic vultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, & tremor in labijs, stridor in dentibus, verba rapida, effrenata ceruix, manus ad violentiā prōpta, quę & si interdū gladio vacet, odio tamen furibundę mentis armata est. Gregorius. Cum per omne vitium antiqui hostis virus infundatur humano cordi, in peccato

F inuidię tota viscera sua serpens concutit. Hęc deuicit in omnia vitia, hoc est, quod magis cruciat subiectum propriū. Vnde Horatius. Inuidia Siculi, non inuenere tyranni. Sap. 27. Cum sit timida nequitia, data est in omnium cōdemnationem. Semper enim pręsumit sęua perturbatio, & perturbata conscientia. Prouer. 1.. Putredo ossium inuidia. Multa alia mala facit inuidia: sed hoc modo sufficiant. Sequitur. *Factum est regnum eius tenebrosum*, regnum diaboli inuidi sunt, in quibus specialiter regnat sicut dictum est, quasi tenebrosi recte dicuntur, quia bona aliorum tenebrę eorū sunt, sicut satis dictum est. Et commanducauerunt linguas suas adinuicem, detrahendo. Detractio enim filia est inuidię: vt dicit Gregorius, Præ dolore, quód habet inuidus de felicitate aliorum. Vnde Horatius. Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Ideo per bufarios designātur inuidi, qui moriūtur de odore florentium vinearum. Vnde & Apostolus dicit. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus, alijs quidē odor mortis, &c. Et *blasphemauerūt nomen Dei cæli* præ doloribus, & vul-

G neribus suis. Glo. Quę ipsi sibi ipsis fecerunt, commanducatione linguarum. Inter inuidos enim pugna continua, vnus alium detrahendo sagittat, & vulnerat. Ieroni. Omnes adulteri sunt cętus præuaricatorum, extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis, confortati sunt, &c. Vnde serpenti comparatur detractor. Eccle. 10. vbi dicitur. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui detrahit occulte, & satis conuenienter cōparatur serpenti detractor. Serpens enim semper portat venenum in lingua, & occulte mordet, & tortuose incedit. Vnde venenosus est, & perniciosus, & tortuosus, sic detractor perditor est, quia illos mordet retro, quibus in facie ridet, & blanditur, etiam tortuose incedit, quia a laude incipit, & in vituperium finit orationem. Isa. 27. Visitabit nos dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan. Serpentem vectem, & super Leuiathan serpentē tortuosum, & homines assueti detractioni, vix corriguntur, ideo subditur. Et *non egerūt pœnitentiam de operibus suis*. Vnde

H Eccle. 23. Homo assuetus verbis improperij omnibus diebus vitę suæ, non emendatur. Beatus Bernardus. Nunquid vipera est lingua, quę tres inficit flatu vno. s. detrahentem, audientem, quando libenter audit, & consentit, & eum de quo detrahitur, quando peruenit ad audientiam eius. Ideo beatus Bernardus dicit alibi. Gladius triceps lingua detractoris, his linguam mucrone illo, quo dominicum latus cōfossum est, crudeliorem dicere compellaris. Fodie enim corpus, non iam exanime, sed facit exanime. Prouerb. 30. Generatio quæ pro dentibus gladios habet. Vnde significatur detractor. Dan. 7. Per bestiam similem vrso, et habebat tres ordines dentium, qui sunt tria genera detractionum. Primum est aperti boni munitio. Secundum aperti mali ampliatio. Tertium falsi criminis impositio. Prouebr. 25. Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Et *sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten*. Sexto loco contra auaritiam prædicauit. Euphrates enim crescens,

vel

vel frugifer, seu puluerulentus interpretatur. Vnde signifi-
A cat auaritiam, siue cupiditatem, quæ semper fructificare
vult, & crescere in pulueribus, idest in terrenis rebus, sed
tamē fluunt semper, quia Euphrates flumen est. Psal. Diui-
tiæ si affluant, &c. Quia sicut aqua fluminis defluente non
remanet nisi lutum, ita diuitijs crescentibus, non remanet
nisi peccatum. Vnde Eccl. 27. Si in percussura cribri rema-
nebit puluis, sic opera hominis in cogitatu illius. Ideo di-
cit Abacuch. 2. Væ ei, qui multiplicat, non sua vsquequo,
& aggrauat contra se densum lutum. Est ergo phialam
in flumen Euphraten effundere contra auaritiā prædicare,
quæ tantum malum est, quòd etiam lut⁹ potest eam accu-
sare. Vnde dicit Iero. Hanc maledicunt prophetæ. Vnde
Abacuch 2. Væ, qui congregat auaritiā malam domui suę.
Item Isa. 5. Domum ad domū. Item Amos. 6. Væ, qui opu-
lenti estis in Sion, et non solum propheta, sed etiam prophe
tarū dominus dicit. Luc. 6. Væ vobis diuitibus. Iac. 5. Agite
nunc diuites plorate, & vlulate in miserijs vestris. Apoc. 8.
B *Væ, væ, væ habitantibus in terra*. Augustinus. Væ illis, qui viuūt
vt augeant res petituras. Vnde æternas amittent breuiter,
omnes maledicunt dispensatorem auarum, cuius dominus
diues, & largus est, talis est omnis auarus, & ideo ab omni
bus est maledictus. Ideo dicit Eccle. 10. Auaro nihil est sce-
lestius. Ibidem. Nihil iniquius, quàm amare pęcuniā. Hic
enim, & animam suam venalem habet, quoniā in vita sua
proiecit intima sua. Vnde & araneæ comparatur auarus.
Isa. 59. Confidunt in nihilum, & loquuntur vanitates, con-
ceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem, oua aspidū
ruperunt, & telas araneæ texuerunt, & telę eorū non erunt
in vestimentum, neque operientur operibus suis. Opera
enim illorum inutilia. Ideo etiam dicit. Isa. 30. Vę filij deser-
tores dicit dominus, vt faceretis consilium, & non ex me,
& ordiretis telam, & non per spiritum meum. Hoc autem
summū malum auaritiæ est, quòd idolatria appellatur. Vn
de Apostolus Ephe. 5. Auaritia, quæ est idolorum seruitus.
Ibi. Glo. Auari Deus est numus. Matth. 7. Non potestis do-
C mino seruire, & mamonæ. Ibi. Glo. Diuitijs seruire, est
Deum negare, vt autem tanquam pestis mortifera fugiat
auaritia, ibidem nostram phialam effundamus in eā osten-
dentes, quædam, quæ ipsa facit omnibus habentibus, &
amantibus eam. Primum est, quòd solicitudinem gene-
rat, quæ requiē tollit. Vt patet in diuite illo, qui cū deberet
dormire, et quiescere, conquerebatur, q̄ horrea sua nimis
parua essent. Lu. 12. Et nesciebat miser, quòd dominus sibi
multa horrea præparauerat magna, & tuta, vbi posset re-
ponere omnia sua .s. pauperes, qui cum multo incremen-
to omnia redderent, tempore oportuno. Ideo dicit Eccle. 2.
De diuite, quid proderit homini de vniuerso labore suo, et
afflictione spiritus, quam sub Sole cruciatus est: cuncti
dies eius laboribus, & ærumnis, pleni sunt, nec per noctem
mens eius, quiescit. Eccle. 5. Saturitas diuitis, non finit eum
dormire. Secundum malum est turbatio cordis, & totius
domus. Vnde Prouer. 15. Conturbat domum suam, qui se-
quitur auaritiā. Tertium est perditio sui, & suorū. Pro. 1.
D Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iu
dicium. Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in infer-
no. Ecce ipse dominus immediate coniungit mortem diui-
tis, & sepulturam inferni. Quod autem Deus coniūxit, ho-
mo non separet. Quartū est, quòd grauat, & deprimit. Vn
de Gene. 14. Vbi nos habemus, Abraham ascendit de Ae-
gypto diues valde, Alia editio habet grauis vehementer.
Zacha. 5. Iniquitas ei⁹ super caput, &c. Quintum est inqui
natio. Oseæ. 9. Facti sunt abhominabiles, sicut ea, quę dile-
xerunt. Iacob. 1. Religio munda, & immaculata, &c. Ibi.
Glo. Qui temporalia non diligit, immaculatum ab hoc se-
culo se ostendit. Sextum est inflatio superbiæ. Augustin⁹.
Extra plen⁹, intra vacuus, carne crepat, corde mēdicat. Iob
20. Cum saturatus fuerit, arctabitur, & æstuabit, & omnis
dolor irruit super eum. Isa. 7. Requieuit Syria sup Effraim.
Septimum malum est, quia facit hominem mutum. Isa. 57.
Viam manus tuæ inuenisti, prosperam non rogasti. Gre-
gorius. Qui felicitatem quęsitam in terris inuenit, actorē,

A qui tribuit nō requirit. Octauum est, quòd claudit introi-
tum Paradisi. Luc. 16. Quàm difficile est confidentes in pę-
cunijs regnum Dei intrare. Facilius enim, &c. Nonum est
quia est origo, & radix omnium malorum. 1. Thi. 6. Radix
omnium, &c. Eccl. 11. Si fueris diues non eris immunis a pecca
to. Decimum est, q̄ munitionē virtutū destruit. Abac. 1.
Super omnē munitionem ridebit, & cōportabit aggerē, &
capiet eam. Multa alia mala facit, sed hæc modo sufficiant.
Vnde Ver. Sollicitat, turbat, perdit, grauat, inquinat, inflat.
os mutum reddit, Paradisi viam claudit, crimina queque
parit virtutum mœnia frangit. Sequitur. *Et siccauit aquam eius*,
idest temporalem abundantiam, siccandam prædicando
ostendit. 1. Iohan. 2. Transit mundus, & concupiscentia ei⁹,
Iaco. 1. Exortus est sol cum ardore, & arefecit fęnū, & flos
eius, &c. *Vt præparetur via regibus*. i. prædicatoribus ad cor-
da eorum siccata aqua, quæ ipsos non sinebat, prius tran-
sire. Isa. 19. In die illa erit ibi viam de Aegypto in Assyrios,
qui interpretātur dirigētes. Isa. 11. Leuabit dominus manū
B suam super flumen in fortitudinem spiritus sui, et percutiet
eum in septem riuis, ita vt transeant per eum calciati, & erit
via residua populi mei. Sed ne prædicatores hoc sibi attri-
buerent, Iohānes ostendit, vnde fiat hoc. *Ab ortu Solis*, idest a
Christo, qui de stella nasci voluit. i. Maria Psal. Ortus est sol
& quotidie nasci dignatur in cordibus timentium se. Vnde
Mala. in fine. Vobis timentibus nomen meum, &c. Et *vidi
de ore draconis, & de ore bestiæ tres spiritus immundos in modum ranarum*.
Draco, qui est animal sitibundum, significat cupiditatem,
quæ semper sitit, & nunquam potest satiari. Iuxta illud
Eccle. 5. Auarus non impletur pęcunia. Et Prouer. 30. Tria
sunt insatiabilia infernus, & os vuluę, & terra, quæ non sa-
tiatur aqua. *Tres spiritus immundi*, qui de ore eius exeunt sunt
sagacitas in acquirendo, tenacitas in conseruando, proui-
dentia in dispensando. Hę sunt tres dietę, quibus ambulatē
per Niniuē. i. per mundum. Ionę. 3. Niniue erat ciuitas ma-
gna itinere trium dierum. Frequenter autem cōtingit istud
quòd diuites, qui sagaces sunt in acquirendo, & tenaces in
C custodiendo, non habent prouidentiā in dispensando, vel
distribuendo, sed relinquūt illis, qui male expendunt. Vn-
de Ecclesia. 5. Est aliud malum, quod vidi sub sole, & quod
frequentius est apud homines. Vir cui Deus dedit diuitias,
& substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ, ex
omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt
comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit, & ibidē. Est
alia infirmitas pessima: quàm vidi sub sole, diuitiæ conser
uatæ in malum dñi sui pereunt, in afflictione pessima. Per
bestiam significatur superbia, quæ omnia bona vastat. Vn
de Augustinus. Omnis iniquitas in malis operibus exer-
cetur, vt fiant, superbia vero in bonis operibus insidiatur,
vt pereant. De ore eius exeunt. *Tres spiritus immundi*. s. irreue-
rentia maiorum, cōtemptus ęqualium, oppressio minorū.
Hæ sunt tres lanceæ, quibus Ioab. i. inimicus, sic enim in-
terpretatur fodit Absalon i. pacē patris, vt dicitur. 2. Re. 17.
Superbia enim semper aufert, occidit pacem. Prouer. 13. In
ter superbos semper iurgia sunt. Per pseudo prophetam si-
D gnificatur caro, siue carnalis concupiscentia, cuius prophe-
tia monstrata. Roma. 8. Sapientia carnis mors est. *De ore eius
tres spiritus*, qui exeunt, sunt lauticies ciborum, mollicies ve-
stimentorū, segnicies ociorum, hæc sunt tres vnciæ ferri in
lancea Iesbi demob, qui volebat occidere Dauid. 2. Re. 21.
Ibi enim dicitur, deficiēte, Dauid Iesbi demob, qui fuit de
genere Arafa, cuius ferrum astę tres vncias appendebat, et
accinctus erat ense nouo, visus est pcutere Dauid. Iesbi in-
terpretatur mihi: interpretatur etiā ablacerans, & significa
tur carnis concupiscentia, quæ semper est nobis ablacerās
rationem. Vnde Roma. 7. Video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis meę. Tres vncię hastæ, sunt
illa tria, quæ prædiximus. Ensis est adinuentio nouitatis
in saporibus, in vestibus, in lectis, & in alijs, quæ sunt pro-
uocamenta malæ concupiscentiæ. Hæc tria etiam sunt tria
canistra, quæ portabat pistor Pharaonis. Gene. 40. Et om-
nes hi spiritus ranæ comparantur, propter loquacitatem,
& immunditiam. Item tres spiritus immundi, sunt tres
species

species aduocatorum,qui vt ranæ quietem, & pacẽ eccle-
się turbant,qui in aquis diuinarum,& luto deliriarum sem
per viuunt. Quidam enim falsas leges fingunt,per quas ve
ritatem impugnãt. De quibus dicitur Isa.10. Væ, qui con-
dunt leges in iniquitatis,&c.Alij sunt,qui veras leges male
exponendo deprauant,& sic decipiunt, vbi non est bonus
iudex.De quib⁹ dicitur.Isa.9.Disperdat dominus ab Israel
caput,& caudam.i.actorem,& aduocatum,incuruantem,
& deprauantem. Incuruans dicitur actor, qui muneribus
leges male exponendo, aut decurtando deprauat. Tertij
sunt,qui nec falsas allegant:nec veras deprauant, sed per ex
ceptiones dilatorias,& appellationes friuolas causas multi
plicant,& dilatant,& prorogant. Ita,quòd ante,quàm ve-
niatur ad principale procedunt aliquãdo tres,vel quatuor,
vel quinque causæ, quas ipsi per suam astutiam suscitaue-
runt,sine quibus poterat causa principalis bene terminari,
si aduocati voluissent. Sed sicut medico magis gratũ est tẽ-
pus infirmum,quam sanum,quia tũc plus lucratur,ita ad-
uocatis huius plus placet lis, & contentio, quàm pax. De
his dicitur in Psal. Dissipa gentes, quæ bella volunt, & de
omnibus his potest intelligi illud, quòd dictum est supra.
Et manducabunt linguas suas præ dolore in inferno. Qui enim in lin-
gua peccant, in lingua peribunt,atque torquebuntur,sicut
diues epulo. Luc.16.Sap.11. Per quæ peccabit quis,&c. Hi
omnes exeunt de ore draconis, quando causa cupiditatis
aliquo prædictorum modorum aduocando peccant. Itẽ
De ore bestiæ exeunt, quando causa laudis humanę, vel causa su
perbię,quia nolunt aliquo modo vinci,causas iniustas de-
fendunt. Item *De ore pseudo-prophetæ exeunt*, quando ex amore
carnali,hæc faciunt,& ad hæc facienda dæmones eos inci-
tant,quibus displicet pax,& concordia. Vnde sequitur. *Sunt
enim spiritus dæmoniorum*: tales aduocati.i.dæmonibus inspira-
ti.Sicut enim spiritus sanctus inspirat prædicatores suos,&
in eis loquitur, vt dicitur Matt.10. Sic spiritus malignus in-
spirat malos aduocatos,& per eos loquitur,cum causas in-
iustas defendunt. Vnde minatur dominus.Isa.19. Disrum-
petur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consilium ei⁹
præcipitabo,facientes signa,quòd vellẽt pacem, & postea
exterius,& interius,in occulto turbant negocium,& impe
diunt pacem. Vnde Psal. Loquuntur pacem cum proximo
suo,&c. Vnde sequitur. *Et procedunt ad reges totius terræ*,tam se-
culares,quàm ecclesiasticos. *Congregare illos in prælium*,vnum
contra alium,litis seminarium,aliquid proponendo.Eccl.
28. Verbum nequam immutabit cor. Ex quo partes qua-
tuor oriuntur. Bonum,& malum: vita,& mors, & domi-
natrix illorum est assidua lingua. De qua iterum eodem li-
bro.28.Bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacẽ
habentes. Tertia lingua multos commouit,& dispersit il-
los de gente,in gentem,&c. *Qui respicit illam non habebit requiem,
nec habebit amicum,in quo requiescat*. Ex ista autem lite frequenter
incurrit odium,& rancorem perpetuum,pars vtraq; adin-
uicem,& ex odio incurrunt damnationem æternam. Vnde
sequitur. *Ad diem magnum Dei omnipotentis* .i.ad diẽ iudicij. Quo-
niam omnes illi,propter odium damnabuntur,nisi pęnitue
rint. Tunc aduocatus, qui seminauit litem non poterit eos
iuuare,immo,& ipse nisi pęnituerit damnabitur,cum illis.
Iere.12.Congrega eos,sicut gentes ad victimam. Iob.21.In
diem perditionis malus seruat, & in diem furoris ducet.
Tempus iudicij,dicitur dies, quia omnia secreta erunt ibi
manifesta.Dan.7.Cõsiliũ sedit,& libri aperti sunt.1.Cor.4
Nolite ante tẽpus iudicare, quoadusque veniat dñs, & illu
minabit abscondita cordiũ. Item dicit. *Magnum*, quia ma-
gna ibi fient. Quia bonis omnibus æterna gaudia dabun-
tur, quæ magna sunt, & reprobis omnibus æterna sup-
plicia tradentur. Quæ iterum magna sunt. Psalm. Qui fa-
cis mirabilia magna. Item dicitur *Dei*,quia nihil iudicem
latebit. Hebr.4. Omnia nuda,& aperta sunt ante oculos iu-
dicis,&c. Item dicitur *Omnipotentis*, esse, quia nullus pote-
rit effugere, vel resistere. Psal. Quo ibo a spiritu tuo, &c.
Et ecce. Hic ostenditur confirmatio pęnæ eorum,quasi di-
cat. Bene dico,quòd ad diem iudicij ducentur,qui cito erit.
Vnde sequitur. *Et ecce venit sicut fur*.i.cito, & ex improuiso,

E & ideo sequitur. *Beatus, qui vigilat*, in sui custodia. Ne cadat
in diaboli retiacula. Et *custodit vestimenta sua*.i. opera sua, vel
virtutes suas a macula peccati, vel perditione. *Ne nudus am-
bulet* ad iudicium sine veste nuptiali. Et *videãt turpitudinẽ eius*,
idest peccata sua. Naum.3. Reuelabo pudenda tua in facie
tua,& ostendam gentibus nuditatem tuam. Et dicit. *Custo-
dit*, non dissipat,sicut filius prodigus, qui omnia bona sua
dissipauit viuendo luxuriose,cũ meretricibus. Luc.15. Ideo
dicit Eccle.9. Omni tempore vestimenta tua sint candida,
& oleum de capite tuo non deficiat. Osee.2. Auferat forni-
cationes suas a facie sua,& adulteria sua de medio vberum
suorum,& postea subdit,nunc reuelabo stultitiam eius in
oculis amatorum eius. Quid autem facturus sit diabolus,
per illos,qui *Procedũt ad Reges totius terræ*. Iohannes dicens. *Con-
gregabit*.i. congregabit *illos* .s. reges terræ. *In locum, qui vocatur
Hebraice Armageddon* .i. mons furum, per quem significatur ec
clesia. Quæ re vera mons est, propter eminentiã virtutũ in
qua sita est. Sed fures plurimi habitant in ea, qui bona pau
F perũ furant,& dant parentibus suis, vel sibi thesaurizant.
Vnde Isa.1. Quõ facta est meretrix ciuitas fidelis.i.habitãs
in ea. Nunc autẽ homicidæ, principes tui, infideles socij fu-
rũ. Itẽ.5. Vos depasti estis vinea meã, et rapina pauperũ in
domo, vestra est. Ibi. Glo. Ieron. Principes quoq; nostri cũ
pauperes peccãtes publice arguant, et confundant diuitib⁹
peiora peccantibus, nec nutum faciunt, in quorum domo
rapina pauperum est, dum opes ecclesiæ sibi thesaurizãt,
et ea quę dantur ad sustentationem pauperũ sibi vsurpant,
vel suis propinquis distribuunt,& in delitijs abutuntur,&
alienarum inopias suas, vel suorum diuitias faciũt. Ad hoc
laborat diabol⁹: vt tales fures super montẽ ecclesiæ statuat,
res eius quis pauperum, vel sibi retineant, vel parentibus
distribuant: tales sunt omnes qui se ingerũt. Vnde Iohã.10.
Omnes quoquot venerunt, fures sunt:& latrones. Sequitur.
Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem.i. septimo loco cõ-
tra accidiam prædicant: queãdmodum aere agitati huc, et
illuc circa illicita peruagãtur: quia omnem creaturam re-
G prehendendam ostendit, quæ præceptum domini sine in-
termissione continue peragit, licet modicam remunera-
tionem expectet: vt patet in sole, qui omni die de Orien-
te venit in Occidentem,& omni nocte redit ad Orientem
& quantumcunque laborabit vno die, summo tamen
mane sine murmuratione surgit alio die: & tamen non ex-
pectat talem remunerationem ex sua diligentia: vel talem
pęnam ex sua negligentia, qualem homo, & hoc respexit,
Augustinus quando dixit. Indecens est Christiano, si radi⁹
solis in lecto inueniat eum. Ad hoc etiam respectũ habuit
Salomon: quando mittit hominem ad formicam erudien-
dum ab ea. Prouer.6. Vade (inquit) ad formicam, &c. Et
sunt quinque in hac auctoritate, quæ satis possunt confun-
dere pigritiam hominum. Primum est paruitas formicę
quam Salamon ponit homini magistram, quod satis eru-
bescibile est. Vnde Versi. Pudeat ab exiguis animalibus nõ
trahere mores. Secundum est: quòd considerat vias eius,
non viam. Vias enim vocat discursus: quos facit pro vno
H grano colligendo: pro quo pluries vadit longe a domo. Vn
de satis possunt confundi quidam qui grauantur semel in
septimana venire ad ecclesiam, ad requirendum verum ci-
bum animæ. Tertium est: quod dicitur formica non habe
re ducem: cuius sequatur exemplum, nec præceptorẽ, cui⁹
verbo erudiatur, nec principem, qui remuneret benefacien-
tem, vel puniat negligentem. Homo tamen hæc omnia ha-
bet,& adhuc pigrescit miser. Quartum est, quòd formica
purum granum eligit: quo pascatur,& homo miser pascit
spurcitia peccatorum alienorum. Prouer.15. Os stultorum
pascitur in peritia. Quintum est, quòd formica onus por-
tat, aliquando maius se, & homo modicam pęnitentiam,
non potest portare,& licet hoc vitium reputetur a paucis,
tamen multa mala facit. Primo retrahit a bono. Vnde Pro
uerb.15. Iter pigrorum quasi sepis spinarum, quæ claudit
viam ad procedendum, sic pigritia ad proficiendum. Sene
ca. Turpissima iactura est, quæ per negligentiam fit. Se-
cundo bona facta dissipat. Prouer.18. Qui mollis, & disso-
lutus

lutus est in opere suo frater est sua, opera dissipantis. Tertio mala vitia nutrit. Prouer. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerāt vrticæ, &c. Quarto damnat hominem. i. causa damnationis, sicut alia vitia, licet non videatur multis. Prouer. 11. Manus in manum non erit innocens malus. Luc. 19. Serue male, et piger sciebas quòd homo austerus sum, &c. Matth. 25. Et additur in fine inutilem seruum eice. Quintum malum est, quòd occidit viuum. Prouer. 21. Desideria occidunt pigrum. Noluerunt enim quicquam operari manus eius. Eccle. 22. In lapide luteo lapis datus est piger. Sextum malū est præsumptio, quia cum nihil faciat, tamen videtur sibi, quòd melius faciat quàm alijs. Prouerb. 28. Sapientior sibi videtur piger septem viris loquentibus sermones. Septimum malum est, quòd facit egere. Prouerb. 10. Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Item in eadem. 21. Cogitationes robusti, semper in abundantia. Omnes autem pigri semper in egestate sunt. Octauum, est quòd facit varia, & quandoq; contraria velle. Prouer. 13. Vult, & non vult piger anima autem operantium impinguabitur. Nonum est, quòd inducit soporem. Prouer. 19. Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. Et. 6. Vsquequo piger dormis, quando consurges a somno tuo. Decimum est, quia etiam mendicum facit. Prouer. 20. Piger, propter frigus arare noluit, &c. Vndecimum malum est, quia facit hominem luxuriosum. Vnde quæritur egistus, quare sit factus adulter. In promptu causa est desidiosus erat. Exēplū habemus de David. 2. Re. 11. Qui quādiu cum alijs se exercitauit in bello, non cecidit in peccatum luxuriæ, quando vero mansit in palatio ociosus, cecidit in adulterum. Eze. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, & abundantia panis, & ociū. Duodecimum malum est torpor, siue tedium boni. Vnde Pro. 26. Sicut hostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Item in eodem. Abscondit piger manus sub assella sua, & laborat, sed ad os suum conuertit eas. Terciumdecimum malum est, quia reddit hominem timidum. Vnde Prouer. 18. Pigrum deicit timor, animæ autem effœminatorum esurient. Quartumdecimum malū est, quia facit hominem prophetare malum, & dubia interpretari in peius. Vnde Prouerbio. 22. Dicit piger leo est foris in medio platearum, occidendus sum. Idem. 26. Vulgo dicitur seruus piger est propheta. Ier. Malum est, quia facit hominem maledictum a Deo, & hominibus. Vnde Iere. 48. Maledictus, qui opus Dei facit negligēter, & hæc mala accidia possunt his versibus contineri. Damnificat, bona dissipat, & mala nutrit. Damnat, & occidit, consumit, reddit egentem. Multiuolum sopidc, mendicum, luxuriosum. Torpentē, timidū, vatem simul, & maledictum sequatur. Et *exiuit vox magna de Tēplo* .i. exhortatio, & comminatio magna sanctorum contra septem prædicta vitia. *vox*, dico, exiens a throno: i. a doctoribus, qui ex officio sedent in throno, idest cathedra magistrali. *Dicēs factum est* .i. consummata est malitia mundi, vt veniat finis eius. Gene. 6. Finis vniuersæ carnis venit coram me. Et *facta sunt fulgura miraculorū, & voces* exhortationum. Et *tonitrua*, & comminationum. Et *terræmotus factus est magnus* .s. conuersio peccatorum multorum. Psal. Illuxerūt coruscationes tuæ orbi terræ, &c. *Qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram*. Talis terræmotus sic magnus. Respicit hoc tempus præsens, in quo multi ad prædicationem modernorum prædicatorum sunt conuersi ad fidem, & pœnitentiam. Nam de solis Cumanis conuersi sunt ad fidem, & baptizati in duobus, vel tribus annis, & in modico tempore plusquam centum millia. Multi etiam de Georgianis, etiam de Barberia. Multi de Africa. Multi hæretici, & quamplures de alijs partibus mundi. Nam per gratiam Dei ferè ad omnes prædicatur modo euangelium domini nostri Iesu Christi, potest etiam respicere hoc tempus competenter Antichristi, quando ad prædicationem Eliæ, & Enoc multi de Iudæis conuertentur ad fidē Christi, vt dicit Malach. in fine. Sequitur. Et *facta est ciuitas magna in tres partes*, idest mundus diuisus est in tres partes .s. in concupiscen-

A tia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ. 1. Io. 2. Omne quòd est in mundo, est cōcupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbiæ vitæ. Vel *tres partes*, dicit tria genera reproborum, qui sunt in mundo. s. Iudæi, Gentiles, & Hæretici: de quibus constat, quòd damnati sunt, si in illo statu decedunt. Iohā. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Item *in tres partes*, dicit, propter tres modos peccādi; per impotentiam, per malitiam, per ignorantiam. Item *tres* partes sunt relicti in agro, in lecto, & in mola. Sicut dr̄ Mat. 24. Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur, &c. Item mali omnes dicuntur tres partes, quia peccāt in Deū, in se, & in proximum. Item peccant corde, ore, & opere. Zach. 13. Erunt in omni terra, sicut domus duæ partes, et dispergentur, & deficiēt, & tertia pars derelinquetur in ea, & ducam tertiā partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum, & ciuitas gentium. i. congregatores malorum. Primo in peccatum. Secundo in infernum. Psal. Ibi ceciderunt omnes, qui oderantur iniquitatem. Psal. Ci-

B uitates eorum destruxisti. Et *Babylon magna venit in memoriam ante dominū, dare ei calicem indignationis iræ eius*. Babylon magna, est vniuersitas malorum in confusione vitiorum versantium. *Venit in memoriam ante Deum* .i. Deus recordatus est singula peccata eorum, quorum videbatur prius oblitus. In præsenti enim expectans ad pœnitentiam dissimulare, & obliuisci videbatur, quæ in fine mundi reducet ad memoriam, dum inferet vindictam. Deus enim omnibus malis, quorū peccatorum hic videtur oblitus esse, quia nō punit, reddet pœnam iuxta mensuram culpæ eorum, & sic per effectū ostēdet, quòd non est oblitus peccatorum ipsorum. Vnde Isa. 27. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit iudicabit eam. Item Isa. 51. Bibisti de manu domini calicem iræ eius, vsque ad fundum calicis bibisti, & potasti, vsque ad fęces, & vide pœnam reproborum nominat per calicem vini, ad nondum, quòd desperata est plagá eorum. Sicut signum est, quòd infirmitas sit desperata, quando vinū datur infirmo febre laboranti acuta. Vel nominat calicem

C pœnam reproborum, ad significandum, quòd dat malis pœnam mensuratam, pro delectationibus, quas habuerūt in mundo, & dicitur pœna *Calix indignationis iræ eius*, quasi quę procedit ab illo indignante, & irato, vel quòd propinat indignans, & iratus Deus, & quia boni nequaquam damnationis impiorum erunt participes subditur. Et *omnis insula*, idest ecclesia siue congregatio sanctorum, & persecutionū fluctibus vndique agitata, & persecutionum amaritudinē afflicta, sed non a loco suo mota. *Fugit*, hanc vindictam. Vel *Fugit* de Babylone. i. malorum societate ne cum eis inuolueretur in culpa, & pœna, Isa. 52. Recedite, recedite, exite inde, pollutū nolite tangere, exite de medio eius. s. Babylonis, mundamini, qui fertis vasa domini, quia non in tumultu exhibitis, nec in fuga properabitis. Et *mōtes* .i. eminentes, in virtutibus. *Nō sunt inuēti* in culpa, & non erunt in pœna. Iuxta illud. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit. Vel *Nō sunt inuēti*, in consortio pereuntium, quia alieni inuenti sunt a consensu malorum, vi-

D tantes consortia eorum quorum pœnam describens ait. Et *grādo*. Item *Mōtes* vocat sanctos, propter vitæ altitudinem, & constantiæ stabilitatem. & primo recipiunt lumen solis & postea diffundunt ad valles. Vnde Psal. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Item Psalm. Suscipiant montes pacem populo. Quare autem non sunt inuenti in culpa subdit. Psal. Super montes stabunt aquæ tribulationum, vel lachrymarum, vel doctrinarum, vel gratiarum, quæ omnes inundant, & lauant maculam peccatorum, et ideo *Grādo magna* .i. pœna æterna, quæ descendit. *sicut talētum*, idest ponderosa, & mensurata. *Descēdit* .i. descendet *De cœlo*, idest a Christo. *In homines* .i. in omnes qui humum sapiunt. Et nota tria genera talentorum: magnum, medium, & minus. Magnum est centum, & viginti librarum. Medium est octagintaduo librarū. Minus. Vel de medio loquitur hic Iohānes, vt dicit Glo. Quia peccatores in septuaginta duobus linguis, non effugient hanc vindictam. Et *blasphemauerūt homines*, sicut grandinati, dicunt, qui eos, sic grandinant,

propter

propter *Plagam grandinis* .i. quia tantam pœnam eis inflixit. In inferno enim positi, quamuis sciant se pro merito puniri dolebunt tamen, quòd Deus tantam potentiã habeat, q̃ eis plagas inferat, & hæc est blasphemia. Vnde sequitur. *Quoniã magna facta est vehementer. Magna* quidẽ, quia ęterna, quia acerba, quia varia. Iere. 30. Plaga inimici percussi te castigatione crudeli, propter multitudinẽ iniquitatis tuę, & ,pp peccata tua dura. Hic dicit Glo. Quod mali in inferno positi blasphemabũt, quamuis sciãt se pro merito puniri, sicut dictũ est supra. Idem dicitur Eze. 31. Descenderunt ad infernũ cum armis suis. Glo. i. cum supra rebellantibus, sed cum rebellione peccatum, cuius pœna erit in inferno. Treno. 4. Completa est iniquitas tua filia Sion Ibi Glo. Cum iniquitas facto iudicio cessauerit, & requies data fuerit, amplius mitigatio non erit, ergo in inferno non peccatur? Soluno. Inuidia, odium, rancor, blasphemia erunt in inferno, sicut dicit Glo. Sed non erunt meritoria, siue demeritoria, sed tantum afflictiua. Vnde inquantum pœnę sunt, non inquantum erunt ibi.

CAPVT XVII.

ET venit vnus de septem angelis qui habebãt septem phialas, & locutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiã coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide precioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis suæ, & in fronte eius nomẽ scriptum mysterium; Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu.

ET *venit vnus de septem angelis*. Hæc est secunda pars visionis, in qua ostendit causam damnationis malorum sub figura mulieris meretricis, cuius ponitur hic descriptio imaginaria, hoc ordine procedens. Primo ponitur ipsius mulieris descriptio. Secundo ponitur intellectualis expositio, ibi. Et *miratus sum*. In hac descriptione mulieris significat angelũ. Quintum scilicet locum, siue sedem mulieris, habitum, officium, nomen, affectum. Ex prædictis, iam patet diuisio capituli, quia duas habet tantum partes. In prima ponitur descriptio mulieris imaginaria. In secunda intellectualis expositio, ibi. Et *miratus sum*, vel aliter descriptis plagis, quas inferent prædicatores tempore Antichristi, & damnatione æterna, qua inde patientur impij, monet Iohannes, attendere causas ipsius damnationis, quasi dicat ostende nobis, quid in futuro fiet, modo caueturi in præsenti, quia idem diximus, quòd tunc aperte sicut leo decipiet, nunc occulte persequitur, sicut draco, & ad eandem metito occulte ducit. Dicit ergo. Et *venit* per visionem, per intelligentiam. *Vnus de septem angelis, qui habebat septem phialas* .i. vniuersitas prædicatorum, quorum officium est denuntiare plagas malorum, & dicuntur vnus, quia vnum finem habent, & vnum prædicant omnes, et ab vno mittuntur omnes. Ephe. 4. vnus dominus, vna fides, vnũ baptismum. Et nota, quòd angelus hic habet partem docentis, idest dicentis. Et *locutus est mecum*. Non solum mihi, sed mecum, quia Iohannes loquebatur per desiderium, & angelus per inspirationem, siue per reuelationem. *Dicens* interius in corde, sine strepitu sonitus exterioris *Veni*. i. intellectum tuum applica, ad intelligendum. Et *ostendam tibi*, desideranti *Damnationem*. .i. causam damna-

E tionis. *Meretricis magnæ*. i. vanitatis mundanæ ciuitatis Romanę, peccatricis animę, vel Antichristianę fallaciæ vnaqueq; istarum dicitur meretrix. Quia relicto vero sponso fornicatur cum diabolo, per peccatum cum mundo, per amorem illicitum. *Magna*, autem dicitur, propter multitudinẽ, & magnitudinem fornicantium. Vnde sequitur. *Quæ sedet*, vt domina. *Super aquas multas*. i. super populos multos, quos attrahit ad se cupiditate, & luxuria. Vnde dominus ad Iob. Virtus eius in lumbis eius, quando viros quorum seminarium in lumbis est, decipit, & in vmbilico, dum mulieres quorũ semen est in vmbilico decipit. Vnde Eze. 16. ad Ierusalem: quasi meretricem dicit. In die ortus tui, non est precisus vmbilicus tuus. i. hoc tempore seculi, tuam luxuriam, non refrenasti. Dicuntur autem populi aquæ, quia sicut aquæ continuæ, & decursim defluunt, sic populi p morte transeunt. Vnde. 2. Reg. 13. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur. Vnde Beatus Bernardus loquens ad diabolum, dicit. O nequam, vbi est illa sententia, nequaquam mo-

F riemini, ecce omnes morimur. Super has aquas sedet mundana vanitas, quia fere oẽs subiecti sunt vanitati mũdanæ. Eccle. Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi. & nihil permanere sub Sole. Psal. Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Iere. 2. Ambulabunt post vanitatem, & vani facti sunt. Ideo clamat propheta filij inclyti, vsquequo graui corde, vsquequo ignominiose diligitis vanitatem, &c. Item *Super aquas* sedit olim, & adhuc pro parte sedet Romana ciuitas, quæ omnibus dominatur, quæ tamen meretrix appellatur. Isa. primo. Quomodo facta est meretrix filia. Ezech. 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu aũt dedisti mercedem amatoribus tuis, & donasti eis, vt intrarent ad te. Item Antichristiana fallacia. *Super aquas* sedebit, quia dominium vniuersale fere super oẽs gentes habebit, & ideo *sedet super multas*, in quibus iam comparat & regnat. Vnde. 2. The. 2. Nũc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitas, et. 1. Io. Filioli mei nouissima hora est, et sicut audiui-

G stis Antichristus venit, & nunc multi Antichristi facti sunt. *Cum qua meretrice*. i. mundi vanitate. *Fornicati sunt reges terræ*. i. maiores seculi, plus amantes seculi vanitatem, quàm Deum. Vnde Iere. 2. quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt se a me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt, & non dixerunt vbi est Deus. Si autem nomine meretricis Romana ciuitas accipiatur, tunc est sensus. *Cum qua* .i. ad exemplum eius. *Fornicati sunt reges terræ*. Laborẽ, & studiũ, & amorem suũ totaliter cuncta tẽporalia expendendo, quem debent circa seruitium, & cultum Dei expendere, ad quod facti sunt. Ecclesi. Nihil iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim, & animam. s. venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Si vero meretrix accipitur Antichristi fallacia, tunc est sensus. *Cum qua fornicati sunt reges terræ*. i. principes mundi, Deum relinquendo, & ipsi seruiendo, & obediendo, & honorẽ quem Christo debent ei impendendo. Iohan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me, si alius venerit in nomi

H ne suo. s. Antichristus, vt dicit Glo. Illum accipietis. Regibus autẽ fornicantibus, qui se, & alios regere deberent, fit supra modum peccatum, quando illi, qui alios deberent regere, semetipsos sceleribus studẽt fedare. Et *inebriati sunt*. i. extra briam facti sunt. Nã sicut ebrius nihil timet, sic terrenis cupiditatibus excęcati, nec Deum diligunt, nec futuras pęnas metuunt. *Qui. s. inhabitãt terram* .i. qui terrena plusquam cęlestia curant. *De vino prostitutionis* eius. i. carnali delectatione seu terrenorũ amore, qui multos ita inebriat, vt sicut ebrij nihil timent, nec sentiunt, ita ipsi, qui immoderato terrenis amore inherent, nec pęnas timeant, nec flagella comminationis sentiant. Isa. 28. Hi pro vino nescierunt, præ ebrietate errauerunt, sacerdotes, & prophetæ nescierunt, præ ebrietate absorpti sunt a vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Prouer. 23. Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius, ingreditur blande, vna præbenda post aliam, sed in nouissimo mordet, vt coluber, & sicut regulus venena diffundet,

fundet, oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa, & erit sicut dormiens in medio maris, & quasi sopitus gubernator, amisso clauo, & dices, verberauerũt me, & non dolui, traxerunt me, & non sensi, quando euigilabo, & rursus vitã reperiam. Vel *De vino prostitutionis* .i. exẽplo manifestę fornicationis, vt dicit Glo. In quo tangitur corruptela, quæ prouenit de exemplo maiorum, quos minores imitari semper volunt. Iuxta illud Regis ad exemplum totus componitur orbis. Et ideo multi pereunt. Vnde Seneca, Nullum hodie malum est, quàm quòd innuitur ad exemplum, & gl. Nequam velut sobrij pensant, pondus mali, qđ operatur. Et *abstulit me* .i. subtulit angelus, ad sublimiora videndo. *In desertum* .i. reprobos a Deo desertos, vel ad cõtẽplanda reproborũ corda, quæ sunt a Deo deserta *in spiritu* .i. spirituali visione, hoc est illuminauit me spirituali luce. Ad videnda, & cognoscenda corda reproborum, quos Deus deseruit, quia ipsi prius deseruerũt. Vnde Augustinus. Vel Dionysius. Benignissimus Iesus vltimus est in recessu, & primus in reditu. Et *vidi*, sic ablatus a spiritu, quia talia corporeis oculis videri non possunt. *Mulierem* .i. omnium mundanorum vniuersitatem, quæ dicitur mulier, propter vitæ mollitiem, & fallendi facilitatem. Isa. 19. In die illa erit Aegyptus .i. mundus, quasi mulier, sedens. *Super bestiam* .i. nutantem, & quiescentem, super Antichristum, vel diabolum. *Coccinea* .i. sanguineam, q̃ dicitur propter sanguinis effusionem nimiam, quam faciet Antichristus diabolo suggerente. Eze. facit conclusionem, quia terra plena est iudicio sanguinis, & ciuitas plena iniquitate. Vel *super bestiã coccineam* .i. diabolũ, qui est sanguineus, & in se, & in suis, quia sui complices sanguinẽ sanctorum fuderunt. Vnde manus vestrę sanguine plenæ sunt *super bestiam coccineam* sedent, qui scripturam male intelligunt, & alios male intelligere faciũt. Vnde qui nimis emungit, elicit sanguinem. *Plenam nominibus blasphemiæ* Hoc dicit Iohannes, quia omnia quę faciet Antichristus, & dicet, & similiter sui, blasphemia erunt, & tamen dicet illa nõ displicere Deo, sed placere, quia est maxima blasphemia. Item hoc dicit quia multa nomina habebit, quæ prima facie innuent ipsum esse Christum, vt dictum est supra 13. Capitulo. *Habentem capita septem*, vitia capitalia. Vel quinque sensus, & postea errorem, & tandem Antichristum, per quæ septem diabolus adducet homines ad peccandum. *Et cornua decem* .i. decem regna. Quæ erũt tempore Antichristi, subiecta sibi. Item vniuersa regna mundi, diabolum impugnantia. *Et mulier circundata erat purpura* .i. Omnium gloria decorata. *Mulier*, vt diximus dicuntur omnes mali illius temporis, propter vitæ mollitiem, & seducendi facilitatem, quia ipsi habiles erunt ad seducendũ, actiue, & passiue. Naum vltimo. Omnes munitiones tuæ, sicut ficus cum grossis suis, cum concussæ fuerint, cadent in os comedentis, ecce populus tuus mulieres in medio tui. Vel *Purpura* .i. regali veste, quia mali dicent se reges esse, & regale sacerdotium habere, & se student gloria diuitiꝫ, et ornamentis huius seculi, vt bonos decipiãt decorare. De quibus. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. *Et coccino* .i. sanguine sanctorum, quos occidẽt, sibi acquiescere non volentes. *Et inaurata auro* sanctitatis, & sapientiæ figmento. Fingent enim se sanctos, & sapientes esse, vt videantur quasi diuina illuminari sapientia, vel mũdana, quæ secularibus pretiosa, & aurea apparebit. Et *lapide pretioso* .i. simulata virtutum soliditate. Vel *Lapide pretioso*, carbunculo. s. ex eo, quòd dicent, se fidem Christi, & charitatem habere. *Margaritis* .i. moribus pretiosis: vel sicut Glo. *Mulier erit circundata purpura*, qua vtuntur reges: vt decipiant liberius. Per *Coccinum* vero significatur simulata compassio miserorum, quàm fingent se habere, cum tamen sint interius lupi rapaces, propter quos dicit dominus. Matth. 7. Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Per *Aurum* vero significatur sapientia diuina, quàm se habere mentiuntur. Per *Lapidem pretiosum*, sapientiã, quam iterum prætendent exterius, cum tamen nõ habeant illã. Per *Margaritas*, diuersę significantur virtutes, quas se habere iactabũt mendaciter. Per hæc etiam signãt

A affluẽtia diuitiarum, quam in virtute habebũt, & ideo plurimos seducent, & peruertent. Vnde Matth. 24. Multi venient in nomine meo dicentes, quia ego sum Christus, & multos seducent, habebunt auctoritates scripturæ, ad manum, & ideo facilius credetur eis. Vnde sequitur. *Habens poculum aureum* .i. diuinam scripturam, qua potantur fideles ad salutem. *In manu sua* .i. in potestate sua, quia exponent, eã sicut voluerint, quia nullus contradicet eis, & siquis contradicet morietur statim occisus. Vel *In manu* .i. in operatione manifesta, vt alios inebriet, & ad culpam trahat, suęque damnationis participes faciat. *Plenum abhominatione* .i. errore, & falsitate secundum eorum expositionem. Vel *Plenum abhominatione* .i. abhominabili cultura, & delectatione illicitę voluptatis. Et *immũditia fornicationis eius* .i. immunda fornicatione: tam mentis, quàm corporis quam docebunt illam, quę mentis est docebunt aperte, aliam docebunt occulte. Quæ enim in occulto fiunt ab eis turpe est etiã dicere, & quamuis tales sint, ita aperti simulationibus, tamen poterunt B agnosci a fidelibus, quia habebunt signum aliquod manifestum electi, sed apertum reprobis. Vnde sequitur. Et *in fronte eius nomen scriptum* .i. in aperto erit malitia eorum obstinata. Per *Frontem* enim manifestatio. Per *scriptum* obstinatio. Per *Nomen* malitia eorum designatur. Sed quia ista malitia erit reprobis occulta, quia reputabunt illos sanctos, & bonos corrupti muneribus, decepti rationibus, allecti blanditijs, tracti minis, ideo additur. *Mysterium* .i. occultum siue secretum, quo ad reprobos intellige. Item *Mysterium* dicitur, quia multa simulatione erit velata eorum malitia: tamen cognosci poterit ab electis, quorum oculis reuelabit Deus. Sed reprobi in sua cęcitate manebunt suis peccatis exigentibus. Vnde Isa. 6. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videant oculis suis, & auribus suis audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Pars autem illius mysterij erit malum exemplum magnatum, quibus maxima multitudo hominum coniungetur. Iuxta illud Dan. 13. Iniquitas egressa est de C Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum, & hæc est *Babylõ magna* .i. magnatorum concertatio confusa. *Mater fornicationum, & abhominationũ terræ*. Glo. Dãdo exemplum faciendi peccata. Oseæ. 5. Audite sacerdotes, & attẽdite domus Israel, et domus regis auscultate, quia vobiscum iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rethe expansum super calore, qui Interpretatur lumen veniens. Vnde autem venire deberet lumen, inde venit fumus. Vnde Gregorius. Cum pastor ꝑ abrupta vitiorum graditur, necesse est vt in pręcipitium grex sequatur. Sequitur. *Et vidi mulierem* .i. mundanam vanitatem, rigorem virtutum emollientẽ. Vel *Mulierem* .i. malorum congregationem mollia diligentem, nihil vigoris habentem. *Ebriam de sanguine sanctorum* .i. sitientem mortem sanctorum, & in parte repletã. Et *sanguine martyrum Iesu* .i. illorũ, qui sancto amore testificantur Iesum esse filium Dei, & dominum suum. Itẽ per sanctos possunt accipi illi, qui ante aduentũ Christi fuerunt occisi, vt Abel, Zacharias filius Barachiæ, & multi alij. D De quibus dicitur. 4. Reg. 21. Sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis: donec impleretur Ierusalem vsq; ad os. Matth. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ex illis occidetis, & crucifigetis: vt veniat super vos omnis sanguis, &c. Per *martyres Iesu* accipiuntur sancti, qui post aduentum Christi, propter fidem eius, et testimoniũ sunt occisi vt Stephanus, Iacobus, Petrus, Paulus, Laurentius, & multi alij. De quib⁹ dicitur Hæb. 11. Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt. Et bene dicitur *Ebria mulier de sanguine illorum*. Quia sicut cum corpus biberit, et nullam habet necessitatem bibendi, tamen appetitum non dimittit, sic mali, & si multos occiderunt, nec causam occidendi habeãt tamen desiderium habent.

Et miratus sum cum viderem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus. Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, et bestiæ, quæ portat eam, quæ

habet capita septem, & cornua decem. Bestia quam vidisti, fuit, & non est, ascensura est de abysso, & in interitũ ibit, et mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ a constitutione mundi) videntes bestiam, quæ erat, & non est. Et hic est sensus, qui habet sapientiam septem capita: septem mõtes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit, & cum venerit, oportet illum breue tempus manere. Et bestia quæ erat, & nõ est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitũ vadit. & decem cornua, quæ vidisti: decem reges sunt, qui regnũ nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient post bestiam. Hi vnum consilium habent, & virtutem, & potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos, quoniam dominus dominorum est, & rex regum, et qui cum illo sunt vocati: & electi, & fideles. Et dixit mihi. Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet. populi sunt, & gentes, & linguæ. Et decem cornua, quæ vidisti in bestia. Hi odiẽt fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, et carnes eius mãducabunt, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestiæ, donec consumentur verba Dei. Et mulier quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnũ super reges terræ.

. *Et miratus sum.* Secunda pars capituli, vbi ponitur intellectualis expositio imaginariæ visionis, superius positæ. Vnde hic ostenditur Iohanni dãnatio meretricis magnæ, qua visa dicit se mirari Iohannes, propter magnitudinem damnationis, & improuisionem. Sed queritur quare miratur Iohannes, cum ipse sciat causam damnationis meretricis? Solutio. Causam re vera sciebat, & ꝙ esset digna *Meretrix magna damnatione*, tamen ꝙ tanta esset pęna eius nesciebat. Vel potest dici sicut Glo. quòd. s. Iohannes loquebatur hic, in persona illorum, qui cum vident, hic in mundo malos exaltari, & prosperari, mirantur, cum audiunt pęnas quas ipsis Deus minatur, & cum ita sint puniẽdi, quare Deus ita permittit exaltari eos. Sed per hoc debent intelligere iustam damnationem esse eorum, qui de bonis sibi collatis a Deo, ipsum impugnauerunt Deum. Iuxta illud. Iacob. 1. Omne gaudiũ existimate fratres, &c. Dicit Glo. Ne indignemini si mali in mundo floreant, & vos patiamini, quia non est Christianæ religionis, in temporalibus exaltari, sed potius deprimi. Mali nihil habent in cęlo, & nos nihil in mundo, ideo, quicquid in via accidit spe illius, ad quod tenditis gaudere debetis, Eandem admirationem habebat. Iere. 12. loquens similiter, in persona talium. Quare, inquit, via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricãtur & inique agunt? Abacuch. 1. Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se. Dicit ergo Iohannes. *Et admiratus sum cum viderẽ*, primo. *illam*, meretricem, & postea sic conculcatã. *Admiratione magna* de tam subita, & mira mutatione. Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatę salutis. Et *dixit mihi angelus, quare miraris?* quasi dicat. Si attẽtius inuestigares, sine admiratione cognosceres, quòd iusto Dei iudicio punient̃ eternaliter impñ, qui hic permittũtur temporaliter prosperari, sed quæ iustitia est, vt peccatum temporale puniatur pęna æterna? Gregorius. Quia homo peccauit in suo æterno, ideo Deus puniet ipsum in suo æterno. Vnde quia homo noluit facere finem suo peccato, nec Deus faciet finem suo supplicio, quod præparauit peccato, sed quæ est adhuc iustitia hęc, cum æternum Dei finem non habeat, & æternum hominis finem habeat? Solutio. Ideo peccatum, quòd per pęnitentiam, non est deletum, punietur pęna æterna,

E quia offendit iudicem æternũ. Quantitas enim offensę, attendenda est ex parte offensi. Quia quãto offensus dignior est, tanto offensa grauior est. Nota etiam, quód pęna inflicta, digna nõ est admiratione, sed potius culpa. Non enim mirũ est si Deus æternus, pro offensa sui pęnam æternam infligit. Sed illud mirandum est, quomodo creatura audet offendere creatorem. Vnde Isa. 13. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Non miratur Isa. pęnã, sed casum siue culpam. Similiter Tren. 1 Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? &c. Et in eodem quarto. Filij Sion inclyti, amicti auro puro, quomodo reputati sunt in vasa testea? Sequitur. *Tibi dicam* .i. aperte exponam. *Sacramẽtum mulieris, & bestiæ, quæ portat eam.* s. mulierem, *Quæ habet capita septem, & cornua decem.* Hæc mulier est reproborum collectio, per mollitiẽ vitæ, & artem fallendi. De quo Pro 5. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, & verba suauia. Nouissima autem illius amara quasi absinthyum. *Bestia*, portans mulierem est An-
F tichristus siue diabolus, qui portat reprobos de peccato in peccatum, & postea in infernum. Vnde & angelus dicit: *Bestia quam vidisti*. Glo. i. diabolus, qui bestiales facit, fuit in potestate magna ante aduentum Christi, & non est, quia Christo nato vim suam pro magna parte amisit. Iohan. 13. Nunc princeps huius mundi eiciet̃ foras. Et *ascensura est de abysso*. i. de occulto, & profundo malo, in apertã seuitiã exibit tẽpore Antichristi. Vt Infra. 21. Consummati sunt mille anni, soluet̃ Sathanas de carcere suo, & in interitum ibit. i. in æternam damnationem. Item *Ascẽsura est de abysso*. i. per illos, qui profundum erunt in malum ascendet diabolus, vel Antichristus in elationem. *Et in interitum ibit* Antichristus Quia dominus noster interficiet eum illustratione aduentꝰ sui, vt dicitur secundę Thes. 2. Item diabolus ibit *in interitum*, quia mortuo Antichristo, non habebit amplius locum nec potestatem tentandi, ꝙ est mors, & pęna eius. Et nota quód eleganter dicitur. *Bestia*. Fuisse, & non esse, quia diabolus ante aduentũ Chr̃i, ferè oẽs bestialiter viuere faciebat.
G Sed tp̃e Chr̃i de bestijs facti sunt hões, qnia ceperũt homines vti ratione. Vnde Psal. posuisti tenebras, &c. Ortus est Sol. i. Christus, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur bestiæ, & stabit homo ad opus suum, qui prius latebat, vt bestia. Antichristꝰ etiam dicitur *Ascẽsurus de abysso*, idest de malis per quos habebit potestatem. Dicitur etiam *In interitum ire*, quia post ascensum cadet in mortem, & in infernum. Vnde Psal. Insidiatur vt rapiat pauperem rapere pauperem dum attrahit eum, in laqueo suo humiliabit eum. s. pauperẽ, inclinabit se, & cadet cũ dominatus fuerit pauperũ. i. cito cadet cũ non auertet. Eze. 28. Nihil factus es, & non eris in perpetuũ. Sequitur. *Et mirabuntur inhabitantes terram* de tantæ potestatis subita annichilatione. Psal. Subito perierunt, propter iniquitatem suam. Item psal. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti, perijt memoria eorum cum sonitu. Qui autem sunt illi, qui admirantur ostendit dicens. *Quorum nomina nõ sunt scripta in libro vitæ*. Quidam enim ibi scribuntur in pagina præ-
H sentis iustificationis, qui non sunt ibi scripti in pagina æternæ prædestinationis. De quibus dicitur in Psal. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis, &c. quasi dicat. Ostendantur non esse scripti cum iustis in pagina prædestinationis. Vnde nemo potest delere, licet scripti fuerint in pagina præsentis iustificationis. Vnde multi delentur, ibi scriptꝰ fuit Iudas, sed quando peccauit deletus fuit, quia peccatum delet gratiam. *Vidẽtes bestiam* .i. diabolum, vel Antichristũ. *Qui erat* in tanta potestate. *Et non est*, quia cito perijt. Non esse dicitur quia a vero est separatus. Iob. 18. Habitent in tabernaculo eius socij eius, qui non est. De hac admiratione stuporis dicit̃ Eze. 27. Omnes qui viderint te in gentibus obstupescent super te. Sicut etiam de alijs diuitibus, & potentibus huius mundi, cito transeunt, ita quód mirantur homines. Psal. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, &c. Eccle. 11. Omnis potentatus breuis vita. Iob 30. Eleuasti, & quasi super ventum ponens elisisti me valide, Et *hic est sensus*. i. de pęna huius bestiæ potest haberi sensus ca-

uendi

uendi sibi. Sapiens. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Qui autem sit sensus ostendit. *Qui habet sapientiam*, quasi dicat, qui habet sapientiam, & intelligentiam, qua iuste extimat de vnoquoque secūdum valorem proprium, & sapit vnumquodque secundum saporem proprium. Ille, in quo est sensus talis fiet cautus de consideratione. Sed stulti nunquam possunt fieri cautiores, quantumcūque vident, aut alios mori, vel damnari, similes porcis, qui videns socios suos de augia surfuris duci, ad macellum, & nihilominus manent ad augiam iuxta surfur. *Septem capita*. Hic reuelatur Iohanni mysterium. *Septem capita* bestiæ, per quæ intelligit vniuersalis potestas bestiæ. s. malorum in primo statu. Primus fuit ab Adam, vsque ad Noe. Secundus a Noe, vsque ad Abraham. Tertius vsque ad Moysen. Quartus vsque ad Dauid. Quintus vsque ad Christum, & pro his quinque dicitur. Infra. *Quinque ceciderunt*. Sextus a Christo, vsque ad Antichristum. Septimus erit tempore Antichristi, & de his duobus dicit. *Vnus est, & alius nondum venit*. Dicit ergo *Septem capita bestiæ, septem montes sunt, super quos sedet mulier*. i. innititur, & fulcitur malorum congregatio, quid autem appellet. *Montes* aperit dicens. *Et septem reges*. Hoc est principes ecclesiæ malignantium secundum septem status ecclesiæ significantur septem capita bestię, & per *septem montes* dicuntur *septem reges*. *In capite*, est sensus, ideo per *septem capita* signātur omnes principes, qui de mundi sapiētia extolluntur gloriādo. Per *septem montes* proprie vero designantur qui de opulentia gloriantur, vel extolluntur *septem vero reges* dicuntur omnes illi, qui de potentia dignitatis gloriantur. Ex his tribus maxime oritur elatio, Vnde Iere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & nō glorietur diues in diuitijs suis, super hoc *sedet mulier*, quia hi dant multitudinem malorum, fulcimentum malitiæ suæ. *Quinque ceciderunt*. i. quinque status transierunt, & superbia eorum cum eis. *Vnus est*. s. status gratiæ, sub Christo, cuius nomen sit benedictum. *Et alius nondum venit*. s. status futurus, in fine seculi sub Antichristo. Glo. dicit Quod quinque primi reges sunt quinque sensus corporis, qui si Adā non peccasset, ad nullam malam concupiscentiā verterentur, sed qui per peccatum ita corrupti sunt, iam naturale sit eis, Leuia tactu. Sapida gustu, nare odorifera, pulchra visu, melodias auditu, quęrit in quibus delectatur. Et hi sunt quinque reges, per quos regitur ætas puerilis. Hi sunt quinque viri mulieris Samaritanæ. Iohannes. 4. His in adulta ætate succedit error. Quia postquam homo habet discretionem, si peccat, non sensualitati imputatur, sed dñio erranti. De quo dñs dixit ibidem, & hūc quem habes non est tuus vir. Sextus rex est Christus, qui nunc regnat. Septimus est Antichristus, qui nondum venit, sed cito veniet, & cito deficiet. Secundum hoc sensus est. *Quinque ceciderunt*. Glo. Transacta infantia, quasi dicat. Nō iam quinque sensus regunt homines, sicut ante aduentum Christi. *Et vnus est* scilicet Christus, qui nunc regnat. Qui recte dicitur. *Vnus*, quia singularis est, non habēs parem. Isa. 7. In die illa apprehendēt septem mulieres virum vnum. *Et alius nondum venit*, scilicet Antichristus. Glo, qui maxime faciet peccare. *Cum venerit*. i. regnare. s. tribus annis, & dimidio. Et ideo non est multum timendus. *Et bestia quæ erat*, in magna potestate ante aduentum domini nostri Iesu Christi, per quam crudeliter repugnabatur populus electorum. *Et non est post* aduentum Christi, in tanta potestate. I. *Ipsa octaua* est super septem, quia omnes transcendit malitia, & nequitia, & de septem est. i. similis Septem, quia similiter peccat, cum eis punietur. Vnde dicitur Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius, hoc etiam exponit Glo, de Antichristo, sicut *Et bestia* Glo. i. Antichristus. *Quæ erat, & non est*. i. cuius potestas cito transibit. *Et ipsa octaua est, & de septem*, est octaua, propter excellens, & singulare dominium. De septem vero est propter naturam consimilem, & culpam, & penam. Sicut enim dicitur Eze. 1. de aquila. Quod erat desuper ipsorum quatuor. Quia leuat se super se contemplando diuina, quód est super humanum intellectum. Sic Antichristus. *Non est de septem*, sed tamen

A octaua, quia diabolus plenus super humanam potentiam; extollet se. Vnde Dan. . Surget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis, & supra quām credi potest vniuersa vastabit. *Et in interitū vadit* vterque. s. diabolus, & Antichristus, quia vterque in æternum peribit. Iob. 18. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi rex interitus. *Et decem cornua*. Hic exponit angelus decem cornua bestiæ, dicens per ea signari *Decem reges*, qui erunt sub Romano Imperio, tempore Antichristi. Deinde ostendit, quód parum regnabunt, tamen valde mali erunt, postea ostendit quód Antichristus, & sui, pugnabunt cum *Agno*, *& agnus vincet eos*. Dicit ergo. *Et decem cornua, quæ vidisti in bestia decem reges sunt* futuri tempore Antichristi. Dan. 7. Porro decē cornua ipsius regni, decem reges sunt, qui dicuntur cornua triplici ratione. Primo propter ferocitatem, & irrationabilitatem bestialem eorum. Secundo quia adhęrebunt Antichristo, sicut cornua adhęrent capiti. Tertio quia per eos B pugnabit Antichristus cōtra ecclesiam, sicut bestia pugnat in cornibus suis, & licet decem futuri sunt reges Romani Imperij, tamen consuetum effectum, quia per eos impugnabit Antichristus omnes obseruatores decalogi. *Et potestatem tanquam reges vna hora acceperunt*. i. accipient post bestiam. i. Antichristū, vel diabola, quia vterque caput eorum erit. Vel post bestiam euntes per adhærentiam, & imitationem, & nota, quód dicit. *Tanquam reges*. Quia non vere reges erunt, quia sub alio erunt, & quia tyranni erunt. *Vel vna hora dicit*, quia modico tempore durabit regnum eorum, quia non per successionē hęreditariam, sed per intrusionem accipiēt dominium, & hoc dicit ad consolationem ecclesiæ. *Hi vnum consilium habebunt*, quo Christum negabunt, & Antichristo credent. *Et virtutem*. i. fortitudinem. Et *potestatem suam*. i. dominium suum. *Bestiæ tradent*. i. Antichristo, quia quód potuerunt, per se, & suos totū Antichristo tribuent, & facient quicquid potuerint pro ipso contra ecclesiam. *Hi cum agno pugnabunt*. i. contra Christū verbo, & facto subtrahentes ei seruos suos, & C occidentes eos, qui sibi nolunt acquiescere. *Et agnus vincet eos* illorum malitiam refrenando, & suis cōstantiā tribuendo. Dan. 7. Super excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret, & putabit, quód possit mutare leges, & tempora, & tradentur in manū eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis, & iudicium sedebit, vt auferatur potentia, etiam conteratur, & dispereat vsque in finem. Regnum autem eius potestas, & magnitudo, regni, quæ subter omne cœlum est, detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum sempiternum est. Vnde, & hic sequitur. *Quia dominus dominorum est*, & vtens malis ad vtilitatem bonorum. *Et rex regum*, ideo deuincet illos, atque deiciet, quando, & quomodo voluerit, vincet illos, & non solum Christus, immo etiam electi eius vincent illos reges, non sua tamen sed Christi virtute. Vnde sequitur. Et *qui cum illo*. i. cum Christo sunt ei adhęrentes. *Vocati*, per prædicationem, vel inspirationem. Et *electi*, per prędestinationem. Et *fideles*, fidem ipsius integre conseruando, & suum officium fideliD ter exequendo, et totam ecclesiam suo domino reseruando, Sed quare dicit Iohannes. *Quod agnus vincet eos*, & non magis leo? Solutio. Propter modum vincendi, quia per patientiā quam dabit suis vincet, vt quasi agni coram tondente, se non aperiant os suum. Sicut de ipso Christo legitur. Isa. 53. Vel quia vtetur eorum malitia ad vtilitatem bonorum. *Et dixit mihi*. Hic ostendit angelus Iohanni quid signant aquę super aquas. *Sedet meretrix*. i. quibus dominatur Antichristus. *Dicens* per aquas illas designari, *Populos, & gentes, & linguas*, populos vocans illos, quos regit cupiditas, & auaritia. *Gentes* illos quos dirigit Gentilitas. i. carnalis vita, seu carnalis concupiscentia. *Linguas* vocat illos quos dirigit astutia, & superbia, & in his omnibus dicitur *Meretrix*. i. Antichristus sedere per dominium, & consensum. Dicit ergo. *Et dixit mihi angelus*. Dicit Iohannes *Aquas*. i. aquæ casus pro casu sinecdoche, sermonem, quem audistis non est meus. Iohan. 14. *Quas vidisti, vbi meretrix sedet*. i. quibus dominatur, & quiescit Antichristus tam per mysterium, quód operatur in eis, vt

dicitur.2.The.2. *Populi sunt*, quo ad auaros. *Et gentes*, quo ad luxuriosos. Et *linguæ*, quo ad superbos, qui volunt. Vel *Populi*, quo ad illos, qui legem habuerunt. *Gentes*, quo ad illos, qui sine lege fuerũt. *Linguæ*, quo ad vtrosque, quasi dicat. Ex omni diuersitate hominum erunt aliqui subiecti Antichristo, sicut & Christo. Et *decem Cornua*. Hic ostendit angelus, quare non debemus conformari mulieri, nec imitari eam. Quia. f. etiam amatores eius odiunt eam in fine, etiam damnati in inferno cum ea, & tunc dolebunt, qui gaudent modo de societate ipsius. In inferno siquidem omnes odient se, & quanto plures erunt, tanto maius erit odium eorum, & ita maior pęna. In cęlo econtrario omnes diligẽt se, & ideo quanto plures erunt, tanto maius erit eorum gaudium. Dicit ergo. Et *decem cornua, quæ vidisti in bestia*. i. omnes qui Antichristo adhęserunt. *Hi oderunt fornicariam*. i. Antichristum, cui consenserunt. Vel mundum, quem dilexerunt, & etiam se ipsos, quia sic fecerunt. Vel *Fornicariam*. i. iniquorum massam, quæ cum diabolo fornicata est, vel vanitatem mundanam, quam secuti sunt. Vel secularem sapientiã quàm amplexati sunt, vel ciuitatem Romanam, vbi precipue olim ferbuit idolatria, & tunc fortassis precipue feruebit hęresis & omnis malitia. *Et desolatam facient*, illam fornicariam, idest Antichristum. Hoc est, facto illorum erit desolatus, quia completo numero illorum malorum perdet solatium, de sua potestate, & malorum societate. Et *carnes eius manducabunt*. i. delectationes, quas habebat de pęnis iustorum illorum facto amittent. Et *igne concremabunt*. i. secum in inferno cremari facient. Nam per facta illorum tam ipsi, quàm Antichristus in inferno ardebunt. Et nota hic ꝙ quatuor dicit in pęna Antichristi, cõtra quatuor alia, quæ ipse habuit in honore, & potestate. *Nudam* contra delectationes deliriarum, & ipsa igitur cremabitur contra hoc, quòd ipse sanctos occidit, & occidendo delectabatur. *Hi odient fornicariam*. i. impiorum massam, de ipsis erunt, quia vnus odiet alium in inferno, & si posset vellet vnus alium deuorare, Vnde affectu se inuident, qui se affectu oderunt in mundo. Et *desolatam facient*, fraudulenter seducendo vnus alium, vt postea gemant in inferno. Amisso enim solatio. Et *nudam* omni virtute, quæ est vestimentum animæ. Et *carnes eius manducabunt*. i. delectationes eius carnales, quas hic habuit manducabunt, tamen occasionaliter, quia de hoc vermis interior cruciabit, & ignis exterior. Ad literam concremabit. Isa. in fine. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Iac. 5. Agite nunc diuites plorate vlulãtes in miserijs vestris, quæ euenient vobis, aurum, & argentũ vestrũ eruginauit, & erugo eorũ in testimoniũ erit, vobis, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. Ibi. Glo. Quia luxuriosas animas, & exterius seuiens flamma, & interius pungens dolor, suæ tenaciæ accusabit. Et *illam*. Glo. in memoria veniet eis, quòd possent pęnas, quas substinet euitasse, & per eleęmosinas redemisse, quòd erit eis magna pęna. Et *ipsam igne*. Vel ambulate in flammis, quas succendent vobis, & quia hæc iusto Dei iudicio euenient reprobis, ideo subiungit. *Deus enim dedit*. i. promisit. *In corda eorum, vt faciant, quod placitum est illi*. i. bestiæ. *Vt dent regnum suum bestiæ*. i. concedant, & consentiant, super se regnare diabolum, & Antichristum, et ei suam potestatem attribuant, simile habetur. Roman. 1. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt. Donec consumentur verba Dei, quasi dicat. Hi ita, & premijs electorum, quæ in fine mundi complebuntur, vel verba Dei vocat Dei ordinationem: de adimpletione numeri electorum. Nam vsque ad illud tempus permittẽtur mali, cum bonis regnare, sicut palea cum grano. Sed completo numero electorum ventilabitur area domini, & palea comburetur igni inextinguibili, & granum in horreum domini recondetur, vt dicitur Mat. 3. *Et mulier, quam vidisti est ciuitas magna*. i. reproborum vniuersitas, vel Romana ciuitas. *Quæ habet regnum super reges terræ*, quia omnes ei seruiunt. Loquitur autem Iohannes pro tempore Antichristi. Multitudo vero malorum dicitur. *Mulier* propter molliciem vitæ, & artem fallendi. Dicitur *Ciuitas*, propter collectionem multorum, & conuenientiam in malo.

E Dicitur *Magna*, propter magnos, qui in ea sunt, vel propter superbiam. Vnde etiam dicitur habere *Regnum*. i. potestatẽ, & dominium *super reges terræ*. Quia omnes reges seruiunt ei publice, & ad literam coacti obediunt principes. Dicitur etiam *Meretrix*, quia diabolo corruptori, se subicit. Dicitur autẽ *Babylon*, quia confusa est, & confundit, & ideo æterna confusione erit confusa. Ier. 10. Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in confusione.

CAPVT XVIII.

ET post hæc vidi alium angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est a gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicens. Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, &
F *odibilis, quia de vino iræ fornicationis eius biberũt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati sunt, et mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de cœlo, dicentem. Exite de illa populus meus: ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius nõ accipiatis. Quoniã peruenerunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est dominus iniquitatum eius. Reddite illi sicut, & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo, quo miscuit vobis: miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit: tantum date illi tormentum, & luctum; quia in corde suo dicit. Sedeo regina, & vidua non sum, & luctũ non videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius mors, et luctus, et fames, & igne cõburetur, quia fortis est dominus Deus,*
G *qui iudicabit illam. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in delicijs vixerunt, cum viderint fumum incendij eius, longe stantes propter timorem tormentorum eius dicentes. Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum. Et negociatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius, merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & cocci, & omne lignum thymum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de ligno preciosissimo, & æramento, & ferro, & marmore, & cinnamomum, & odoramentum, & vnguentum, & thus, & vinum, & oleum, & similam, & triticum, & iumenta, & oues, equorum, & rhedarum, et mancipiorũ,*
H *& animarũ hominũ. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt a te: & omnia pinguia, & præclara perierunt a te, & amplius illa iam non inuenient. Mercatores hominũ, qui diuites facti sunt: ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes, ac lugentes, & dicentes. Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide precioso, & margaritis: quoniam vna hora destitutæ sunt tãtæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigant & nautæ, & qui in mari operantur, longe steterunt, & clamauerunt videntes fumum incendij eius, dicẽtes. Quæ similis ciuitati huic magnæ. Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes, & lugentes, & dicentes. Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt*

omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius, quoniam vna hora desolata est.

A mones in prauis cordibus, pro carnis illecebris, sunt immundi, pro mentis elatione volucres, & odibiles. Vnde Eccl. 19. Odibilis est coram Deo, & hominibus superbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium. Custodia autē dicitur, quādo per contemptum confusionis peccatum in corde custoditur. Oseæ. 13. Colligata est iniquitas Effraim, absconditū peccatum eius, hæc custodia mala est, quia inde habet pœna æterna. Vnde sequitur ibi. Dolores parturientis venient ei. Vel forte ideo, & se ipsos, etiam diabolū custodiunt. Vnde Isa. 34. Et erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia onocentauro, &c. Iere. 1. Habitabūt dracones cum fatuis sicarijs, & inhabitabunt in ea struthiones, & quare hoc? Quia *De ira fornicationis eius* .i. de fornicatione corporali, vel spirituali, irascitur Deus. *Bibēt omnes gētes*, communiter. Et *reges terræ fornicati sunt cum illa* .i. maiores sicut minores peccauerunt. Isa. 24. Erit sicut populus sic sacrificia, sicut seruus, sic dominus eius, sicut ancilla sic domina eius. De hac fornicatione dicit Psal. Perdidisti omnes B qui fornicantur abs te. Et *mercatores terræ*. Glo. i. auari, qui animas suas vendunt ambitione secularium. Eccle. 10. Nihil iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim, & animam suam venalem habet, quoniam in sua vita proiecit intima sua. *De virtute deliciarum eius diuites facti sunt* .i. de peccatis, per quæ acquiruntur diuitiæ. Quia omnis diues iniquus, vel habens iniquitatem. Eccle. 11. Si fueris diues, non eris immunis a peccato. De his diuitibus dicit Psal. Diuites eguerunt: & esurierunt. Iaco. 5. Diuitiæ vestrę putruerunt. Psal. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Et *audiui*. Descripto casu Babylonis monet cauendum a consortio malorum, qui casu inuoluuntur, & a malis actibus, per quos fit casus. Dicit ergo. Et *audiui* .i. intellexi *Aliam vocem* .i. diuinā inspirationem, vel Christi, & suorum prædicationem. *Quæ* dicitur alia. Quia cum prior fit de malorū condemnatione, hæc est de bonorum commonitione. *De cœlo factam*. i. pro cęlo. i. pro ecclesia quæ mysteria Christi celat infidelibus, & indignis, quæ etiam dicitur casa Elios. i. domus solis, sicut dicitur Isa. 19. Domus Solis vocabitur vna. C *Dicētem exite de illa* .s. de consortio meretricis, siue de mundi malitia. *Populus meus* .i. ne faciatis opera eius. Et *ne participes sitis delictorum eius* consentiendo eis. Nam facientes, & consentientes pari pœna constringit. Vnde sequitur. Et *de plagis eius non accipiatis*, quasi dicat. Si non fueritis similes in vita, nō eritis similes in pœna. Ier. 51. Egredimini de medio eius populus meus, vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris domini. Numeri 16. Recedite a tabernaculis hominū impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. *Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cœlum*, quasi dicat, propter hoc fugite a consortio malorū quoniam peruenerunt peccata eorum vsque ad cœlum. i. adeo creuerunt, quód plus crescere non possunt, vel vsque ad contemptum Dei per desperationem, & blasphemationem, & peccatorū enormitatē. Gen. 18. Sodomorū, & Gomorreorum clamor multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Ier. 51. Curauimus Babylonē, & nō D est sanata derelinquamus eam, & eamus vnusquisque ad terram suam, quoniam *Peruenit vsque ad cœlos*, iudicium eius, idest peccatum pro quo vindicanda est, & eleuatū est vsque ad nubes. Et *recordatus est dominus iniquitatum eius*, qui prius videbatur oblitus, cum permitteret prosperari, dissimulans peccata hominum, propter pœnitentiam, vt dicitur Sap. 11. Sed multi abutuntur eius patientia, quia ipso dissimulante, & expectante, ipsi audacius peccant. Vnde Iob 24. Et dedit ei Deus locum pęnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia. Eccle. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala, & tamen peccator ex eo, quód centies facit malum, & per patientiam substentatur, ego cognoui, quód est bonum timentibus Deum. *Reddite*. Posita monitione ad sanctos, vt fugiant Babylonem, ponit eius condemnationem, & assignat tria, quæ debentur reprobis. Pro malis, quæ faciunt in sanctos. Primū est pœn[illegible] culpæ respondens. Secundū est vt sicut ipsi malam habuerunt intentionem in perse-

E*t post hæc vidi*. Hic incipit decimū octauū capitulum, & sexta visio, in qua agitur de damnatione malorum futura. A principio siquidem libri, egit Iohannes de his, quæ facta sunt in ecclesia a primo statu eius, vsque ad finem mundi. Hic incipit agere de his, quæ fient circa membra ecclesiæ, in die, & post diem iudicij. Quia membra putrida abscindentur, & proijcientur in lutum inferni. Sana vero in melius mutata ascendent in gaudium Paradisi. In hac autem sexta visione agitur de membris putridis, vbi describuntur pœnæ, quas habebunt in inferno. Continet autem visio hæc, tria capitula. s. decimum octauum, decimum nonum, & vigesimum. Diuiditur autem hoc præsens capitulum in duas partes. In prima ponitur casus Babylonis. i. malignæ cōgregationis. In secunda ponitur exultatio sanctorum de vindicta malorum, ibi. *Exulta super ea*. In prima parte procedit Iohannes hoc modo. Primo describit casum Babylonis. Secundo docet cauendū esse ab ea. Describit fletum, et planctum malorum inconsolabiliter. Volens ergo Iohannes ostendere pęnas, quas patientur impij in inferno, pro singulis peccatis, Primo agit de pœna Babylonis. Secundo de pęna bestię, & pseudoprophetæ. Tertio de pœna diaboli, quo damnato erit finis, vt autem maior fides adhibeatur. In principio ostendit istam damnationē a Christo prædicatam fuisse. Dicit ergo. Et *post hæc* .i. post quinque visiones, de quibus actum est vsque huc, *vidi*. spirituali visu. *Alium angelum* .i. Christum, qui dicitur angelus, quia missus. Et *alium*, quia differt ab alijs angelis, sicut dominus a seruis. *Descendentē* in carnem. *De cœlo* .i. de inuisibilitate. De quo descensu dicitur in Psal. Domine inclina cęlos tuos, & descende. Isa. 63. Vtinam dirumperes cęlos, et descenderes. *Habētem potestatē magnam* .i. ęqualem Deo patri, licet occultam, tunc ait. Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus. In secundo aduentu erit manifesta potestas eius. Matt. 24. Veniet cum potestate magna, & maiestate. Et *terra* .i. ecclesia situ infima super nihilum fundata, firmiter stabilita cultu, & attritione fecunda, vacatione spinosa. *Illuminata est a gloria eius* .i. a prædicatione ipsius gloriosa, quàm. s. gloriosam reddebant miracula, quæ faciebat, & sanctitas vitæ eius. Lu. 13. Omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo. Isa. 9. Habitantibus in regione vmbræ mortis, &c. Vel *Terra* .i. humana natura. *Illuminata est a gloria eius*, a diuinitate sibi eam vniente in vnitate personæ. Psa. In voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me, idest meam naturam, dicit Dauid. Isa. 60. Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Vel *Terra*. i. fidelis anima. *Illuminata est a gloria eius* .i. a fide celitus data, quā facit filius Dei, quód est gloria magna. Iohan. 1. Dedit ei potestatem, &c. *Et exclamauit* .i. excellenter claruit prædicando. *In fortitudine* .i. audacter, & constanter sine omni timore, & dubitatione. Quia quod dixit, non potuit carere effectu. Vnde Isa. 8. Prædicatori, clama necesses exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorū. *Dicēs cecidit, cecidit Babylon magna*. i. congregatio mala confusione digna, geminatio verbi cadendi, et postea in infernū. Vel bis dicit. *Cecidit*, propter duplicem damnationem animæ. s. & corporis, vt dicit. Glo. Vnde Iere. 17. Duplici contritione contere eos. Psal. Operiantur sicut diploide confusione sua. Itē geminatio verbi cadendi notat damnationis continuationem, vt dicit Gregorius. Item forte geminam causam dānationis, ostendit geminatio verbi. s. peccatum omissionis, & peccatum transgressionis, vel peccatum spirituale, & peccatum carnale, per quæ fit homo habitaculum dęmonum. Vnde quasi assignans causam casus subiungit. Et *facta est habitatio dæmoniorum*, per peccata, & ideo *Cecidit*: vt dicit Glo. Et *custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis* .i. sedes, & locus, seu receptaculū peccatorū carnalium, & spiritualium, per q̄ dæmones habitant in homine sicut Christus per gratiam. Vnde Glo. Dæ-

quēdo sanctos, sic habebunt impatientiam in substinendo pœnam, & sic duplicabitur pęna, quia intus vret impatientia, exterius seuiet pœna. Tertium est, vt secundum mensuram voluptatis mal̄e, mensuretur tormentum pœnę. Dicit ergo dominus ad sanctos, qui hic modo affliguntur a malis. *Reddite illi*, .s. Babyloni .i. malorum congregationi, qui vos comprimunt, & affligunt. *Sicut & ipsa reddidit vobis*, sicut ipsa vos puniuit iniuste, ita vos ipsam iuste puniendam nūtiate pœna, quā sancti modo substinent, est ad purgationē sed pęna, quę nunciatur malis futura erit ad condemnationem. Vnde Glo. sicut vindictam meam de vobis, qui purgamini exercuit ad salutem, sic vos iniuriam meam vindicate illis ad condemnationem. *Et duplicate duplicia* .i. puniēdos nuntiate in corpore, & in anima, licet ipsi tantū in corpore vobis pœnam intulerint. Animæ enim nolenti nullus potest nocere. Mat. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, & ne forte aliquis putaret, quia ipsi non meruissent duplicem pœnam istam, ideo dicit. *Secundum opera eius*. Glo. i. secundum, quòd ipsi peccauerunt. Licet enim ipsi tantummodo sanctis nocuerunt in corpore, tamen ipsi mente, & corpore .i. voluntate, & opere peccauerunt, & ideo iuste in anima, & corpore punientur. Iere. 17. Duplici contritione contere eos. Iere. 50. Reddite ei secundum opus suum, iuxta omnia, quæ fecit facite illi. *In poculo, quod miscuit vobis*, pœnam inferendo. *Miscete illi duplum* .i. duplicem pœnam .s. in corpore, & anima ipsam habituram nunciate. Item duplum dicit, quia habebunt pœnā exterius, & impatientiam interius, siue ignem exterius vermē conscientiæ interius. *Quantum glorificauit se* honores appetendo, vel in honoribus gloriando. *Et in delicijs fuit*, carnalibus .s. in ipsis indebite delectando. *Tantum date* .i. dādo nuntiate. *Tormentum, & luctum*. Glo. *Tormentum* in corpore *Luctum* in anima. Vnde *Tormentum*, respondet delicijs. *Luctus* gloriæ, & nota, quòd tantum, & quantum non dicitur hic ęqualitate quantitatis: sed proportione generis, hoc est dicere, qui multum peccauit puniendum, secundum exigentiā culpæ puniendum prædicate. Isa. vi. esimo settimo. In mensura contra mensuram est ab lecta fuerit iudicabo eam Matth. 7. Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Deute. 25. iuxta mensuram peccati erit, & plagarum modus: pcipua autem causa damnationis Babylonis est superbia. Vnde subdit. *Quia in corde*, quasi dicat merito damnabitur Babylon. *Quia in corde suo dicit*, superbiendo, & gloriando. De donis Dei sibi attribuendo. *Sedeo, vt regina* .i. de honore, & dignitate mea mentiri non timebo. *Et vidua non sum*, quia multos habeo consolatores, & multas consolationes. *Et luctum non videbo*, quē mihi minantur Christi discipuli. Meritis enim peccatorum suorum sic excęcātur mundani, vt nec sibi spoliari prosperis timeant, nec opprimi aduersis contra quos dicitur Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt: ideo dicitur Eccl. 11. In die bonorū ne immemor sis malorum, & in die malorū, ne immemor sis bonorū: qm̄ facile est corā Deo, in die obitus retribuere vnicuiq; iuxta vias suas, & ideo in merito iactantiæ, & superbię. *In vna die* .s. in die iudicij. *V. mites plaga eius* .i. visiones debitæ peccatis suis, & quæ sint hæ plagæ ostendit. *Mors* .i. carentia visionis Dei, quòd est vita animarum. *Et luctus* pro acerbitate pœnarum. *Et fames* .i. defectus omnis boni. Hęc tria respōdēt tribus de quibus iactatam se dixerat, *sedeo, vt regina*, contra hoc prædicitur futura mors æterna, de qua dicitur, sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos, contra hoc, quòd dicitur. *Vidua non sum*, prædicitur fames futura .i. cōsolationes, & omnis boni defectus, de qua fame dicitur Deu. 32. Consumentur fame, deuorabunt eos aues, morsu amarissimo, contra quòd dixerat. *Luctum non videbo*, prædicitur luctus æternus, de quo Matth. ... ibi erit fletus, & stridor dentium. Erit autem miserabilis fletus ille, quia lachrymę illę, iam calidæ erunt, quòd comburent corpora, sicut dixit quidam de patribus discipulo suo, ploremus (inquit) filia antequam veniamus in locum, vbi lachrymæ comburunt corpora, præsens luctus, siue præsentes lachrymæ abstergunt futuras. Nā qui

E modo plorat, nō plorabit in futuro, sed potius ridebit. Vnde Luc. 6. Beati qui lugetis, quia ridebitis, & econtra, qui modo rident, in futuro plorabunt. Vnde ibidem. Vę vobis, qui ridetis, & plorabitis, & flebitis vos. Pro. 14. Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Sunt autē quinque genera lachrymarū, quæ hic habentur a sanctis. Primæ sunt lachrymæ contritionis, quæ fiunt pro peccatis, proprijs de quibus. Psal. Lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Secundę sunt lachrymę compassionis, quæ fiunt pro peccatis, & miserijs aliorum. De quibus dicitur Ierem. 9. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem die, ac nocte, interfectos filiæ populi mei? Tertiæ sunt lachrymæ deuotionis, quæ fiunt ex consideratione beneficiorum Dei: de quibus dicitur in Psal. Cibabit nos pane lachrymarum, & potum dabit nobis in lachrymis in mensura. Primæ significatæ sunt. Exo. 15. Per aquas Marath. Secundæ. 4. Reg. 2. per aquas Iericho. Tertiæ. 2. Reg. 24. Per aquas Bethleem, quas sitie-

F bat Dauid. Vnde dicitur ibi. Desiderauit Dauid aquam de lacu, & ait si quis daret mihi aquam de cisterna, quæ est in Bethleem, prope portam. Quartæ lachrymæ sunt doloris pro incolatu huius miseriæ, de quibus dicitur Tren. 1. Plorans plorauit in nocte miseriæ præsentis, & lachrymę eius in maxillis eius. Quintæ sunt lachrymę amoris, ex desiderio cœlestis patriæ: de quibus dicitur in Psal. Super flumina Babylonis, sedimus, & fleuimus, &c. Iob. 16. Oculus meus stillat ad Deū, & hæ vltimæ significatę sunt Iudic. 1. & Ose. 15. Irriguum superius, & irriguum inferius, qd̄ dedit Caleph Asę filiæ suę. Hæc quinque genera lachrymarū sunt quasi porticus probaticæ piscinæ, in qua lauabantur hostiæ domino offerendæ, vbi descendens angelus domini mouebat aquam, & quicūque descendebat in eam sanabatur. Iohan. 5. Sequitur. *Et igni comburetur* æterno. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Isa. vlti. ignis eorum non morietur, nec poterit Babylon resistere. *Quia fortis est, Deus*. Glo. i. præcibus non flectitur. Prouer. 6. Zelus, & furor vi-

G ri non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquā præcibus, nec recipies pro redemptione dona plurima, et vere. *Fortis est, qui iudicabit* illam Babylonem Regionam. Omnes. n. sine personarum acceptione, secundum sua merita iudicabit, & qui maiores fuerūt hic, grauius puoientur alijs paribus. Sap. 6. iudicium durissimum in his, qui præsunt fiet, exigua autem conceditur misericordia. potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam dominus, qui est omnium dominator, nec reueretur magnitudinem cuiusquā. Fere hoc totum, quòd hic dicitur, sumptū est de Isa. 47. vbi Isa. loquens ab Babylonem, ait: audi hæc delicata habitās cōfidēter, quæ dicis in corde tuo ego sum, & non est pter me amplius, non sedebo vidua: & ignorabo sterilitatem, venient tibi subito, hæc duo in vna die sterilitas, & viduitas vniuersa venient super te, propter multitudinem malefactorum tuorum, & propter duritiam incātatorum tuorum. Et *flebunt* .i. dolorem in animo patientur, quia in illa fuerunt fundati. Et *plangēt se super illam reges terræ*. Glo. i. principes seculi, dolorem cordis ostendent, & ita du-

H plex dolor hic exprimitur, quem habebunt diuites huius mundi, vnum interiorem, timorem .s. conscientiam remordentē, eos de malis, quæ fecerunt, & de bonis, quę omiserūt & alium dolorem exteriorem in igne cruciante, & cōburente corpora eorum, quę in delicijs nutrierunt, & nullam pęnitentiam hic fecerunt, vel facere noluerunt, ideo dicitur Iohel. 1. Flete, & vlulate, qui bibitis vinum in dulcedine. Matth. 24. Tunc plangent, omnes tribus terræ, erit autem planctus ille continuus, & inconsolabilis. Ier. 31. Plorans filios suos noluit consolari, quia non sunt: deinde ostendit Iohannes: qui sunt illi regęs, qui ita dolebunt? *Qui cum illa fornicati sunt*: & in delicijs viuens mortua est', prima morte: & obnoxię. Secundę Prouer. 19. Non decent stultum delicię, qui .s. nescit vti. Iob. 30. Esse subiectus delicias computabūt filij stultorum, & ignobilium. Eccle. 2. Dixi in corde meo, vadam, & delicijs affluam, & fruar bonis, & vidi quoque quòd hæc est vanitas, risumq; reputaui errorem. Vel *reges terrę*,

A *terræ*, dicuntur illi, qui bene regunt carnem suam, & animã suam, vel substantiam suam terrenam, tamen aliquando fornicati fuerunt corporaliter, & spiritualiter, & ideo dolebunt quòd illis quos sic videbunt, & audiunt puniendos, nunquam similes fuerunt, & huic sententiæ concordat, qđ sequitur. Et *cum viderint fumum incendii eius* .i. incendium eius fumosum, de quo Isa. 34. Conuertentur torrentes eius in picē ardentem nocte, & die, & non extinguetur in sempiternū, & ascendet fumus in generatione, & generatione. *Longe stantes, propter timorē tormentorum eius*. Sed in quo statu erunt reges isti? si in inferno, quomodo ergo. *Longe stantes propter timorē tormentorum eius*? Si in cęlo, quomodo ergo dolebunt? si in mundo, quomodo videbuntur? Solutio, quædam Glo. exponit hoc de malis regibus, & tunc dicendum est, quòd in inferno cum Babylone .i. cum impia multitudine, & stabunt lõge voluntate, sed non actu, vt dicit Glo. quia vellent surgere, sed non poterunt, ita timebunt tormenta, quæ non solū videbunt in alijs, immo quæ sentient in se ipsis. Si autem

B intelligatur de bonis regibus, qui terram suam bene regūt, tunc potest dici, quòd in mundo stantes, dolebunt de pęna malorum, quàm audient ipsos patientes, & passuros, & de hoc quòd nunquam illis similes fuerunt. Quod autem, quęritur quomodo videbunt pœnam illorum, dicimus, q; oculo fidei dicentes, ipsi maiores adhuc viuentes, si de bonis intelligatur, vel iam in inferno lugentes, si de malis accipiatur. *Væ, væ ciuitas illa magna Babylon*, quæ est mundus, siue omnium malorum congregatio. *Ciuitas illa fortis*, ad mala facienda, sed debilis ad bona: de qua fortitudine dicitur. Isa. Væ, vę inducens duplicem pęnam malorum in corpore, & anima. Vt dicit Glo. Iere. 17. Duplici contritione contere eos. Exo. 16. Accidit tibi post omnem maliciam, Væ, væ tibi dicat dominus Deus. *Quoniam vna hora* .i. subito veniet, & cito. Iohel. 4. reddam vicissitudinem vobis, cito velociter. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, &c. Et negociatores, terræ flebunt, & lugebunt super illam Babylonem, scilicet damnatam. *Quoniam merces eorum nemo emet amplius*. Sed

C nunquid tunc mercatores, vel negociatores habebunt merces ad vendendum? Pręterea de quibus negociatoribus loquitur Iohannes? Solut. Glo. dicit, q; Iohannes loquitur de vtrisq; negociatoribus .s. tēpalibus, & spiritualibus. Ad literā .n. negociatores, qui in mundo merces suas, & negociationes suas fecerunt fraudulenter, & fraude diuitias congregauerunt, dolebūt in morte, & in iudicio, et in inferno, de hoc, quòd omnino deficientibus, terrenis diuitijs, vel derelictis, in quibus posuerunt amorem suum, & gloriam videbunt se expositos paupertati, dolori, & angustiæ maximæ. Vnde dicit Glo. *Flebunt, & lugebunt*, quia illos perire dolebunt, in quibus suam deputabant prosperitatem, & non potuerūt amplius vendere, vel emere, quòd erat eorum vita. Pro. 11. Non proderunt diuitiæ in die vltionis. Ezec. 7. Argentum eorum, & aurum, non valebunt liberare eos, vel spirituales mercatores, & mali sunt, qui cœlū dant pro terra, vt auari, æterna bona pro caducis, vt ambitiosi, iustitiam pro pecunia, vt aduocati, gloriam Dei ꝓ laude humana, vt hypo-

D chritę, sacramenta pro denarijs, vel alia spiritualia pro temporalibus, vt symoniaci: de quibus dicitur Ezec. 27. Negociatores tui a multitudine cunctarum diuiciarum argento, ferro, stagno, plumbo, repleuerunt nundinas suas. Argentū dicit sapientiam secularem, ferrum dicit potestatem temporalem, stagnum sanctitatis simulationem, plumbum vero carnalem delectationem, circa hæc negociantur multi, qui postea tanto amplius dolebunt, quāto plus debito hæc dilexerunt. Vnde Eze. 28. Negociatores populorum sibilabunt, &c. Duplicabitur aūt verbū pertinens, ad luctū, quia tales plorabunt, & dolebunt in morte, de duobus specialiter .s. de amissione rei amatę, & cum tanto labore acquisitæ, & de pœna pro amore illo illicito inflicta, Iohannis. 2. auferte ista hinc, & nolite facere domū patris mei, domū negotiationis. Scriptum est enim, domus mea, domus orationis, &c. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Za. vlti. Non erit vltra mercator in domo Dei, deinde enumerat Iohannes merces illas, in quibus maxime delectati

A sunt illi mercatores, seu negociatores, de quibus amissis dolebunt, & primo ponit illas quibus abusi sunt per sensum, & vsum in acquirendo, & retinendo, & expendendo, dicens. *Mōtes auri*: quasi dicat re vera. *Merces eorum nemo emet amplius*, quę tamen non viles reputantur, immo care, & pręciosæ, quæ sunt. *Merces auri, & argēti*. s. nemo emet. Et *lapides præciosi*, qui antonomasticæ dicitur carbunculus. Et *margarite* .i. cuiuscunque lapidis præciosi. Et *byssi*, quòd est linum Aegypti candidissimum. Et *purpuræ, & serici, & coccini*, quòd est flos, vnde fit tinctura pulcherrima supple. *Merces eorum nemo emet*, quæ valde cara, & desiderabilia venduntur. Et *omne lignum thymum* .i. cedrinum nemo emet. Et *omnia vasa eboris*, nemo emet. Et *omnia vasa de lapide præcioso*, facta, vel ornata nemo emet. Et *æramēto, & ferro, vel marmore* .i. vasa de illis metallis facta, nemo emet. Et *cinnamomum, & amomum*, quibus delectatur odoratus, & gustus nemo emet, & supple mercem *Odoramentorum*, quorumcūque. Et *vnguentorum*, quorumcūq; Et *thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, et*

B *equorum, & rhedarum* .i. quadrigarum. Et *mancipiorū, & animarū hominū* .i. viuentium hominum, mercem .s. horum nemo emet. Per hoc autem, quòd dicit *Animarū hominū*, innuit, vt dicit Glo. quòd quidam cum venduntur fuerunt tantum serui corpore, vt Ioseph, quidam autem, & animo, & corpore, vt Aegyptius venditus Iudæis, eorum viam, & cultum custodiens. Item paganis eorum idola colentibus. Vnde mancipia proprie dicunt illi qui tantum corpore seruiunt, emptoribus suis, & non mente, sicut Ioseph, seruiuit Pharaoni corpore, sed mente Deo, animæ vero hominum dicuntur, quæ seruiunt, & mente, & corpore, vel mancipia dicuntur illi serui, qui ad tempus venduntur: animæ vero hominum dicuntur illi, qui venduntur simpliciter .i. per totam vitam suam. Et *poma tua, desiderii animæ tuæ* .i. quæ desiderabat anima tua, vel *Poma desiderii animæ tuæ* .i. minora bona quæ desiderabiliter dilexisti. *Discesserunt a te* .i. quęcūque munera desiderabilia amicos, & si immoderate illis adhęseris, per amorem punieris. Et *omnia pinguia, & præclara perierunt a te*

C idest quęque delectabilia Sapien. 5. Transierunt hęc omnia tanquam vmbra, & non solum tanquam vmbra, immo sicut fumus, qui relinquit post se amaritudinem, & nigredinem, sic quamuis rerum delectabilium transeat præsentia, tamen remanebit in mente prauæ dulcedinis, pungens memoriā. Vnde super illud Iaco. 5. Erugo eorum in testimonium vobis erit dicit. Glo. quia intelligent se male congregasse ea, quibus non indigebant ad vsum vitæ. Præterea grauius punientur, & amplius. *Illa iam non inuenient* .i. nō vendentur, quia tunc non erit tempus, neque locus, negociandi sed per transacta negociatione recipienda. *Mercatores horum*, idest prædictarum mercium. *Qui diuites facti sunt ab ea* Babylone .i. negociationibus factis in ea. *Longe stabunt*, quia iam non poterunt talia de cętero exercere. Vel *Longe stabunt* .i. stare longe ab ea desiderabunt, tamen non poterunt. Vel *Longe stabunt*, voluntate .i. dolebunt, quòd non longe steterunt ab ea, per vitæ dissimilitudinem. *Propter timorē tormentorū eius* .i. propter tormenta eius, in quibus ipsi erunt, quorum conti-

D nuatio, semper timebitur, & præsentia semper sentietur. *Flentes*, pro commissis. Et *lugentes*, pro omissis. Item per hoc notatur continuatio doloris eorum. *Ac dicentes* pro nimio dolore. *Væ, væ* .i. pœna corporis, & animæ, vel sensus, et damni *Ciuitas illa magna* .i. mundus, seu malorum multitudo, quasi dicat duplici miseria afflicta est illa ciuitas .s. animæ, & corporis sensus, & damni, præsentis, & futuri. *Quæ amicta erat purpura, & bysso*, vt diues epulo. Luc. 16. *Bysso*, propter mollitiem carnis. *Purpura* ad oculos, propter vanitatem. Et *cocco*, idest panno violaceo, vel roseo. Et *deaurata est auro, & lapide præcioso, & margaritis* Sed nunquid hæc erunt in inferno? constat, quòd non. Sed signa, vel notæ horum erunt ibi. Reprobi enim retinebunt in inferno, signa, & memoriam felicitatis terrenæ, quā habuerunt in mundo, quòd erit eis in augmentum, & cumulum pœnæ, hæc autem signa, siue notæ, nihil aliud erūt quam maculæ, quas abusu diuitiarum terrenarum contraxerunt, quæ in perpetuum cremabuntur, quia semper comburentur, & nunquam consumentur, Eccle. 27.

Eccle. 27. Contereretur cum delinquente delictum. Sap. 14. Quod factum est cum eo, qui stat, similiter tormenta patiētur. Hoc totum ab illo mercem auri, potest exponi moraliter de hypochritis, qui merces præciosas venales deferunt mundo. s. virtutes, vel virtutum opera, quæ faciunt, vt laudentur, & ita pro vanagloria, vel fauore humano vendunt omnia, quæ faciunt. De quibus dicitur Ironicæ. Matth. 25. Ite potius ad ementes, & vendentes, & emite vobis: sed tūc idest die mortis, vel die iudicij non erit, qui emat, quia omnibus apparebit falsitas, & ignominia nuditatis eorum. Vnde Naum. 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendā gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & proiciam super te abhominationes tuas, & contumelijs te afficiam. Loquitur ad Niniuem, quæ interpretatur sponsa, & significat hypochritam, cuius confusio tanto maior erit, quanto sanctior modo videt. Nunc ꝑtendunt hypochritę, & simulant se habere *Aurū* sapientiæ diuinæ. *Argētū* spiritualis eloquentiæ. *Lapidē præciosum*, vel carbunculum, Christum, vel eminentiam conuersationis sanctę. *Margarita* .i. cādorem vitæ apostolicæ. *Byssum* .i. sanctorum iustificationem. *Purpurā* .i. martirij amorem. *Sericū* .i. virginitatis splendorem. *Coccū* .i. charitatem. *Lignū thyinū* .i. constantiam indeficientem, quia hoc lignum imputribile est. *Ebur*, castimonię, virtutum pulchritudinem. *Es*, longanimitatis, vel fortitudinis. *Ferrū* patientiæ, vel sublimitatis. *Marmor*, inuictę humilitatis. *Cinnamomum* .i. pallorem patientiæ, vel pęnitentiæ. *Amomum*. opinionis redolentiā. *Et odoramentorum, & vnguentorum* .i. donorum spiritus sancti. Et *thuris*. i. deuotionis, & nimię compunctionis. Et *olei* .i. pietatis, siue compassionis. *Et simile* .i. puritatis. *Et tritici* .i. firmitatis. Et *iumentorū* .i. laborum spiritualium. Et *iumentum ouium*, idest simplicitatis, & innocentiæ. *Et equorum* .i. fortitudinis, & strenuitatis. *Et rhedarum* .i. auxilij, & consilij ad supportanda onera infirmorum. *Et mancipiorum* .i. mutui seruitij, & amministrationis. *Et animarum hominum* .i. irrationabilitatis, horum omnium merces se simulāt habere hypochritæ, & vēdunt pro laude hominum. Sed tunc nemó emet, quia apparebit ignominia eorum. Vnde adhuc sequitur. *Et poma desiderij animæ tuæ* .i. odorem bonæ famæ, quæ pro omnibus desiderāt hypochritæ. *Discesserunt a te*. Quia tunc erit pro suaui odore fętor vt Isa. 3. Et *omnia pinguia* .i. omnis deuotio. Et *præclara* .i. omnis bona conuersatio. *Perierunt a te* .i. peribunt ab hypochritis, & amplius *illa iam non inuenientur*, i. vēdentur. Quia omnium hypochritarum malitia, prius latet tunc manifesta erit, hæc etiam totum exponit Glo. de hæreticis, quorum merces in hoc tempore aliquo modo cognosci possunt, sed in fine seculi, a nullo pęnitente emētur. Quia ab omnibus manifeste cognoscetur eorum dolus, & falsitas. Ipsi modo habent multas merces, quas vendunt incautis. Habent enim *Aurum* mundanæ sapientiæ. *Argentum* secularis eloquentiæ. *Lapides præciosos*, i. prædicatores exterius religiosos. Sed intus perniciosos, quales sunt pseudo prophetæ, & hæresiarchæ. Et *margaritas* .i. doctores duros incompassibiles, qui docent errores. *Byssum* .i. hypochritas, qui iusti apparent. Et *purpuram*. i. martyres suos. *Sericum*, idest exteriorem integritatem, qua palliant mentis corruptionem. *Coccū* .i. simulatum charitatem, qua operiunt suam crudelitatem. *Lignū thyinū* .i. obstinationem in malo, quæ videtur incautis, constantia in bono. *Ebur*, simulatam virtutū pulchritudinem, quæ tegit spurcitiam vitiorum. *Es*, erroneam ꝑdicationem, qua simulant se habere, & docere, fidei rectitudinem, *Ferrum* .i. simulatam patientiam, qua palliant deceptionis acumen. *Marmor* .i. simulatam obedientiam, qua palliant suam rebellionem cōtra ecclesiam. *Cinnamomum, & amomum, & odoramentorum mercem* .i. exteriorem sedulitatem orationum, quibus simplices decipiunt, & viduarum domos comedunt. Et *vnguentorū mercē* .i. honorem, & reuerentiam, quam Christo se exhibere dicunt. Et *thuris mercē* .i. deuotionis simulationem. Et *vini* mercem .i. simulatam compunctionem. Et *olei* mercem .i. simulatam pietatem. *simile* mercem .i. puritatem conscientiæ, non verā, sed simulatam. Et *tritici* mercem .i. doctrinam Christi quā

E dicunt se habere. Et *iumenta, & oues, & equos, & mancipia, & animas hominū* se dicunt habere. *Iumenta* domini .i. fortes laboratores, qui portant onera aliorum. Sicut docet Apostolus, Gala. 6. Alter, alterius onera portate. *Oues*, dicuntur simplices, & innocentes. De quibus dicitur Matth. 11. Ecce ego mitto vos, sicut oues, in medio luporum, &c. *Equos*, dicunt se habere. Et *rhedas*. i. prædicatores veloces qui fidem Christi discurrendo, vel velociter portant per vniuersum orbē. Dicunt etiam habere *Mancipia, & animas hominū*, illos qui dicuntur credentes eorum dicūt se habere *Poma desiderij animæ suæ* .i. virtutes quibus sanctarum imitantur vitam. Vnde per totum orbem suum effundunt odorem. Sicut dicit Apostolus. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus, &c. Sed hæc omnia pro magna parte, iam amiserunt hæretici, & iā pauci emunt merces eorum, & ideo lugent. Sed in die iudicij vehementius lugebunt, quando in pęnis positi veraciter cognoscent errorem suum. Ideo dicitur. *Poma desiderij animæ suæ, discesserunt a te* .i. sanctorum virtutes, & opera, quæ dicebant, se habere. F Et *omnia pinguia, & præclara* .i. deuotio, & sanctitas. *Perierunt a te* Babylon .i. confusa hæreticorum cōgregatio. Et *amplius illā iā non vendent* .i. amplius vendere non poterunt post iudicium, vel mortem, quia tunc apparebit omnibus, quales sunt merces eorum. Et *mercatores horum* .i. prædicatorum mercium .i. auari, vel hypochritæ, vel hæretici, qui diuites facti sunt ab ea, sua reputatione, cū re vera pauperes sint. *Longe stabunt. propter timorē tormentorū eius*. Hoc dicit quia tam auari, q̄ hypochritæ, & hæretici videntes pęnam malorum timentes, ꝙ futurū est magis, q̄ præsens dolebūt ꝙ longe steterunt ab illa mala negociatione, & mala cōgregatione. Nunc amatores mundi longe stant a Christo, qui sciunt, ꝙ oēs qui pie volunt viuere cū Christo persecutionem patientur. 2. Thi. 3. Sed tūc *Longe stabunt ab eo*, quia nullo modo ab eo consolabuntur. Psal. Longe a peccatoribus salus. i. Iesus, quòd iustificat, non exquiritur. Et erunt miseri in pœnis, quas fugiunt, sed tunc fugere non poterunt. Vnde Iob. 6. Qui timet pruinam. i. pęnam temporalem, & G irruet super eos nix. i. pęna æterna. Pruina enim, quia de terra nascitur significat pœnam pręsentem, nix vero, quia de cœlo venit, significat pœnam æternam. Item Iob 20. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum ęreum. Dico quòd *Longe stabunt flentes* de commissis. *Lugentes* de omissis. *Ac dicentes*. *Va, va*. Bis, propter pœnam animę, & corporis. Ezech. 30. Vlulate, væ, væ dies, quia iuxta est dies domini. *Ciuitas illā magna* .i. mundus, vel Roma. *Quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco*: i. præciosis, & curiosis vestibus. Et *deaurata est auro, & lapide præcioso*, & margaritis. Ad literam hic reprehendit Iohānes superfluum apparatum, & ornatum vestium mundanorum, & maxime Romanorum, quæ pompa vestium si non esset peccatum, profecto tam studiose dominus nō exprimeret eam in euangelio. Luc. 16. vbi dicit. Homo quidā erat diues, qui induebatur purpura, & bysso: & epulabatur quotidie splendide, sed postea mortuus est, & sepultus est in infernū. Ideo dicitur Isa. 3. Pro eo, quòd eleuatę sunt filiæ Sion. i. mūdanæ mulieres, vel Romanæ, & ambulabāt H extento collo, decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelides, &c. Et erit pro suaui odore fętor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluicium, & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes in bello. Et mœrebunt, atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. Si ita minatur dominus mulieribus; propter superfluum ornatum earum, & viris ipsarum. Nūquid immunes erunt clerici, & prælati ecclesiastici, qui de patrimonio crucifixi, huius ornatum dant nepotibus suis, & supra genus suum de bonis ecclesiæ maritant, quæ, re vera furantur pauperibus, quorum sunt bona ecclesiæ. Vnde Isa. 3. Vos depasti estis vineam, & rapina pauperum in domo vestra. Ibi Glo. Hieronymus, qui fuit prælatus, & sciuit statum ecclesiæ, principes quidē nostri, cum pauperes peccantes publice arguant, & confundāt diuitibus peiora

peccantibus,

peccantibus, nec tamen faciunt, in quorum domo rapina pauperum, & dum opes ecclesiæ sibi thesaurizant, & in delicijs abutuntur, & quæ dantur ad substentationẽ pauperum, sibi reseruant, & propinquis distribuunt, & aliorũ inopias suas, vel suorum diuitias faciunt, & bene dixit. *Væ, væ, quoniã vna hora* .i. cito destitutæ sunt tantæ diuitiæ. Sap.5. Quid vobis profuit superbia, aut diuitiarũ iactantia quid contulit vobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra .i. cito. Infra. duobus aggrauat. Io. pœnã mundanorum. Primo, quia pristinam felicitatem ad memoriam reducit. Secundo in hoc, quòd velociter defecisse ostendit. Vnde conqueruntur ipsi, quòd tali felicitati adhæserunt. Et *omnis gubernator*, destitutus est. Et *omnis, qui in lacum nauigat* destitutus est. *Et nautæ* similiter sunt destituti, & qui in mari operãtur nauigando, vel potius naues ad nauigandũ fabricando. *Longe fuerunt*.i. longe stabunt a sua negociatione, quia iam amplius exercere illam non possunt. Vel sicut in hoc mundo. *Longe fuerunt* a Deo per culpam, ita longe stabunt in inferno per pœnam interminabilem. Mistice autem ostenditur hic pœna malorum prælatorum vt innuit. Glo. Gubernatores dicit maiores prælatos, vt episcopos, quorum officium est ecclesiam gubernare. Sic Noe archam, & Petrus nauiculã habuit, in qua frequenter dominus sedit. Vnde Luc.5. Ascendens Iesus in vnam nauem, quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum, et sedens in naui docebat turbas, sic docuit prælatos, quòd ipsi deberent facere. s. reducere nauem a terra. i. ecclesiam elõgare a cura terrena: & sic turbas docere de naui reducta a terra. Nauigantes in lacum vocat illos, qui ad maiorem prælationem aspirant, sicut dicit glo. De quibus dicitur Eccle.43. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius, & audientes auribus nostris ammirabimur. Nautas vocat minores p̃latos, vt decanos, archidiaconos, & alios. De quibus Eze.27. Gubernatores tui. i. episcopi, et senes biblij, & prudentes eius. i. doctores theologi, habuerunt nautas ad mysterium varie, superlectilis tuæ omnes naues maris. i. ecclesiæ parochialis. *Et nautæ* eorum fuerũt in prælio. Negotiationis tuæ operantes in mari vocat prædicatores. De quibus Psal. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis. i. in doctrinis, & populis multis, hi omnes malæ implẽtes officium. *Longe fuerunt* .i. stabunt a suis prælationibus degradati, & in profundo inferni detrusi. 1. Cor.15. Deinde finis cum tradidit regnum Deo, & patri, cum euacuauerit omnem principatum, et potestatem, & virtutem. Eze.27. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum, conturbabuntur classes, & descendẽt de nauibus suis omnes, qui tenebant remum, nautæ, & vniuersi gubernatores tui in terra stabunt, & vlulabunt super te voce magna, & clamabunt a mare. Vnde sequitur hic. *Et clamauerunt* cum dolore, & timore. *Videntes locum incendij eius*: infernum succensum igne, & sulfure. Vt dicitur Infra. 20. Dicentes præ stupore. Quæ similis ciuitati huic magnæ. i. mundo, vel Romæ, quæ fuit in tanta gloria, & modo est in tanta miseria? Eze.27. Quæ est vt tyrus, quæ obmutuit in medio maris. Causa hu9 damnationis est amor, siue cupiditas terrenorum. De qua dicit. *Et miserunt puluerem super capita sua* .i. in mente habuerunt terrena non spiritualia, per amorem, quam domini fuerunt in hoc mundo. Ezech. 27. Supponent puluerem capitibus suis, & cinere spargentur. *Et clamauerunt* .i. clamabunt præ nimio dolore. *Flentes*, pro pœna sensus. *Et lugentes*, pro pœna damni, vel *Flentes, & lugentes* .i. continue dolentes. Dicentes. *Væ, væ ciuitas illa magna*. Duplex væ, duplici fletui respond. Ezech. 27. Plorabunt te in amaritudine animæ, ploratu amarissimo, et assument super te carmen lugubrẽ, & plangent te. *In qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari, conducendis de precijs eius* .i. de mercibus suis, quæ illo precio emebantur, tunc quidem diuites ad tempus, sed modo sunt pauperes in perpetuum, tunc habuerant naues in mari ad lucrandum, nunc habent merces in amaritudine ad lugendum. Mistice. *Habentes naues in mari*, sunt rectores ecclesiarum fluctuantium in mari huius seculi, qui modo ad literam. *De pretijs* nauium dicuntur. i. de redditibus ecclesiarum. Vnde Ezec.27. In multitudine

A diuitiarum tuarum, & populorum tuorũ ditasti reges terræ. i. principes ecclesiæ. Vnde, & ipsi dicunt. Zach.11. Benedictus dominus, quia diuites facti sumus. Sed modo sunt miseri, & pauperes omnimoda paupertate: sed nec etiam tunc fuerũt diuites, sed quasi diuites, quia diuitiæ, quas habebãt cito defecerunt, nec eas ferre secum potuerũt. Pro.13. Est quasi diues cum nihil habeat. Psal. Simul insipiens, & stultus peribunt, & relinquẽt alienis diuitias suas, & sepulchra illorũ dom9 illorũ in perpetuum, & infra. Ne timueris cũ interierit, non sumet oĩa, &c. Et hic miser homo cum in honore esset non intellexit, & ideo comparatus iumentis insipientibus, &c. Iob.30. Hoc scio a principio, ex quo posit9 est homo, super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypochritarum ad instar puncti. Itẽ in eodẽ 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto, ad infernum descẽdũt. Psal. Dormierunt somnũ suũ, & nihil inuenerunt, &c. Ier.17. Perdix fouit, quæ non peperit. Fecit diuitias, & non in iudicio, & in dimidio dierum suorum derelinquet eas, &
B in nouissimo suo erit insipiens. i. apparebit.

Exultate super eã cœlum, & sancti Apostoli, & prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare dicens. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur. Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentium, & tuba, non audietur in te amplius, & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ: quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea sanguis prophetarum, & sanctorum inuentus est: & omnium, qui
C *interfecti sunt in terra.*

Exulta super ea, Secunda pars capituli, in qua agitur de exultatione sanctorum, pro separatione eorum a malis, & dicuntur hic tria. Primo monet sanctos ad exultandum. Vnde Glo. Postquam prædixit Iohannes hanc damnationem futuram impijs, monet bonos exultare, vt concordent in diuino iudicio, quia his damnatis, sequitur eorum remuneratio. Secundo vt magis gaudeant sancti, ostenditur eis modus punitionis malorum, & separationis, ibi. *Et sustulit vnus*. Tertio vt hinc abundantius gaudeant de euasione pœnæ, & separatione societatis malorum, ostenditur ipsi, q̃ omnis consolatio subtrahitur malis, ibi. *Et vox citharœdorum*. Item breuis epilogus præmissorum. Alter itaque angelorum Christus Babylõ subuersa, & habitatio dæmonũ. atq; custodia facta. Vniuersitas impiorum damanata, & dæmonum cruciatibus tradita. Alia vox de cœlo, blanda ammonitio iustis exhibita, exitus de Babylone, quando sepa-
D ratio fit a confusione luctus regum, & negociatorum, dolor superborum, & cupidorum, siue maiorum, & minorũ. Omnes quippe de nimia eius ruina in inferno lugebunt, qui eius statum in mundo dilexerunt. Dicit ergo. *Exulta super eam cælum* .i. angeli secretorum diuinorum conscij. *Et sancti Apostoli & Prophetæ*, qui in hoc mundo pressuras habuistis, sed futura mala præuidentes sapienter cauistis. *Quoniam iudicauit Deus vindictam de illa* Babylone. i. impia multitudine, vt sicut illa bonos oppressit iniuste, ita ne ipsa iuste opprimatur a Deo iudice. Isa.33. Væ, qui prædaris, nonne, & ipse prædaberis, væ, qui spernis, nõne, & ipse sperneris? cũ cõsummaueris consummationem deprædabiers. *Et sustulit*. Hic ostẽditur modus damnationis malorum, vt magis gaudeant sancti, non de pœna illorum, sed de iusticia dei, quæ sine conditione fiet. Vnde Psal. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Dicit ergo. *Et sustulit* .i. sursum tulit, honores, & diuitias conferendo, superbire permittendo. *Vnus angelus*. i. Christus, qui dicitur *Angelus*, quia missus, & vnus, quia inuariabil is.

inuariabilis, semper in eodem statu manens. *Fortis*, quia aereas potestates deuicit. Psal. Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio. Iere. 45. Fortis impegit in fortem, & ambo pariter ceciderunt. *Lapis*, propter duritiam obstinationis. *Magnus*, propter multitudinem, & magnitudinē malorum. *Molaris*, propter circuitum mentis, quo eum mūdo voluuntur in giro. Psalm. Impij in circuitu ambulant. 1. Reg. 25. Dixit Abigail ad Dauid. Anima inimicorum tuorū rotabitur quasi in impetu, & circulo fundæ. De primo lapide. i. impia multitudine dicitur. Iob. 28. Lapidem caliginis, & vmbra mortis diuidit torrens a populo peregrinante. Zachar. 12. Ponam Ierusalem lapidem oneris. i. onerosum, vt profundius corruat. Exo. 15. Descendent in profundum quasi lapis, & hoc est, quòd sequiť hic. *Et misit in mare*. i. amaritudinem inferni. *Dicens* modo, propter prædicatores. *Hoc impetu mittetur* in infernum. *Hoc impetu*. i. cito, & irrecuperabiliter. Quia quanto plus exaltati sunt, tanto grauius cadent, quanto grauia altiori, &c. *Babylon illa magna ciuitas*. i. impiorum multitudo, in qua sunt multi, et magni, secundū mundum. Hoc est sicut lapis eleuatus est in altum, maiori impetu descendit, & profundius vadit. Sic impia multitudo modo permittitur eleuari, vt grauius, & profundius corruat in infernum. Iuxta illud. Tolluntur in altum, vt lapsu grauiori ruant. Psal. Deiecisti eos dum alleuarētur. Iob 30. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me valide. Reprobi nanque qui modo in gloria seculi præsentis extolluntur in fine seculi ad ima demergentur. Psal. Vidi impium superexaltatum, &c. Et vltra non inuenietur in mundo, vel in numero beatorum, postquam ceciderit in infernum. Quod est contra quosdam hæreticos, qui dicūt, quòd reprobi in inferno pœnitebunt, & post mille annos liberabuntur. Sicut dicit hic interlinearis, & forte hæc heresis occasionaliter orta est: ex illo loco, Isa. 24. vbi dicitur. In die illa visitabit dominus super malitiam cœli, in excelso, & super reges terræ, qui sunt super terram, & congregabuntur in congregatione, vnius fascis in lacum, & claudeť ibi in carcere, & post duos dies visitabuntur. Sed ipsi decipiunť, quia visitatio illa intelligitur de die iudicij, quando venient omnes de inferno, vt resumptis corporibus simul in corpore, & anima audita sententia in infernū recludanť, & quòd hoc sit verū probatur multis auctoritatibus. Primo dicitur Iob. 4. De mane vsque ad vesperam succidenť, & quia nullos intelligit in æternum peribūt. Secundo diciť Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonē, in quocūque loco ceciderit, ibi erit. Tertio Matth. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Quarto dicitur Apoca. 20. *Mors, & infernus dederunt mortuos suos*, & iudicatum est de singulis, secundum opera ipsorum, & infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis, hæc est mors secunda. *Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in ea amplius*. i. nulla consolatio erit in inferno, vel iucunditas, quæ solet aliquando fieri ex musicis instrumētis, potius planctus, & gemitus, & luctus, & vlulatus erit, ibi, & non melodia. Sapientiæ. Vlulate habitatores pilæ conticuit omnis populus Canaan. 1. Reg. 2. Impij in tenebris conticescent, hoc contra illos, qui modo nimis in huiusmodi musicis delectantur. Vnde etiam dicitur Isa. 5. Cithara, & lira, & timpanum, & tibia, & vinum, in conuiuijs vestris, & opus dñi, &c. Notāter hęc autē dixit, nō quia hęc instrumenta, vel vsus sit malus, sed multa comitatur vanitas, et frequenter peccatum, & ideo sic loquitur scriptura. *Et omnis artifex, & omnis ars non inuenietur in ea amplius*. i. nullum officium, vel artificium erit ibi, vnde possit homo acquirere victum, vel aliquid apud Deum promereri. Vnde Ecclesi. 9. Quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciētia, &c. Arg. est, quòd philosophi obliuiscentur scientiæ suæ in inferno, & hoc satis probabile est. Cum enim sit aliqua infirmitas, quæ hominem adhuc viuentē facit amittere scientiam, multo fortius videtur, quòd pęna inferni, quæ excedit omnem infirmitatem, hoc faciat. Habebit tamen recordationem multorum, ex quibus aggrauabitur eorum pęna, sicut dicit Gre.

E de igne inferni. Dicit, q̀ lucebit ad aliquid, & ad aliquid nō lucebit. Lucebit. n. ad hoc vt videre possint, vnde doleant. Nō lucebit ad hoc, vt nō videāt, vnde gaudeant. Sic scientia eorum, quę faciet ad eorum pęnā illa remanebit, aliā amittent. *Et vox molæ*, quæ est vel ad sapores, vel ad panem præparandum. *Non audietur in ea amplius*, & conuertit modo sermonem Iohannes ad Babylonem, ad maiorem ipsius confusionem. *Et lux lucernæ non lucebit tibi amplius*. i. ad tuam delectationē. Eccle. 11. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem, tunc nō poterit videri Sol ab eis, quia stabit in Oriente, vbi creatus est, vt dicitur Abacuch. 3. Nec descendet amplius sub terra, ne eius lumine perfruantur damnati vt dicit Isido. *Et vox sponsi, & sponsæ*. i. cantilenæ nuptiales, quę solent dici, vel gaudium nuptiale, quod solet fieri in nuptijs, *Non audietur adhuc in te*. i. in inferno, vbi tu eris, & ne aliquis putaret, quòd sine causa hæc Babyloni subtraheret dominus, ideo ostendit Iohannes causam quare omnia prædicta subtrahantur ipsi. Quia scilicet non elegit principes,
F nisi qui terrena amabant, & desiderabant, & quęrebant, & qui eis mala potius, quàm bona suadebant, & hoc est. *Quia mercatores*, quasi dicat Iohannes pateris prædicta. *Quia mercatores tui erant principes terræ tuæ*, quasi dicat tales principes eligebas, & ideo prædicta pacieris: sed si Babylon, ideo punietur, quia terrænos, & cupidos principes eligebat, quid fiet de ecclesia, idest de canonicis, qui terrenam sapiētiam, plus quęrunt in suis electis, vel eligendis, quàm diuina, & illos, qui sciunt terrena procurare præpoponunt illis qui scirent spiritualia procurare, atque gubernare. Baruc 3. Filij Agar, qui exquisierūt prudentiā, quę de terra est & negociatores terræ, & themā, viam autem sapientiæ nescierunt. Infra. Ibi fuerunt gigantes, nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Eze. 19. Mater tua Leena inter leones cubauit, in medio leunculorum, & nutriuit catulos suos, & eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est, & didicit capere prædam, hominemque comedere, & talis bonus est prælatus. *Et quia in veneficiis tuis er-*
G *rauerunt omnes gentes*. i. exemplo, & maleficiorum tuorū imitantes te, & dicit. *Omnes gentes*. i. de omnibus aliqui, vt sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum. *Et in ea sanguis prophetarum, & sanctorum inuentus est*, quasi dicat, & ideo etiam punieť, quia effudit sanguinem prophetarum, & aliorum sanctorum, cuius vindicta a domino requiretur, sicut legitur Gene. 4. De sanguine Abel, cuius vox clamauit ad dominum de terra, & constat, quòd vindictā petebat, & quia multos occidit Babylon. i. impia multitudo, ideo addit. *Et omnium, qui interfecti sunt in terra*, quasi dicat, non solum sanguis eorum inuentus est in ea, immo *Omnium, qui interfecti sunt in terra*: etiam malorum sanguis requiretur ab ea, quos iuste occidit, etiam digni erant occidi. Quia vt dicit Glo. Si malus malum occidat, occisorem non excusat nequitia occisi. breuis epilogus præmissorum. *Vnus ergo* angelus est ordo prælatorum. Secundo subleuatio *Lapidis molaris* redargutio elationis, duræ, superbæ instabilis Babylonis. *Missio in mare*, prophetia, & prædicatio damnationis
H æternæ. *Vox citharœdorum*; & aliorum, quæ scripta sunt ab initio, bonorum temporalium priuatio.

CAPVT XIX.

2 *POst hec audiui quasi vocem tubæ multæ in cœlo dicentis. Haleluiah. Salus, & gloria, & honor, & virtus domino Deo nostro est, quia vera, & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius, & iterum dixerunt Haleluiah. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronū, dicentes. Amen haleluiah. Et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, et*

qui timetis eum pusilli, & magni. Et audiui vocem tubæ multæ, & vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium. Haleluiah: quoniam regnauit dominus Deus noster omnipotens.

Post *hæc vidi*. In præcedenti capitulo dictum est de casu Babylonis, & de exultatione sanctorũ gratias agentium Deo de vindicta assumpta de meretrice illa. In hoc autem capitulo agit de gratiarũ actione sanctorum pro eo, quod separati sunt a malis. Diuiditur autem capitulũ istud in tres partes. In prima parte agitur de gratiarũ actione pro vindicta assumpta a malis. In secunda de gratiarum actione pro saluatione ecclesiæ, ibi. *Gaudeamus*. In tertia agitur de pœna Antichristi, & suorum, ibi. *Et vidi bestiam*. Et notandũ quòd sicut ostensum est Iohanni, quòd appropinquãte die iudicij, maiores de multitudine impia habitum pœnitentiæ præferentes, dicent. *Væ, væ* dolentes de eo, quòd fecerũt. Ita quoque nunc ostenditur ipsi, sanctos appropinquante die iudicij, dicturos tunc. *Halelujah*. i. gauisuros, & Deum laudaturos de iudicio suo, quo bonos remunerabit, & malos condemnabit. Dicit ergo. *Et post hæc*. i. post completã damnationem malorum. *Audiui quasi vocem tubarum multarum in cœlo*. i. in ecclesia dicentium. *Halelujah*. i. laus inexplicabilis. Laus, & gloria, & virtus, Deo nostro est. Hæc omnia significãt gaudium sanctorum de vindicta malorum, & salute bonorum, & ferè idem significant illa quatuor nomina. Item dicitur *Halelujah*, propter vnitatem essentiæ diuinæ, quæ propter sui immensitatẽ comprehendi non potest, nec digne laudari. *Laus, gloria, virtus* dicitur, propter sanctã Trinitatem personarum. *Laus*, ratione bonitatis, quę attribuitur sapientiæ. *Virtus*, ratione potestatis, quæ attribuitur patri, vel filio, qui dominꝰ noster est Christus, quẽ datus est nobis, vt dicitur Isa. Ipsi est *Halelujah*, inquantum Deus est, alia tria, inquantũ homo. Nã *Laus*, debetur ei pro sancti spiritus missione, qui corda discipulorum adimpleuit gratia, ad recte credendum. Cor eorum solidauit patientia, ad substinendum omnia pro Christo. Ora aperuit ad laudandum ipsum. Vnde. Sap. 10. Victricem manum tuam domine laudauerunt pariter, quõ sapientia aperuit os mutorũ, & linguas infantium facit disertas. *Gloria* debetur ei pro natiuitate. Vnde cantauerunt angeli ipso nato. Gloria in altissimis Deo. Luc. 2. & ecclesia quotidie dicit. Gloria tibi domine, qui natus es de Virgine. *Virtus*, debetur ei pro diaboli victoriosa deiectione, vt dicit. Glo. Deinde ostendit Iohannes causam laudationis, & glorificationis, dicens. *Quia vera, & iusta iudicia eius sunt*. Vera quidem promissa reddendo, prædicta, vel facta implendo. *Iusta* vero vnicuiq;, secundũ merita tribuendo. Psal. Fidelis dominus, in oĩbus vijs suis, & sanctus in oĩbus operibꝰ suis, & re vera iusta sunt iudicia eius. *Quia iudicauit* iam in præscientia, et tandem in euidentia, *De meretrice magna*. i. Babylone, quæ est mundus, vel multitudo impia, vel ciuitas Romana. Iere. 51. Vastauit Deus Babylonem, & disperdit ex ea vocem magnam, & merito iudicauit de ea dominus. *Quæ*. i. quia illa. *Quæ corrumpit terram*. i. ecclesiam *in prostitutione sua*. i. luxuria sua, vel potiꝰ, in venalitate sua. Quia sicut meretrix, venales sunt mundani, & Romani. Iuxta illud Eccl. Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim animam suam venalem habet. *Et vindicauit sanguinem seruorũ suorũ*, quem fudit impia multitudo, & maxime ciuitas Romana. *De manibus suis*. i. Babylonis, quæ sanctos occidit, Deut. 32. Laudate gentes populum eius, quoniam sanguinem seruorum suorum vlciscetur. Psal. Requirens sanguinem eorum recordatus est, et non est oblitus clamorem pauperum. Est autem duplex sanguinis effusio, Vna fit per occisionem, de qua Psal. Effuderunt sanguinem tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat, qui sepeliret. Alia fit per exactionem, de qua Eccl. 34. Panis egentium, vita pauperum est, qui defraudat illum homo sanguinis est, qui auferet in sudore panem, quasi, qui occidit proximum suũ, qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit

A mercennario, fratres sunt. Prima effusio olim celebrata est Romę, nunc alia celebratur, qua celebrata, fiet de vtraque vindicta Abacuch. 2. Quoniam tu expoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes, qui residui fuerũt de populis propter sanguinẽ hominis, & iniquitatem terræ ciuitatis, & exiuit sanguis de lacu, vsque ad frenos equorum. Quia inde re vera ponitur aurum, & argentum in frenis, & implet quòd dicitur Zach. 14. In die illa erit, quòd supra frenũ equi est factum dominus. i. res sanctificata domino acquisita. s. de bonis ecclesiæ, quæ Christus suo sanguine comparauit. Inde satiricus. Dicite põtifices, in tẽplo quid facit aurum? Beatus Bernardus. Sic Serpit hodie pudibunda tabes clericorum, per omne corpus ecclesiæ. Nam officio sunt ministri Christi, sed seruiunt Antichristo honorati incedunt de bonis domini, cui honorem non deferunt in eis vtique meretricius, nitor, & histrionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frenis, in sellis, in calcaribus, & plus calcaria eorum, quàm altaria fulgent. Inde mensæ splendidæ, & cyphi. Inde comessationes, & ebrietates. Inde cithara, & lira, & tybia. Inde torcularia redundantia, et cellaria referta, & promptuaria plena eructantia, ex hoc in illud. Inde dolia pigmentata. Inde referta marsupia. De his olim a domino prædicta est sententia, & nunc tempus aduenit, ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara quippe fuit in Nece martyrũ. Amarior in cõflictu hæreticorũ. Amarissima nunc in moribus clericorum. *Et iterum dixerunt Halelujah*. Glo. Per hanc iterationem debemus intelligere laudem esse æternam. Vnde Psal. Beati qui habitant in domo tua domine, &c. Vnde Augustinus in fine de ciuitate Dei. Vacabimus, & videbimus: videbimus, & amabimus: amabimꝰ, et laudabimus, ecce quid erit in fine sine fine. Primo dictũ est *Halelujah*, pro vindicta peccatorum, quæ fecerunt sanctos persequẽdo. Vnde Eccl. 1. Impijs, & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in die vindictę. Deinde ostẽdit Iohannes in parte qualis erit vindicta dicens. Et *fumus eius ascendit in secula seculorum*. i. continue, & perpetue, & per fumi perpetuitatem, & continuationẽ, ostenditur ignis continuus, & perpetuꝰ. Isa. in fine Ignis eorũ non extinguetur supra. *Fumus tormentorum suorum in secula seculorum ascendet*. Ibi pleniꝰ dictum est de hoc. Et viginti quatuor seniores. i. veteris, & noui testamenti patres, mores maturos habentes ceciderũt idest se humiliauerunt, grãs referendo de vindicta malorũ, *Et quatuor animalia ceciderũt*, similiter laudantia Deum. Per *Quatuor animalia* designantur maiores sancti, vt dicit. Glo. qui cũ minoribus laudant *Deum sedentem super thronum*. i. super ecclesiam, vt iudex. De hoc dicitur supra. 4. *Cum darent illa quatuor animalia, & gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorũ*, procedebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum. Dicentes. *Amen halelujah, Amen*, quòd est Responsio cõfirmatiua pertinet ad minores *Halelujah*, quòd est laus inexplicabilis pertinet ad maiores. Vnde. 1. Cor. 14. Quis supplet locum idiotæ? quomodo dicet amen super tuam benedictionem? Ideo in ecclesia carnotensi, Canonici non

D respondet amen in choro, quando celebrat episcopus, ne videantur minores, vel idiotę. secundum Glo. *Amen halelujah* totum refertur ad minores, quasi dicat. Verum est, quòd Deus est ita gloriosus, etiam vere laudandus, ad hoc quòd punit malos. Et *vox de throno exiuit*. i. admonitio de ecclesiasticis viris, qui sunt thronus Dei, quia in eis sedet Deus dicens ad aures omnium. *Laudẽ dicite Deo nostro*. i. Christo, qui creauit, & recreauit, & iudicauit nos, ad hoc facti sumus omnes. s. ad laudandum Deum. Deute. 26. Quos creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam. Isa. 42. Cantate domino canticũ nouũ, laus eiꝰ ab extremis terræ. Psal. Laudate dominum omnes gentes, &c. Sed quoniam nõ est laus speciosa in ore peccatoris, vt dicitur Eccle. 15. ideo ostẽdit, qui sunt quos admonet ad laudandum, dicens. *Omnes sancti eius*. Glo. vel serui. i. qui sancte seruiunt ei secundum illud Lu. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia. i. sancte, & iuste. *Et qui timetis Deũ*, timore casto, seu filiali. *Pusilli, & magni*. Hoc est quòd dicitur Isa. 42. Laus eius ab extremis terræ. Extremà

siquidem

E siquidem terræ, sunt pusilli, qui nequeunt implere consilia, nec secreta mysteria penetrare, & magis, qui vtrunque possunt. Eccle. 15. In multitudine electorum habebit laudem. *Et audiui* posita mutua ammonitione, qua sancti se mutuo exhortantur, in laudes Dei ponit. Ideo mutuam laudationem, quæ tripliciter nominatur .s. *Vox tubæ*, quia vocat ad festum, & conuiuium spirituale. Item *Vox aquarum multarum* ad significandum, quòd multi sunt in laude illa. Item *Vox tonitrui*, ad significandum, quòd ipsa est admirabilis bonis, & terribilis malis. Dicit ergo. *Et audiui* post mutuam excitationem. *Quasi vocem tubæ magnæ* .i. eorum, qui vt tuba exaltauerunt vocem suam prædicando, & nunc exaltant, in cælo iubilando, vt dicit Glo. Isa. 42. Populum istum formaui mihi, laudem meam cantabit. *Et sicut vocem aquarum multarũ*, idest populorum multorum, Deum laudantium, quorum prædicatio vim habuit mundandi, sicut aquæ multæ. *Et sicut vocem tonitruũ magnorũ*. Glo. quia sanctorum exultatio terret impios. Vnde .1. Reg. 4. Allata est archa dñi in castra Israel, & timuerunt dicentes. Væ nobis *Dicentiũ halelu.ah*.i. F laudate Deum, quoniam potens, quoniã maior est omni laude, vt dicitur. Eccle. 4. *Quoniam regnauit dominus Deus noster omnipotens* destructo regno malorum. Isa. 2. Incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur autem dominus solus. In qua contra ter, positum est *Halelu.ah*, in hoc capitulo, propter laudẽ Trinitatis, & vnitatis, vel propter quatuor effectus ipsius circa nos, qui respondẽt quatuor nominibus positis. *Dominus Deus noster omnipotens*. *Dominus*, qui potenter creat. *Deus*, qui sapienter gubernat. *Noster*, qui clementer educat. *Omnipotens*, qui gloriose glorificat. Sequitur.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se byßino splendenti, & candido. Byßinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi. Scribe: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Et dicit mihi. Hæc verba Dei vera sunt. Et cecidi G *ante pedes eius, vt adorarem eum, & dicit mihi. Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentiũ testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur Fidelis, & Verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius. Verbum Dei. Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byßino albo, & mundo. Ex ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea, & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet in vestimento, & in femore suo nomen* H *scriptum. Rex regum, et dominus dominantium. Et vidi vnũ angelum stantem in Sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cœli. Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei: Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, et carnes fortiũ, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & seruorum, & pusillorũ, & magnorũ.*

Gaudeamus. Hæc est secunda pars capituli, in qua agitur de laude sanctorum, & gratiarum actione, pro sua liberatione, & remuneratione, & dicuntur hic quinque. Primo ponitur laus de singulari cuiuslibet glorificatione. Secundo ponitur laus pro omnium glorificatione. Ibi. *Quia venerunt*. Tertio præcipiť Iohanni, vt inuitet ad illã gloriã verbo, & scripto, ibi. *Et dixit mihi: scribe*. Quarto vult Iohan-

E nes angelum adorare pro tantæ reuelationis munere, ibi. *Et cecidi*. Quinto prohibetur hoc facere, & ostendit, ei quẽ debet adorare, ibi. *Et dixit mihi*. Dixit ergo Iohannes in persona omnium sanctorum. *Gaudeamus*, propter dotes animæ. *Et exultemus*, propter dotes corporis. *Et demus gloriam ei* .i. nos omnia bona ab ipso reputemus. Sicut Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. *Quia venerũt nuptiæ agni*. Glo. i. coniuncta est ecclesia Christo quarum nuptialia cõtracta fuerunt in prophetarum sponsione, perfectum autẽ matrimonium, fuit per verba de præsenti, in collocutione mutua Angeli, & Mariæ. Consummatũ vero fuit in carne, & verbi vnione. Solẽnitas celebrari cœpit in ascensione, Nunc autem paulatim traducitur spõsa in domum sponsi: sed in fine totaliter traducetur, & tunc generale conuiuium fiet. Sicut dicitur Isa. 25. Faciet dominus exercituum omnibus populis in mõte hoc conuiuiũ pinguiũ, &c. Itẽ Hest. 1. Tertio anno Imperij sui fecit grande conuiuium Assuerus cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarũ, F & Medorum inclitis, & præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuinas gloriæ regni sui. Principes dicit angelos, pueros, prophetas, fortissimos Persarum martyres, Medorũ inclytos, confessores, præfectos prouinciarũ, apostolos. *Et vxor eius præparauit se* .i. fecit se idoneam, vt ei copularetur. Amos. 4. Præparare in occursum Dei tui Israel. Ista autem præparatio consistit in duobus .s. in depositione vetustatis, & indutione nouitatis. Vnde Roma. 13. Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Ephe. 4. Deponite vos secundũ pristinam conuersationem, veterem hominem, qui corrumpitur, secundum desideria erroris. Renouamini aũt spiritu mentis vestræ, & induite nouũ hominem, qui sm Deum creatus est in iustitia & sanctitate, &c. Mat. 25. Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit, exite obuiam ei, & quæ paratæ erant intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clausa est ianua. *Et datum est illi* a Deo a quo est omne bonum. *Vt cooperiat se byßino splendenti, & candido* Byßinũ ad literam est vestis de bysso facta. *Byssus* autem est ge- G nus lini candidissimum, quòd crescit in Aegypto. Significatur autem per byßinũ iustitia, quæ est vestis sanctorũ, Vnde Iob. 29. Iustitia indutus sum. Et Psalm. Sacerdotes tui induantur iustitia. Candor autem byßini respicit conscientiæ puritatem. Splendor vero conuersationis exterioris, honestatẽ. Vnde sensus est. *Datũ est illi* .s. ecclesiæ. *Vt cooperiat se byßino splendenti, & candido* .s. puritatẽ, interioris conscientiæ, & honestatẽ conuersationis exterioris: Et hoc est q̃ dicitur Isa. 35. Gloria libani data est ei .i. gloria conscientiæ decor carmeli .i. honestas exterior. Vnum, propter se, alterum propter proximum est necessarium. Deinde ponit *Byßinum*, dicens. *Byßinum enim*, quasi dicat. Re vera byßino cooperta est sponsa .i. totius habitudinis puritate. *Byßinum enim iustificationes sanctorum sunt*, quæ candidæ sunt interius in conscientia, quo ad se, & splendidæ exterius, quo ad alios. *Et dixit mihi*. Hic præcipitur Iohanni, vt inuitet ad nuptias, & inuitationẽ scribat, vt diutius possit durare. Vnde dicit *Et dixit mihi* angelus .s. dominus ipse *scribe*, hoc .s. quòd sequi- H tur. *Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati sunt* .i. ad cõuiuiũ cælestе, vbi sancti omnes cum domino epulabuntur, cum gaudio. Quod conuiuium dicitur cœna, quia nullum aliud, cõuiuium succedit illi, & quia delicata fercula apponentur in ea. Ex qua nullus semel admissus expellitur: de prandio vero multi expelluntur. Matth. 22. Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? &c. Prandium est gratia militantis ecclesiæ. Sed cœna est gratia cœlestis patriæ. De qua Luc. 14. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Item Lu. 22. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis regnũ sicut disposuit mihi pater meus, vt edatis, & bibatis, &c. In hac auctoritate ponuntur septem, quæ reddunt cœnam delectabilem. Primum est nobilitas seruitoris, quæ notatur, cum dicitur. *Et ego*. Secundum est ordinata positio ferculorum, quæ notatur cum dicitur *Dispono*. Tertium est honestas conuiuarum, quæ notatur ibi *Vobis*. Quartũ est hilaritas inuitantis, quæ notať, ibi. Sicut disposuit mihi pater meus

termeus. Quintum est abundantia ferculorum, quòd notat, ibi Regum, quasi totum cellarium dabit. Sextum est familiaritas dñi, quòd notat ibi. Super mensam meam. Septimum, est angustias loci, quòd notatur ibi in regno. Octauum est securitas, quòd notatur, ibi, meo. *Et dixit mihi, hæc verba Dei vera sunt*, & ideo scribenda sunt .s. quòd illi, qui vocati sunt ad cœnam vocatione dico prædestinationis. *Beati sunt mo autem* omnes, qui vocati sunt vocatione prædicationis. Vel iustificationis *Beati sunt*. Quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 20. *Et cecidi*. Hoc viso, vult Iohannes reuerentiā exhibere angelo sibi hęc reuelanti, quasi gratiam, post gratiam reddens. Vnde dicit. *Et cecidi*, .i. me humiliaui mente, & corpore *Ante pedes eius* .i. angeli .s. hęc mihi reuelātis, *vt adorarem* Corā cano capite surge, & reuerearis personam senis. hoc exēplo docemur nos reuereri maiores nostros. *Et dixit mihi*, voleoti me humiliare. *Vide ne feceris* .i. noli me adorare, quasi maiorem, & digniorem te. *Conseruus enim tuus sum, & fratrū tuorū*, quasi dicat, ego, & tu, & fratres tui, serui sumus eiusdem dñi .s. Iesu Christi, qui est frater noster, o angele non tuus, & in hoc maiores sumus, salua tua gratia. Sed quia sunt fratres natura, & fratres gratia ostendit: de quibus fratribus intelligat .s. de fratribus gratiæ. Vnde dicit. *Habentiū testimonium Iesu* .i. gratiā spiritus sancti, quæ testificatur ipsos esse filios Dei. Iohan. i. Spiritus reddit testimoniū spiritui nostro, quòd filij Dei sumus. Et nota, quòd in veteri testamento permiserunt se angeli adorari, sicut legitur Iosuæ. 5. In nouo autē non permittunt, hac ratione, quia tunc notatur Deus homo. Vnde erat homo inferior simpliciter angelo. Nunc factus Deus homo, & sublimior est homo angelis. Vnde videntes hominem supra se, nolunt ab homine adorari, ob reuerētiam dñi nostri Iesu Christi. Deinde ostendit quis sit adorandus dicens. *Deū adora*, cui soli debet adoratio. Matt. 4. Dñm Deū tuū adorabis, & illi soli seruies, & subdit causam quare Deus sit adorandus. *Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ* .i. quicquid dixerunt Prophetæ, perhibet de Christo testimonium. Vnde. 2. Pet. 1. Firmiorem habemus propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes. Non. n. volūtate humana allata est, aliquādo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei hoīes. Spiritus sanctus vero perhibet de Iesu testimoniū. Vnde Iohan. 16. Cum venerit ille spiritus veritatis, testimonium perhibebit de me. Vox ergo aquarum multarum in cęlo auditarum, gratiarum actio sanctarum animarum, in cęlesti beatitudine decantantiū quatuor aīalia, viginti quatuor seniores, vniuersi sanctæ ecclesiæ prædicatores, & iudices, nuptiæ agni, coniunctio Christi & ecclesiæ in coelesti beatitudine. *Et vidi cœlū*. Iohannes hic ostēdit quātus sit ille cui gratiæ sunt agendæ .s. Christus. Et primo ostendit potestatem, quam habuit in primo aduentu. Deinde ostendit potestatem, quam habuit in secundo aduentu, & postea monet fideles adhęrere Christo, vt sic possint vitare poenas malorum, & adipisci gaudia beatorum, & ita secundum hoc contrariatur, quòd dicit hæc ad præcedentia. Nam hic ostenditur quantus est ille, qui prius laudari meruerit secundum Glosam. Continuatur ad sequentia sic, quia dicturus est Iohannes de damnatione Antichristi, & suorum, posset aliquis quærere, quomodo damnabuntur, qui potentes tam erunt. Et respondet quia pugnauerunt contra Christum, qui potentior est, & eos deuincet, et victos damnabit, ideo potestatē eius hic describit dicens. *Et vidi cœlū apertum*. Ad literam, ianuam Paradisi vidit apertam, quæ prius fuerat clausa. Vel *Cœlum apertum* idest scripturam. Vnde Glo. i. mysteria reuelata, quòd homo possit ascendere coelum, & cognoscere Deum, & satis concordat. Deinde ostendit quis aperuit dicens. *Et ecce equus albus* .i. Christi humanitas pura, & munda, sine omni fusco peccati, in qua quasi in equo verbum Dei contra diabolū pugnauit. Proue. 21. Equus paratus ad diem belli, dominus autem salutem tribuet. i. verbum hūc equum ascendit verbum in incarnatione Isa. 19. Ecce dominus ascendens super nubem leuem. i. super humanitatem ab omni peccato immunem, & ingreditur Aegyptum, i. mundū, quasi caput

A certaminis ad pugnandum. *Et qui sedebat super eū vocabatur fidelis*, quia promissa implet, verax, quia ipse est veritas, & veraces facit. Vel *Fidelis* dicitur, quo ad promissa pręterita, quę impleuit. *Verax*, quo ad futura, quia sine dubitatione implebit. Deut. 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Iohā. 3. Qui acceperit eius testamentum signauit, quoniam Deus verax est. *Et cū iustitia iudicat*. Glo. Quia vnicuique iuxta opera sua reddet. *Et pugnat* modo pro suis. Exo. 14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos ipsi tacebitis, quasi dicat, diabolo loquenti, non respondebitis, & tunc pro vobis pugnat, diabolus loquitur cum peccatum suggerit, homo respōdet: quando consentit, & tunc vincitur homo, sed tacet, quādo suggestioni non consentit, & tunc diabolus vincitur, quòd facit Deus. Vnde in eodē dicunt Aegyptij. Fugiamus Israelem, quia dominus pugnat pro eis contra nos. Vel *Pugnat*. i. pugnabit in die iudicij. Non tantum contra diabolum, sed etiam cōtra totū exercitū suū. De quo bello dr̄ in Psal. Dñs potens in prælio. Sap. 5. Pugnauit cum eo orbis terrarum

B contra insensatos. *Oculi autem eius*. Glo. i. dona spiritus sancti. *Sicut flamma ignis*, qui inflammat, & illuminat, & consumit rubiginem, & emollit ferrum durum, & calefacit, frigidum, & consolidat luteum: sic dona spiritus sancti inflāmant, in amorem Dei, & falsi consumuntur in rubigine peccatorum, duritiam cordis emolliunt, & frigidum coe calefaciunt, & fragiles mentes consolidant, propter hoc missus fuit spiritus sanctus in apostolos in specie ignis. Tre. 1. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Zac. 3. Super lapidem vnum oculi septem. De hoc Dan. est supra 1. Oculi eius tanquam flamma ignis. Item oculi eius sunt prælati, qui debent toti ecclesię preuidere, sicut oculi præuident corpori. De quibus dr̄ Cā. 7. Oculi tui sicut Piscinę in Esebō, q̄ sunt in porta filię multitudinis. Quatuor dicit, quę exiguuntur in prælatis. Primo vt sint oculi per discretionē piscinæ, per cōpassionē in Esebon, per charitatem furor, quia Esebon interpretatur ignis meus: porta per Chr̄m & p̄dicationē. Sed, hodie oculi ecclesiæ, lupi sunt, pleni sor-

C dibus diuitiarū, et fame delitiarū. Vnde Gen. 29. Lya, lippis erat oculis. 1. Reg. 3. Oculi eius .i. Eli caligauerant, & nō poterat videre lucernā, donec extingueretur. Multa alia inuenies ibi de istis oculis. Sequitur. *Et in capite eius diademata multa*. Hic ōndit vñ Chr̄s habet talem potestatem, vt possit Antichristum, & suos deuincere .s. a Deo, qui est caput eius, vt dicitur. 1. Cor. 11. Caput mulieris vir, caput viri Christus: caput autem Christi Deus, & Christus, omne quicquid a Deo est, vt dicitur Roma. Per *Diademata* vero significātur victoriæ, vel coronæ victorum, vel ipsi victores, vel potestas eorum, quæ est a Deo. Sapiē. 5. Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Dñi. Sap. 18. Magnificentia tua in diademate capitis illius, & hoc est. *In capite eius* .i. in Deo *Diademata multa* .i. victores multi, vel coronæ multæ. Dispergет dans victoribus, & bene multa, quia venit pugnare contra bestiam, quæ habet *septem capita, decem cornua, decem diademata*, vt dicitur supra 13. Hanc bestiam, Christus in sua passione superauit, & coronam siue diadema suum abstulit, & si-

D bi imposuit, quia illós, quos diximus possidebat, & qui erāt quasi corona prius, Christus prædicando abstulit, & conuersos ad fidem sibi coronam assumpsit, & quod bene significatum est. 1. Parali. 20: vbi legitur, quòd Dauid tulit coronam de capite Melcon, in qua inuenit auri pondo talentum, & preciosissimas gemmas, fecitque sibi diadema. Melchon interpretatur rex eorum. Et significat diabolum, qui est rex superborum, sicut dicitur. Iob 41. Cuius corona sunt omnes mali, quos, vel eorum aliquos Christus prædicando conuertit ad fidem, & inuenit in eis aurum, margaritas, & gemmas cæterarum virtutum, quas ipse met contulit eis, & sic eos sibi quasi diadema fecit. Cant. 4. Veni coronaberis de capite amana, de vertice sanir, de vertice, hermon. Amana interpretatur iniquus. Sanir nouitatē tollens, hermon anathema verius, & hæc oīa significant diabolum, de cuius capite coronatur ecclesia, quando caput eius conterunt. Et decem auferunt peccatores, de quibus efficitur diadema domini. *Habens nomen scriptū, quod nemo nouit*

nisi ipse Glo. ꝙ hoc nomen est Deus, homo vel Iesus vtrunq;. Siquidem, nam ipsi soli conuenit esse Deum, & hominem. Vnde Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. i. nobiscũ Deus. Itẽ ipsi soli conuenit esse Iesu. i. Saluatorem auctoritate, & mysterio. Ipse solus enim actor, & minister est salutis humanæ. Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum. i. Saluatorem, auctoritate, & mysterio. Ipse enim saluabit populum suum a peccatis eorum. De vtroque nomine dicitur. Gene. 31. Cur quęris nomen meum, quod est mirabile? Phi. 2. Humiliauit se factus obediens vsque ad mortem, propter quód, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Hoc nomen scriptum dicitur duodecim literis, quod scripserunt Gabriel, & Maria. Primam literam scripsit Gabriel, Mariam salutando. Aue (inquit) gratia plena. Scripsit, & secundam, Mariam commendando. Dominus tecum (inquit) benedicta tu in mulieribus. Scripsit, & tertiam idem Gabriel, Mariam consolãdo. Ne timeas (inquit) Maria, quia inuenisti gratiam apud Deũ. Scripsit, & quartam, conceptum, & partum diuinũ Mariæ nunciando. Ecce (inquit) concipies in vtero, & paries filium. Scripsit, & quintam nomẽ nascituri, prænunciãdo, et vocabis (inquit) nomen eius Iesum. Scripsit, & sextam ipsum describẽdo, hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Scripsit, & septimam literam, potentiam eius, prædicando, & dabit illi (inquit) Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regni eius non erit finis. Hæ sunt septem literæ, quas cõgrue scripsit Gabriel Archangelus in nomine pueri nascituri. tandem videns Maria, ꝙ bene scriberet Gabriel apposuit, & ipsa manum. Et scripsit octauam literam sapienter Angelo respondendo. Quomodo (inquit) fiet istud. Scripsit, & secundam causam dubitationis assignando. Quomodo (inquit) quoniam virum non cognosco .i. me cognituram nõ propono. Nonam scripsit Gabriel Responsione verissima dubitationis Marię causam amouendo, & modum facti declarando. Spiritus sanctus (inquit) superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi? Scripsit, & decimam literam, exempli positione, Mariam dubiam certificando. Et ecce (inquit) Helisabeth cognata tua, & ipsa concepit filiũ in senectute sua. Scripsit etiam vndecimã auctorem totius negocij demonstrando. s. potentiam Dei. Quia (inquit) non erit impossibile apud Deum omne verbum, quasi dicat hoc faciet potentia Dei, quia omnia potest. O Maria, quid facis? quid tardas? Scribe duodecimam literam, & perfectum erit nomen eius, audiuit me Maria, & credidit consilio, & scripsit vltimam literam consensum suum adhibendo. Ecce (inquit) ancilla domini fiat mihi secundum verbũ tuum, & perfecte statim scriptum est nomen eius, quia statim verbum caro factum est, & habitauit in nobis .i. in natura nostra, vt vere posset dicere Maria. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Vere velociter, quia vt dixit hoc, factus est Deꝰ homo, quod est nomen scriptum, vt dicit hic Glo. Gabriel plures literas scripsit quàm Maria. Nouem enim scripisit. Et Maria tres. Quia natura mulierũ virginum est parum loqui, & plus audire, quæ vere bene disposita fuit in Maria, hæ sunt duodecim horę diei, in quo, qui ambulat, non offendit, vt dicitur Iohannis vndecimo *Et vestitus erat veste aspersa sanguine*. Ad literam, idest carne proprio sanguine cruentata, quàm sexies fudisse creditur, pro nostra sanctificatione. Primo in circumcisione. Luc. 2. Secundo in prolixa oratione, quando factus est sudor eius sanguineus. Luc. 27. Tertio in spinarum coronatione: vt creditur iuxta patrum traditionea. Quarto in flagellatione ad columnam. Luc. 25. Quinto in manuũ, & pedum crucifixione. Sexto in lateris apertione. Iohan. 19. De hac veste sic aspersa dicitur. Gen. 37. Tulerunt tunicam eius. i. Ioseph, & sanguine edi quem occiderant tinxerunt. Isa. 63. Quis es iste qui venit de Edõ, tinctis vestibus? Et infra. Quare rubrũ est indumentum tuum, & vestimẽta tua quasi calcantium in torculari? Et respondet ibidem dominus, torcular calcaui solus, & aspersus est sanguis eorum. i. quẽ ipsi fuderunt super vestimenta, & omnia indu-

E menta mea inquinaui. Vel *vestem aspersam sanguine* congregatio est martyrum, quorum sanguis pro Christo effusus est abundanter. Vnde Psal. Effuderũt sanguinem eorũ tanquã aquam in circuitu Ierusalem. Gene. Lauabit in vino stolam suam, & pallium suum in sanguine vuę. *Et vocabitur nomen eius verbũ Dei*, per quem pater omnia fecit, & dixit. Iohã. 1. Omnia per ipsum facta sunt. i. verbum genuit, per quem omnia fecit, per hoc nomen, seu verbum innotuit mundo Deus pater, qui vsque tunc exiterat incognitus. Vnde Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenitus Dei filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Item Iohannes 17. Manifestaui nomen tuum hominibꝰ, quos dedisti mihi de mundo. *Et exercitus* martyrum, & omnium fidelium, *Qui sunt in cœlo*, idest ecclesia nomine, & numero, & merito se querebatur eum, per viã paupertatis, humilitatis, & charitatis, contra mundum, contra carnem, & diabolum dimicantes. *In equis albis*. Glo. i. in corporibus mundis, qui ab illicitis refrenantur, et stimulo charitatis ad bona incitantur,
F de quo stimulo dicitur. 2. Cor. 6. Charitas Dei vrget nos. De istis equis dicitur Abacuch. 3. Viam fecit in mari equis Zach. 10. Visitauit dominus exercituum gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. *Vestiti byssino albo, & mũdo* .i. iustitia, quæ facit mentem albam per innocentiam, & mundam per operum euidẽtiam, quæ sunt duæ partes iustitiæ. s. Declinare a malo, & facere bonum, vt dicit Augustinus. Per primam est mens alba. Per secundam munda, quæ sola videt Deum, vt dicitur Mat. 5. *Et de ore*. Supra ostendit de potestate Christi in primo aduẽtu. Hic incipit agere de potestate ipsius in secundo aduentu: ostendens, quòd in vtraque natura potens erit Christus tunc. Vnde dicit. *Et de ore ipsius* .i. Christi *Procedit* .i. procedet *Gladius acutus*. Glo. i. diuina sententia, intendens prauas cogitationes mentis, & illicitos motus corporis. Ezec. 5. Sume tibi gladium acutum, radentem pilos tam capitis, quàm corporis. Ezec. 21. Gladius exacutus est, bis dicit acutus, propter duplicem eius vsum .i. quia scindet interius, & ex
G terius, vt dictum est. *Vt in ipso percutiat gentes* .i. omnes peccatores, dicens. Ite maledicti. Ideo dicitur Iob. 19. Fugite a facie gladij, quia vltor iniquitatis est gladius. Vel *De ore ipsius*. Glo. i. de prædicatoribus, qui sunt os domini, quia dominꝰ loquitur per eos. Iere. 16. Si separaueris preciosum a vili, quasi os meum eris. *Procedit gladius acutus* .i. sermo prædicationis: de quo dicitur Hęb. 5. viuus est sermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Pro. 30. Omnis sermo Dei ignitus clipeus, quod est verbum Dei. *Vt in ipso percutiat gentes*. Glo. Quosdã ad mortẽ, quosdam ad vitã. Isa. 11. Percutiet terram virga oris sui. *Et ipse reget eas*. Glo. sanctos de virtute in virtutem, malos de vitio in vitium. *In virga ferrea*. Glo. inflexibili iustitia, quæ tantũmodo potest flecti per pœnitentiam. Iere. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malum quod cogitaui, vt facerem ei. Sed in futuro nullo modo poterit flecti. Prouer. 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam sermonibus, nec recipiet pro redemptione dona plu-
H rima. *Et ipse calcat* .i. calcabit. *Torcular furoris iræ Dei omnipotentis* Glo. i. mortem, quæ primo homini peccanti ab irato Deo illata fuit, sed Christo resurgente destructa fuit in ipso totaliter .i. re, in nobis spe. 1. Cor. 15. Nouissima inimica destruetur mors. Item Glo. *Torcular* .i. tribulationem, in qua dominus sanctos positos calcat in gratia eos ampliat, quã Deus iratus Ade peccanti intulit, & quasi furibundus continuans furorem .i. effectum vindictæ in propagine eius extendit. *Et in vestimento* .i. in humanitate, qua quodammodo vestitur diuinitas, Iuxta illud habitu, inuentus est, vt homo. *Habet in femore suo* .i. humanitate, seu carne quã habet ex patrum progenie, per quã femur designatur, *Habet scriptũ* indelebiliter. *Rex regũ, & dominus dominantiũ*: quasi dicat etiam secundum humanitatem, ipse est rex, & dominus sanctorũ qui se & alios regũt, & dominium exercent in subditos, vel sic. *Et in vestimento* .i. in sanctis noui testamenti, qui per gratiam baptismi fiunt vestis domini. Iuxta illud Gala. 3. Qui-

cũque

eúque baptizati estis, Christum induistis. Isa. 49. Viuit dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris. *Et in femore suo*, i. in antiquis patribus, a quibus duxit secundũ carnem originem. *Habet scriptũ*, calamo fidei. *Rex regũ, & dominus dominantiũ*. Quia tam hi, quàm illi credunt Christum esse regem, & Deum vniuersorum. *Et vidi vnũ angelũ*. Glo. ostensa diuinitate Christi, per quam poterit diabolum expugnare, subdit admonitionem de præsenti, vt tali domino omnes fideles adhæreant, vt possint vitare pœnas, & gaudia adipisci. Dicit ergo. *Et vidi vnũ angelum* .i. prædicatorũ cętũ. *Stantem in sole*. i. perseuerantem in aperta prædicatione, manentem in plenitudine cognitionis, & dilectionis diuinæ, vel in feruenti tribolatione. *Et clamauit voce magna* .i. prædicatione aperta, & secura, & libera. *Dicẽs omnibus auibus*. Glo. i. omnibus fidelibus, qui agiles, & leues sunt in promotione bonorum operum, quorum conuersatio in cœlis est. Phi. 3. *Que volabant alis* contemplationis. *Per medium cœli*. Ad literam discurrendo mentis intuitu, per omnes ordines angelorũ considerando, vel cogitãdo, quãtus sit ardor in Seraphim, quãta lux in Cherubim, quanta discretio in Thronis, quãta sublimitas in Dominationibus, quanta dignitas in principatibus, quanta potentia in Potestatibus, quanta virtus in Virtutibus, quanta obedientia in Archangelis, & Angelis. Contemplando etiam, & turmas Patriarcharũ, cuneos prophetarum, choros Apostolorum, exercitus martyrum, collegia confessorum, choreas virginum, matronarum contubernia, conuẽtus prædicatorum, cenobia monachorum, & monialium. Deinde ascendendo ad Reginam omnium beatissimam Mariam, dico, postquam venitur statim ad Christum. Iuxta illud Can. 3. In lectulo meo quęsiui per noctem, quem diligit anima mea, quęsiui illum, & non inueni, surgam, & circuibo ciuitatem .i. cęlum, vel ecclesiam, per vicos, & plateas. i. per diuersos ordines sanctorum, & quęram, quẽ diligit aĩa mea. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Nun quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea, inuenerunt me vigiles, vel qui custodiebant. *Volabunt*, studendo, prædicando. *Per medium cœlum*, per concordiam vtriusque testamenti, non in extremis tantum per nouum Iudæi tantum per vetus, testamentum volant, & ideo vtrique sine virtute sunt, quia virtus in medio est, quid autem clamet ostendit. *Venite*, per fidem. *Et congregamini*, per bonam operationem. Vel *Venite* bene operando. *Et congregamini* perseuerando in bono. *Ad cœnam magnam Dei* .i. quã Deus faciet suis. Lu. 13. Homo quidam fecit cœnam magnã quæ dicitur magna, tum propter magnitudinem conuiuãtium, tum propter magnitudinem ferculorum: de quibus alibi dictum est, tum propter lõgitudinem temporis, quia æterna erit cœna illa. *Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorũ, & carnes fortiũ, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & seruorũ, & pusillorum, ac magnorum*. Glo. i. vt delectemini in cruciatu impiorum, tam maiorum, quàm minorum. Per *Reges* intelligũtur maiores principes seculares. Per *Tribunos* minores. Per *Fortes* mediocres. Per *Equos* subditos. Per *sedentes* prælatos ecclesiasticos. Per *Liberos* clericos, & tales sunt liberi. Per *Seruos* intelligitur laicus, qui tribunis, et alijs subiacẽt. Per *Liberos* intelligitur absolutos a matrimonio. Per *seruos* coniugatos. Per *Pusillos* pusillanimes. Per *Magnos*, superbos, & ambitiosos, et hoc totũ sumptum est de Ezec. 39. vbi dicitur. Dic omni volucri cœli, et vniuersis auibus, cunctisque bestijs agri, conuenite, concurrite, præparate vndique ad victimam meam, quia ego immolo vobis victoriã grandem super montes Israel, vt comedatis carnes, & bibatis sanguinem, carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis, victum agnorum, taurorum, & altilium, & pinguium omnium, & comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietate de victima, quàm ego immolabo vobis, & saturabimini super mensam meam de equo, & de equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus ait dominus Deus.

19. *Et vidi bestiam, & reges terræ, et exercitus eorum cõ-*

A *gregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnũ ignis ardentis sulfure, & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.*

Et vidi bestiam. Hæc est tertia pars capituli, in qua agitur de pęna Antichristi, & suorum. Et dicuntur hic quatuor. Primo causa pœnæ. s. pugna contra diabolum dominum. Secundo pœna exprimitur. s. mors æterna. Ibi. *Et apprehensa est*. Tertio modus pœnę, ibi. *Et viui missi sunt*. Quarto gaudium sanctorum de damnatione Antichristi, & suorum, ibi. *Et omnes aues*. Dicit ergo. *Et vidi bestiam* .i. Antichristum
B crudelem, & effrenatum. *Et reges terræ*. Glo. i. apostolos eius, sola terrena, quęrentes. *Et exercitus eorum*. Glo. i. omnes seruiẽtes ei. *Congregatos* vnanimi militia. *Ad faciendum prælium cum illo*, idest contra Christum. *Qui sedebat in equo*, super carnem suam: Vel in *Equo* .i. in choro prædicatorum, qui sunt equus Christi. Iob. 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum? *Et cum exercitu eius* .i. contra sanctos. Vnde Dan. 11. Magnificabitur aduersus omnem Deũ; & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec impleatur iracundia. Hoc autem prælium erit per tria. s. per blasphemias, per persecutiones, per miracula sicut dicit. Glo. Vnde Matth. 24. Surgent pseudo Christi, & pseudoprophetæ. *Apprehensa est*: Hic exprimit pœna Antichristi, & suorum. Vnde dicit. *Et apprehensa est*. Glo. i. æternaliter punita. *Bestia*. i. Antichristi, *Et cum illa pseudopropheta*, qui bona futura promittebant seruitoribus Antichristi. *Et qui fecit signa coram ipso* .i. quicũque fecit signa cum Antichristo appręhensus est. i. punitus ęternaliter. *Quibus* signis. *Seduxit*,
C idest seorsum a rectitudine vitæ, & fidei duxit eos. i. credentes bestiæ. *Qui acceperunt caracterem bestiæ*. i. confirmauerunt. *Imaginem eius*. i. statuã eius, vel apostolos eius, qui dicuntur imago eius, quia representant, & comitantur eum. *Viui missi*. Hic ostenditur modus pœnæ, quia viui in infernum mittẽtur. i. plus alijs punientur. Vnde dicit. *Viui missi sunt hi duo*. s. bestia, & pseudoprophetæ, & diabolus, & corpus suum totũ *In stagnum ignis ardentis, & sulphuris*. i. in tormentum inferni stabile, & immobile, plenum ardore, & fœtore, & dicuntur mittendi viui, in infernum illi maiores, quia scienter, & ex certa malitia peccauerunt. Sicut illi de quibus dicit in Psal. Descenderunt in infernum viuentes. Deinde subiungit de pœna minorum, quæ re vera minor erit. Quia minus peccant minores, in eodem genere peccati, quàm maiores alijs paribus, propter quod dicitur Sapientiæ sexto capitulo. Exiguo concedetur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatio. Dicit ergo. *Et cæteri* sequaces eius. i. minores *Occisi sunt* .i. oc-
D cidentur. *In gladio sedentis super equum* .i. sententia Christi. *Qui procedit de ore ipsius* .i. procedet in die iudicij, quando dicet, ite maledicti, &c. Matth. 25. *Et omnes aues*. Hic ostendit gaudiũ sanctorũ, de punitione malorum, qui tamen nõ gaudẽt de pœna, sed de iustitia Dei impleta. Vnde dicit. *Et omnes aues saturatæ sunt de carnibus eorum* .i. omnes sancti delectati sunt videndo pœnas eorum. Psal. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Isa. in fine. Egredientur, vt videant cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Breuis epilogus præmissorum. *Apertio igitur cœli* est reuelatio mysterij. *Equus albus*, Homo Deus. *Oculi sedentis*: sapientia deitatis. *Diademata multa*. Pręmia diuersa. Nomen scriptum deitatis bonum. *Vestis sanguine aspersa* caro sancta Christi passa. *Exercitus cœli*, omnes electi. *Gladius acutus*, sententia subtilis. *Virga ferrea*, iustitia inflexibilis. *Torcular vini furoris iræ*: pressura diuinæ iustitiæ. *Scriptura in veste, & in femore, rex regum, & dominus dominantium*, perpetua potestas secundum humanam naturam assumptã. *Vnus angelus* ordo

prædicatorum vniuersum. *Vox magna* prædicationis instantia. *Aues*, dæmones. *Cœna*, vltima pœna. *Bestia*, Antichristus *Pseudo propheta*, falsorum doctorum chorus. *stagnum ignis*, profundum damnationis. *Occisio cæterorum* damnatio subiectorum. *Saturatio auium de carnibus eorum*, delectatio sanctorum, de cruciatibus damnatorum.

CAPVT XX.

ET vidi angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et aprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, et ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni, & post hoc oportet illum solui modico tempore. Et vidi sedes: & sederunt super eas: & iudicium datum est illis, & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei; & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consumentur mille anni. Hæc resurrectio prima. Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima; in his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei, et Christi, et regnabunt cum illo mille annis.

E*T vidi angelum*. Dicta damnatione Babylonis, & Antichristi, & pseudo prophetarum, & pseudo apostolorum, supponit hic Iohannes damnationem ipsius diaboli, ostendens causam damnationis eorum, et tempus, & actorē, scilicet Christum, qui in humili aduentu eū ligauit, & ideo multo fortius in secundo aduētu, qui erit in virtute, & maiestate poterit eum damnare. Diuiditur autem istud capitulum in quatuor partes. In prima ostenditur actor damnationis eorum .s. Christus. In secunda ostenditur damnatio obiectionis datę potestatis. Ibi. *Et cum consummati*. In tertia ostenditur, pœna quam, ex hoc promeretur, quòd Antichristum, & suos contra ecclesiam congregabit, & armabit. Ibi. *Et descendit ignis*. In quarta ostenditur generaliter pęna totius corporis diaboli, & ipsius diaboli, qui illos decipit. Ibi. *Et vidi thronum*. In prima parte sic procedit. Primo agit de ligatione diaboli facta a Christo in primo aduētu, & ostendit quanta libertas inde secuta est. Dicit ergo. *Et vidi angelum*. i. Christum, de quo Isa. 9. Et vocabit magni consilij angelus. *Descendentem de cœlo* .i. carnē assumendo se humiliante, in tantum vt de solio maiestatis indueret saccum nostræ mortalitatis, hic descensus fuit figuratus, in diem septē per descensum roris in vellus Gedeonis, area sicca manente, vellus istud est beata Virgo, quæ repleta fuit gratia Dei. Synagoga sicca manente. Psal. Descendet sicut pluuia in vellus & sicut stillicidia stillantia super terram. Quia aliquæ guttæ gratiæ, super aliquam partem inde ceciderunt. Hic descensus fuit significatus. Dan. 3. Per descensum angeli in fornace, & tres pueros conseruatos abustione ignis. Quia fecit medium fornacis quasi ventum flantē roris Fornax est mūdus igne tribulationum, & tentationum accensus. Vnde Iohannes. 5. Totus mundus in maligno. i. in malo igne positus est, in quem Christus descēdens, omnes fideles per tres pueros designatos ab ardore tribulationum, & tentationū liberauit, acerbitatem eorum temperando, aduersarium refrenando, exemplum sustinendi docendo, sacramentorum gratiam conferendo, per doctrinam prædicationis erudiendo. Eccl. 43. Obuians ros ab ardore veniente, humilem efficit eum. s. ardorem. Sequitur *Habentem clauem abyssi* .i. potestatem super diabolum ligandi, & absoluendi eum quantum voluerit. Diabolus enim nihil potest nisi permissus,

E crux etiam dicitur clauis, quæ aperuit Paradisum, & clausit infernum. Isa. 22. Dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet Paradisum .s. & non erit, qui claudat, & claudet infernum, & non erit, qui aperiat. Supra. 3. *Qui aperit, & nemo claudit, &c.* Et non solum super diabolum, habuit Christus potestatem, immo super omnia. Vnde sequitur. *Et catenam magnam*, Glo. i. ineuitabilem potentiam, qua omnia, & omnes constringit. *In manu sua* etiam cruci affixa, licet tunc non appareret. Vnde Abacuch. 3. Cornua in manibus eius, ibi ascondita est fortitudo eius, ante faciē eius ibit mors. i. Diabolus quem non latuit virtus diuina, quoniam vinctum religauit eum. Hic ergo per *Catenam*, Dei potentia designatur, Aliquando autem pœna temporalis, aliquando etiam pœna inferni significatur nomine pœna, scilicet *Catenæ*. Vnde Ier. 28. Catenas ligneas cor nutriuisti. i. pœnitentiam hic facere voluisti, & facies pro eis catenas ferreas. i. incurres pœnas æternas. Aliquando etiam ipsa peccata nomine catenæ accipiuntur. Leuitici. 26. Confregi

F catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti. *Et apprehendit*, ostensa Christi potentia, ostendit vsum vnum illius potentię. s. alligationē diaboli, quam facit in primo aduentu. Vnde dicit. *Et apprehendit* Christus. s. *Draconem* .i. diabolum. *Serpentem antiquum*. Diabolus dicitur *Draco*, secundum Glo. Propter nocendi astutiam. *Antiquus*, propter consuetudinem longęuam, quia ab ipso initio nocere incepit. Vnde Iohan. 8. Ille homicida fuit ab initio. Qui est diabolus. Glo. idest deorsum fluens. s. in eos, qui terram circa versantur, vel deorsum. i. de cælo corruit in infernū. Item *Diabolus* .i. duos bolos faciens de peccatore. Vnum de anima, alterum de corpore. *Et Satanas*. Glo. i. aduersarius, quia aduersatur omnium bono, licet non semper impediat, quia non potest *Et ligauit eum*. Glo. idest priore potestate priuauit, in parte. s. *Per mille annos*, i. toto tempore quo numerus electorum impletur, hoc est vsque ad tempus Antichristi. Et bene *Per mille annos* tempus quo perficitur numerus electorum intelligitur. Componitur enim ex triplici denario, nam decies, decem decies sunt mille, & sancti in triplici statu. i. coniugato

G rum, continentium, prælatorum, vel triplici. s. ante legem, sub lege, sub gratia impleuerunt decalogum, vt impleretur numerus electorum, sed contra hanc dispositionem videretur esse, quòd statim dicitur. s. quòd oportet eum solui modico tempore. s. tempore Antichristi, & tunc nōdum erit impletus numerus electorum. Solutio. Illud modicum erit prope finem, & ideo non facit oppositionem cum toto & hoc frequenter facit scriptura per synecdochē a maiori parte, totum intelligens, hæc ligatio fuit signum. Thob. 8. Vbi Raphael ligauit diabolum in superioribus partibus deserti. Raphael siquidem medicina interpretatur, & Christum significat, qui est omnium medicina: de qua Eccl. 38. Altissimus creauit de terra medicinam. Item Eccl. 43. Medicina omnium in festinatione nebulæ. *Et misit eū in abyssum*, idest in corda infidelium, vbi eiectus a fidelibus atrocius dominatur, vt dicit Glo. Vnde Matth. 8. Si eiciꝭs nos hinc, mitte nos in porcos. Non est enim aliud missio Christi quàm eius permissio, qua permittit diabolum, dominari

H in malos. *Et clausit*. Glo. i. licentiam ingrediendi ei interdicit, vbi occulto Dei iudicio. Iob 38. Quis cōclusit hostijs mare? i. diabolum, quasi dicat, nullus, nisi Christus. *Et signauit*. Glo. sigillum posuit. i. signum crucis, quòd cum sic superat vt a fidelibus repellat priuans eum exercitio, & vsu potestatis suæ. Vnde Origen. Tanta est virtus crucis, vt si in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati possit præualere inuidia, sed continuo ad memoriam eius totius peccati, & mortis fugiat exercitus. Vnde Exo. 12. Exterminator non poterat intrare domos super quarum postes erat sanguis agni. Ideo dicit, sponsus ad sponsam. Cantico. 7. Pone me signaculū super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. Item *Signauit*. quo ad scientiam. Quia diabolus ante passionem Christi sciebat, quòd omnes descenderent in infernum modo vero nescit etiā de illis, quos scit esse in peccatis, quia ignorat verum pęniteant. *Signauit*, dico super illū. Hoc dicit, quia diabolus omnino subiacet virtuti crucis,

ti crucis, nihil potest nisi permissu a Christo. *Vt non decipiat amplius gentes*, sicut solebat. *Donec consummentur mille anni*. Glo. i. donec Antichristus veniat. Quia tunc fere erit impletus numerus electorum. *Et post hæc*. i. post mille annos. i. appropinquante fine mundi. *Oportet*, secundum Dei ordinationẽ *illũ solui* in eius potestate sicut prius relaxari. *Modico tempore*, tribus annis, & dimidio, quantũ. s. regnabit Antichrist⁹, & ideo non est timendus, quia tantum regnabit. *Et vidi*. Hic ostenditur, quanta pax, & libertas data fuit ecclesiæ, post ligationẽ Satanæ. Ipso enim ligato soluta erit nostra ligatura, quæ duplex est. s. vna bene operandi ex seuitia ei⁹. Alia. s. necessitas descendendi in infernum, & taliter duo ostendit hic Iohannes. Prima quòd reddita fuit libertas in paradisum intrandi. Libertas autem bene operandi maxime consistit in bona ordinatione prælatorum ad subditos, & subditorum ad p̃latos. Vt. s. prælati bene regant, & iudicent, & subditi humiliter, & deuote obediant. Dicit ergo. *Et vidi*, dracone ligato. *Sedes*. i. fideles subditos paratos ad obediẽdũ **B** *Et sedentes super eas* maiores bene regendo. *Et iudicium*. i. auctoritas iudicandi. *Datum est illis* prælatis, & constat, quòd a Deo a quo est omnis, potestas. Vnde Roman. 13. Non est potestas nisi a Deo, & non solum auctoritas iudicandi. *Data est* prælatis, immo, & discretio, & executio quibusdam, & subditis gratia obediendi. Si autem esset, quod prælati non bene regerent, & subditi bene obedirent, bene esset ordinata ecclesia, & timeretur ab hostibus. Iuxta illud Cant. 6. Quæ est ista, quæ progrẽdit, quasi aurora consurgẽs, pulchra, vt Luna: electa, vt Sol: terribilis, vt castrorum acies ordinata? Sic fuit aliqñ in tempore Moysi, & etiã in statu primitiuæ ecclesiæ. Vnde Can. 1. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te. i. ordinaui equitatum meum contra currus, et exercitus Pharaonis. i. diaboli. Psal. Currus Dei decem millibus multiplex millia lętantium, dominus in eis in Sinai, in sancto. Adhuc esset ita si prælati bene regerent, & magis intenderẽt regimini; quàm dominationi, & profectui, quàm honori, & officio, quàm ocio. Iuxta illud Actu. 20. Attendite vobis, & vestris gregibus in quo vos posuit spiritus **C** sanctus episcopos regere ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. Nota ordinem verborum istorum. Primo dicit. Attendite vobis, deinde gregi, & postea sequitur; regimen ecclesiæ. Prælatus debet attendere sibi primo, vt peccata caueat. Eccle. 1. Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuę minorationẽ. Item Eccl. 11. Attende tibi a pestifero, fabricat enim mala. Item debet sibi attendere ab hypochrisi. Vnde Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Lu. 12. Attendite a fermento pharisæorum, quòd est hypochrisis. Item debet attendere sibi ab auaricia, ne velit per officium pastorale diuitias congregare, sed potius pauperibus erogare. Eccle. 5. Noli attendere ad possessiones iniquas; Item Eccl. 34. Quasi qui aprehendit vmbram, & sequitur ventum: sic, qui attendit ad visa mendacia. Item debet sibi attendere a fornicatione, super oĩa. Thob. 4. Fili mi attende tibi ab omni fornicatione. Item debet sibi attendere a gula. Lu. 21. Attendite, ne forte grauentur corda vestra, &c. Prouer. 23: **D** Quando sederis, vt comedas cum principe, diligenter attẽde, quæ sunt posita ante faciem tuam. Hinc dicitur sacerdotibus. Leui. 10. Vinum, & omne, quòd inebriare potest non bibetis, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini. Ideo maxime debet sibi attendere, ne peccet prælatus, quia exemplo eius subditi scandalizantur, & ad peccandum trahuntur. Vnde Eccl. 47. peccauit Ieroboam, & peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Effraim. Gregorius in Pastorali. Qui curam animarum suscipiunt et si nunquã peruersa perpetrant; tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos exempla perditionis transmiserunt. Item debet prælatus attendere sibi, vt virtutes habeat, etiã excellentes, vt sicut excellit dignitate, sic excellat sanctitate. i. Thi. 6. & 2. Thi. 2. Iuuenilia desideria fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem. Item debet prælatus attendere aduersarios, vt sciat qualiter resistat. 2. Paralip. 20. Attendite omnes viri Iuda, & qui habitatis Ierusalem, & tu Rex

A Iosaphat noli timere omnem hanc multitudinem. Item debet attendere gregi; vt bene pascat. Mich. 7. Pasce populũ dñi in virga tua. 1. Pet. 5. Pascite, qui in vobis est gregẽ dñi. Et Iohan. 21. Præcipitur Petro, vt pascat agnos, & oues. i. maiores, & minores ter. i. verbo, & exemplo, & temporali subsidio. *Et animas decollatorum*. Hic ostendit Iohannes aliam libertatem intrandi in Paradisum. Vnde dicit. *Et animas decollatorum propter testimonium Iesu*, quod reddebant de ipso, scilicet quod esset verus Deus contra Arrium, & verus homo contra Manicheum, & quòd vere surrexit a mortuis cõtra Iudæum. Et quòd venturus est iudicare viuos, & mortuos contra Saducæum. *Et propter verbum Dei*. i. propter euangelium quod prædicabant, vel recipiebant. De hoc testimonio sanctorum dicitur Actu. 4. Reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri Iesu Christi cum fiducia, loquentes verbum Dei. Iohan. 3. Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur; & testimonium nostrum non accipitis. 1. Iohan. 1. Quod fuit ab initio, quod audiui- **B** mus, quod vidimus, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerũt de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, et annunciamus vobis vitam æternam, has inquam animas vidi. Et etiam vidi eos. *Qui non adorauerunt bestiam*. i. Antichristum. *Neque imaginem eius*. i. statuam eius, vel apostolos ipsius. *Neque acceperunt caracterem eius*. i. signum ostẽsiuũ, quòd essent de familia eius, vel *Caracterem*. i. literas quibus se recognoscerent esse fideles ipsius. *In frontibus suis*. Glo. i. manifesta confessione. *Aut in manibus suis*. Glo. i. in operatione. *Et vixerunt*, post mortem corporis vita gloriæ. *Et regnauerunt cũ Christo*, in cęlo, quod non fiebat ante aduentum. *Mille annis*. i. æternaliter. Forte Iohannes loquitur, hic tantum de gloria animarum, ante iudicium. Totum autem temp⁹ quo debet impleri numerus electorum, postquam recipiẽt animæ corpora sua, & regnabunt in æternum, significatur hic per *Mille annos*, & notãdum est, quòd dicit. *Vixerunt, & regnauerunt*. Non autem dixit. *viuent, & regnabunt*, quia iam pręsencialiter cum Christo viuunt, & regnant animæ sancto- **C** rum, ex quo interfecti sunt pro Christo, vt dicit glo. Quod est valde contra hæreticos, qui dicunt, quòd nullus intrat in coelum vsque in diem iudicij. *Et cæteri mortuorum*. i. illi inter mortuos, qui non fuerunt de numero prædictorum, sed fuerunt mortui in anima per peccatum. *Non vixerunt*. Glo. i. æternas patient pœnas, minus dicit, & plus significat. *Donec consummentur mille anni*. i. vsque in finẽ mundi, & tunc non desinet pœna eorũ, sed tunc resumptis corporib⁹ punient simul cum eis sine fine. Vnde per *Mille annos* significatur tempus præsens vsque ad iudicium, quo numerus electorum perficitur, sicut iam diximus. *Hæc est resurrectio prima*. Glo. i. quòd diabolus ligatus est, & quòd homines resurgũt a peccatis, & quòd ipsis mortuis statim animę fruũtur ęterna requie, & dicitur hæc resurrectio prima, respectu secundę, in qua corpus, & anima simul glorificantur. In prima autem resurrectione sunt tria. s. exitus a peccato per pęnitentiam. Item profectus in bono per iustitiam, & introitus in gloriã in mortem, quo ad animam. Deinde ostendit Iohannes di- **D** gnitatem, & vtilitatem huius resurrectionis: quia prima resurrectio introducit ad secundam, quæ est plena beatitudo & liberat a morte secunda, quæ est æterna damnatio. Vnde dicit. *Beatus, & sanctus est ille, qui habet partem in resurrectione prima*. *Beatus*, quidem est gloria animæ iam adepta. Vel *Beatus*, beatitudine spei. *Et sanctus*, propter securitatem non admittendi adeptum. Vel *sanctus*. i. in gratia firmus, & bene dicit. *Qui habet partem*. Quia hæc resurrectio fit tantum, secũdum partem. i. in animam, quæ resurgit secundum totum, idest secundum corpus, & animam. In his secunda mors non habet potestatem. Glo. i. æterna damnatio, quæ erit in corpore, & anima, & dicitur hæc mors secunda, quæ sequitur, ex prima, quæ est mors culpæ, sicut effectus, sequitur ex causa, & vere *In his non habet potestatem secunda mors*. i. isti non moriuntur secunda morte. *Sed sacerdotes Dei*, & Christi. Glo. Laudes æternas offerentes Deo actori nostræ salutis, & Christo homini ministro nostrę redemptionis. *Et regnabunt cum illo*. i. seipsos, & alios bene regent. *Mille annis*. i. toto tempore,

pore, ab ortu Christi, vsque ad aduentum Antichristi. Potest etiam, hoc intelligi de gloria, & regno animarum, quia in hoc tempore sine corporibus sunt in gloria æterna.

Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, et seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, vt congreget eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam.

Et cum consummati. Secunda pars capituli, in qua ostenditur causa damnationis diaboli, quæ est abusus collatæ, sibi potestatis. Et dicuntur hæc tria. Primum est de relaxatione potestatis. Secundum est de abusu relaxationis potestatis. Tertium est de refrenatione malignitatis ipsius, quia non permittitur præualere sanctis, nec tantum nocere, quantum vellet. Dicit ergo. *Et cum consummati fuerint mille anni*. i. tempus præsens. *Soluetur Satanas de carcere suo*. i. relaxabit ei⁹ portas, quę modo ligata est in cordib⁹ reproborũ, quę dicit̃ ei⁹ carcer. Quia in eis habitat, & non potest seuire in sanctos, sicut vellet. *Et exibit*. Ecce abusus relaxatæ potestatis, quia deseuiet in sanctos plusquã ante. Et primo occulte, postea aperte. Vnde dicit. *Et exibit* de malis, ad bonos, exercendo potestatem suam contra sanctos. *Et seducet*. i. a Christo ad seducet. *Gentes multas, quæ sunt super quatuor angulos terræ*. Non omnes, sed multas, & de omnibus aliquos. *Gog, & Magog*. Dicunt quidam Iudæi, ꝙ sunt duæ gentes, quæ habitant in Oriente, et in fine mundi. i. circa finẽ venient contra Ierusalem, vt expugnent eam, sed a suo messia deuincentur, & tunc reædificabunt Ierusalem auream, & erunt in ea gloria magna, & ducẽt vxores. & facient conuiuia, & sic mille anni erunt, & postea transferentur in cœlum. Alij dicunt, quòd sunt decem tribus vltra montes Caspios inclusæ, vnde non possunt exire sine difficultate magna, propter montes, & propter custodiam, quæ non permittit eos exire a Regina Amazzonum, sub cuius iurisdictione viuunt, & dicũt has in Ierusalem ad suum Messiam, cum quo contra ecclesiam Christi pugnabunt. Alij dicunt per Gog, & Magog gentes intelligi. Alij getas, & massagetas. Alij vero totum exercitũ Antichristi, qui circa finẽ hui⁹ seculi impugnabit. Et alij dicunt per Gog significari illos, qui habitãt in tabernaculis. Per Magog, illos, qui habitãt in ciuitatib⁹. Alij dicũt ꝑ Gog Antichristũ significari, & ꝑ Magog exercitũ ei⁹. Nos autẽ magis volumus Glosis sanctorũ adherere, quàm aliquid temere diffinire. Sed glo. Per Gog intelliguntur illi, per quos aperte persequetur diabolus ecclesiam, & forte erunt ijdẽ qui prius occulte, & postea aperte persequentur, & hoc extrahitur ex nominis interpretatione, Gog, interpretatur tectum, & Magog, detectum, tamen Augustinus videtur velle, vt Gog. sit nomen exercitus diaboli. Magog vero refertur ad diabolum, qui de tecto suo. i. de malis exibit ad bonos expugnandos. Augustinus autem sic. 20. de ciuitate Dei cap. 1. Gentes iste, quas appellant gog, & magog, non sunt sic accipiende, tanquam sint aliqui, in aliqua parte terrarum barbararũ, constituti, siue quos quidam suspicãtur getas, & massagetas, propter literas horum nominum primas, siue alios quos alienigenas. Sed per interpretationes nominũ gog, tectum, magog, detectum intelligimus, gentes toto orbe terrarum diffusas. Gog enim tectum domus diaboli est, magog detectus diabolus est, qui ꝓcedit de domo. Secundum hoc sic construe literam. *Exibit*. Diabolus de malis ad bonos suam potentiam exercendo. *Et seducet gentes multas, quæ sunt super quatuor angulos terræ*. s. Gog, per quos prius occulte pugnabat, & postea *Magog* detecto manifeste exiẽs. *Et tunc congregabit eos*. s. *Gog, & Magog*. i. illos per quos occulte, & illos, per quos aperte pugnabat cõtra ecclesiam, sic per *Magog*, & per *gog*, similiter accipitur populus malorum. Secundum etiam propter hoc intelligitur. Per *Magog* diabolus exiens ab eis. *Gog, & Magog* sunt gentes diuersæ, vel eędẽ pugnantes contra ecclesiã occulte, & aperte, quas tẽpore An-

E tichristi cõgregabit diabolus contra ecclesiã in prælium. i. faciet prælium contra ecclesiam, quorum. s. *Gog* numerus est sicut arena maris, quæ dicitur propter multitudinem, et felicitatem, & diuersitatem. De hoc habetur Eze. 38. Hoc modo, Fili hominis pone faciem tuam contra Gog, & terrã Magog, principem capitis Mosoc, & Tubal. *Et ascenderunt*, idest ascendent superbiendo, & aperte debaccãdo. *Super altitudinem terræ*. Glo. i. omni orbe. Iohel. 1. Gens ascendet super terram meã fortis, & innumerabilis, dentes eius, vt dẽtes leonis, & molares eius vt catuli leonis, posuit vineam meam in desertum. i. ecclesiam, & ficum meam decorticauit. Eze. 38. Ascendens, quasi tempestas venient, & quasi nubes, vt operiret terram. *Et circumierunt*. Hic ostendit̃, quòd non permittitur diabolus secundum suum desiderium dominari, in sanctos dicens. *Et circumierunt*. i. circuminet, vel circuibunt quasi inuadentes, etiã intrare non valentes. *Castra sanctorum*. i. sanctos paratos ad pugnam. Et ideo non potuerunt dæmones intrare. Gene. 32. Castra Dei sunt hæc. *Et ciui-*

F *tatem dilectam* a Deo. i. ecclesiam vnanimem, & concordem in bello contra diabolum, & exercitum eius.

Et descendit ignis a Deo de cœlo, & deuorauit eos, & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, et sulfuris, vbi & bestia, & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

Et descendit. Hæc est tertia pars capituli, in qua ostenditur pęna diaboli, quàm meretur, ex hoc, quòd Antichristum, & suos contra ecclesiam congregabit, & armabit. Vnde dicit. *Et descendit*. i. descendat ignis a Deo *De cœlo*. i. carnis pęna inuoluens omnes illos, qui significantur per ignẽ. Quia sicut igni nil, nisi aqua potest resistere, ita illi pęnæ nil potest resistere nisi sola Dei potentia. Psal. Ignis ante ipsum præcedet: & inflãmabit in circuitu inimicos eius. Vnde, & hic sequitur. *Et deuorauit eos*. i. deuorabit subito. 1. Thesa. 4. Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentin⁹ superueniet interit⁹.

G *Et diabolus, qui seducebat eos*, per Antichristum, & suos *missus est*. i. mittetur *in stagnum ignis, & sulfuris*. i. in tormentum inferni, stabilis, ardens, & fętens. Eze. 18. Ignem, & sulfurem pluãt super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui cũ eo sunt, vbi *bestia*. i. Antichristus. Et *Pseudopropheta*, idest omnes complices eius, qui mendaciter promittent fęlicitatem sibi supple erunt cum eo. *Et cruciabuntur die ac nocte*. i. continue, & sine interpollatione. Vel *Die, & nocte*. Quia ex luce quidẽ erit ibi aliquid, & ex tenebris erit excruciat⁹ in *secula seculorũ*. i. sine fine. Supra. 3. *Fumus tormentorum eius ascendet in secula seculorum*.

Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra, & cœlum, et locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu Dei, & libri, aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, et iudicati sunt mortui ex his,
H *quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum, & dedit mare mortuos, qui in eo erant, et mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secũda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.*

Et vidi thronum. Quarta pars capituli, in qua ostenditur pęna diaboli: quam meretur, ex hoc, quod multos decepio & dicuntur hic tria, & primum pertinet ad diaboli confusionẽ. Secundo ponitur resurrectio omnium, & remuneratio eorum, secundum opera eorum. Tertio subiungitur damnatio diaboli, cum toto corpore suo. Primum, quòd pertinet ad confusionem diaboli, tria continet. s. mundi destructionem, in quo principatum habuit, vel cordium manifestationem, in quibus latuit, & consilia sua contulit. Vel

apertam

apertam Christi dominationem super ipsum, & suos, contra quem ipsi pugnauerunt. Dicturus autem Iohannes de mundi destructione præmittit a quo fiat. s. a Christo sedente supra thronũ. i. ecclesiam, & gubernante, & defendente. Vnde dicit. *Et vidi thronum magnum* .i. ecclesiam auctam, & virtutum sublimitatem magnam. Baruch. 3. O Israel quã magna est domus Dei, &c. *Candidu*, per innocentiam. Vel secundum Glo. per immortalitatem, & impassibilitatem. Immortalitas ad dotes corporis, et impassibilitas ad dotes animæ, quod iam habet ecclesia, in quibusdã re, & in aliĩs spe. *Et sedentem super eum* .i. super thronum videlicet supple, hoc est Christum ecclesiæ præsidentem, & ipsam regentem. Can. 4. Ferculum fecit Salomõ de lignis libani. i. ex puris fidelibus, columnas fecit argenteas. i. prælatos claros fama, sonoros doctrina, claros vita. Reclinatorium aureũ. i. claustrales obedientes. Aurum enim ductile est, & ideo significat obedientiã. Ascensum purpureum. i. martyres media charitate, constrauit, quia oẽs istos sic ex amore sibi coniunxit: de hoc etiam throno dicitur. 3. Reg. 10. Fecit Salomon thronum de ebore grandem. *A cuius conspectu* .i. quo ad iudicium præsentialiter veniẽte. *Fugit terra, & cælum*, aereum a specie quam nunc habet. Quia tunc amittent speciem istã, quæ mutabitur in melius. 1. Cor. 6. Præterit figura huius, non substãtia. *Et locus non est inuentus ab eis*. glo. s. a terra, & cęlo, secundum priorem statum, quasi dicat. Forma quam habuerunt vsque hodie non erit in eis, per hoc, quòd dicitur. *Fugit*. Nota quòd non omnino peribunt cęlum, & terra, sed manebunt secundum substantiam, sicut qui fugit aliũ non ideo perit, sed a visu illius subtrahitur, vel anthonomatice. Per *Cœlu* intelliguntur maligni spiritus, qui in cęlo fuerunt elati. Per terram mali homines terrenis dediti. Et tam hi quàm isti fugient a facie domini ad iudicium venientis accepta sententia diffinitiua. Ite maledicti, &c. Matth. 26. Et postea non *inuenitur amplius eorũ locus*, quem prius habuerunt, quia in infernũ retrudentur in perpetuum, huic expositioni concordat illud. Psal. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, &c. Sequitur *Et vidi mortuos*. Hoc est secũdum, quòd pertinet ad confusionem diaboli. s. manifestatio cordium, in quibus ipse dormiuit, & consilia sua committit. Vnde multum confundetur, quia tunc aperte reuelabitur eius iniquitas. Dicit ergo. *Et vidi mortuos* vtraque morte. s. culpæ, & naturæ. *Pusillos, & magnos*. i. tam maiores, quàm minores stãtes, resumptis corporibus *in conspectu throni* .i. iudicis, & omnium sanctorum, qui omnino videbunt merita singulorũ, vt dicit Glo. Et cum domino iudicabunt. Vnde Sap. 3. Iudicabunt sancti nationes. *Et libri aperti sunt*. i. conscientiæ, quæ modo latent, tunc apparebunt omnibus. Quia vt dicit Gregorius. Mentem vniuscuiusque ab oculis alterius, corpulentia non abscondit. Danie. 7. Sedet iudicium, & libri aperti sunt. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quousq; veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordiũ. Vel *Libri aperti sunt*. i. pręcepta diuina, quæ modo clausa videnť. Quia non attendiť, qd sequiť ex impletione, vel transgressione eorũ, sed tunc aperienť, quia tũc videbunt omnes malos, per trãsgressiones præceptorũ diuinorum puniri, & bonos, propter impletionem eorum remunerari. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari, oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, seu bonum, seu malum. *Et alius liber*. Hoc est testimoniũ, qd faciet, ad confusionem diaboli. s. aperta, & euidens potestas Chri super diabolũ, & mẽbra ei⁹ qui contra ipsum pugnauerũt. Vñ dicit. *Et alius liber*. i. Chrs apt⁹ est, idest aperieť, quia oĩbus apparebit omnipotens malos dãnando, & bonos præmiando. Vnde Psal. Cognoscetur dominus iudicia faciens. Beatus Bernardus: qui modo ignoratur iniuriam patiens. *Qui est vitæ* dator. Iob. 10. Vitam, & misericordiam tribuisti mihi. Iohan. 17. Ipse dat omnibus vitã, & inspirationem. Vel *Qui est vitæ*. i. viuens, vel vita. Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Eccl. 24. Hæc omnia liber vitæ. Iohan. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic, & dedit filio vitam habere in semetipso, vel liber eius est præscientia Dei siue dispositio diuina, quæ modo latet. Sed tũc

A erit omnibus aperta. Quia tunc manifeste videbitur, qui sunt pręsciti ad mortem, & qui prædestinati ad vitam. Augustinus. Aliter exponit intelligens per libros apertos omnes sanctos, in iudicio existentes. Per alium librum intelligens vim diuinam, per quam vnusquisque videbit, & recolet omnia mala quæcũque cogitauit. Dixit autem. Fecit. Vnde liber ille alius. i. vis diuina alios libros aperiet, quia vnusquisq; suam cõscientiam, & quicquid in eo latet ostẽdet. Vnde dicit Augustinus. 20. de Ciuitate Dei cap. 14. Libri intelligendi sunt sancti veteres, & noui, vt in illis ostenderetur, cui Deus sua præcepta fieri misisset. Sed vis diuina intelligenda est, qua fiet, vt vnicuique opera sua bona, vel mala cuncta in memoriam reuocẽtur, quæ nimirum vis diuina libri nomen accepit. In ea quippe quodam modo legitur quicquid ea faciente recolitur. Secundum hoc sensus est. *Libri aperti sunt*. i. in iudicio manifeste, nisi in quibus mali potuerunt legere bona, quæ facere debuerunt, & neglexerunt. *Et alius liber apertus est* .i. illa vis diuina vnicuique

B ostendens facta sua omnia *Qui est vitæ*. i. Christi, vel Dei. Nã vis illa diuina solius Dei est. *Et iudicati sunt mortui*. i. mali morte culpæ mortui. *Ex his, quæ scripta erant in libris* .i. propriĩs conscientĩs, vel in scripturis diuinis, vel in scientĩs, quarum cõparatione iudicabuntur reprobi legentes in eis, quæ ipsi facere noluerunt, vt dicit Glo. *Secundum opera ipsorum*, quia vnicuique reddetur secundum meritum suum. *Et dedit mare*. Hic agitur expressius de resurrectione corporum, ostendens, ꝙ quãtumcũque deiecta fuerint corpora sanctorum, tunc viuificabuntur, & glorificabuntur. Quod quidã non credunt vt dicit glo. *Et mare dedit*. i. dabit *Mortuos*. i. corpora mortuorũ quæ deiecta siue submersa fuerũt in mare. De quibus min⁹ videtur inesse, & inest, ergo, & de quo maius. Et id probatur per locum a minori, ꝙ omnes resurgent. *Quia mare dedit*, idest dabit. i. reddet *Mortuos, qui in eo erant*, idest eorum corpora, secundum Augustinum. Sic & mare. i. seculũ dedit mortuos, tam bonos, quàm malos. *Qui in eo erant*, idest erunt tunc hic enim loquitur Iohannes, secundum Augustinũ de his

C qui viui reperientur in iudicio, & secundum hoc boni dicuntur mortui, bona morte, qua sancti moriuntur peccato, vel mundo. De quibus dicitur Colo. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Mali vero dicũtur mortui mala morte, quę separat a Deo, qui est vera vita hominum, de quibus dicitur Matth. 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sequitur. *Et mors*. Glo. i. diabolus. *Et infernus*. Glo. i. tenebrarum locus. *Dederunt* .i. dabunt *Mortuos*, idest animas mortuorum. *Qui in ipsis erant* .i. quos tenebant violenter, vel secundum expositionem Augustini. *Mors, & infernus dederunt mortuos, qui in ipsis erant*. Quia sicut inuenti fuerunt a iudice veniente, sic aderunt iudicio. Illos, qui erant in inferno reddet infernus. Illos, qui viui erunt, occidet ignis, qui præcedet faciem iudicis, & statim resurgent, & sic illos reddet mors, vel sic. *Et mare* .i. baptismus. *Dedit mortuos, qui in eo erant* .i. representabit Deo infantes, & cęteros qui in fide baptizati erũt. *Et mors, & infernus dederũt mortuos, qui in ipsis erãt*. Mortuos, mortuos vocat illos,

D qui fidem receperunt, sed postea male viuẽdo in inferno se deputauerunt, & oẽs illos representabunt in iudicio. *Et iudicatum est de singulis secundũ opera ipsorum* sine acceptione personæ, Sap. 6. Non subtrahet personam cuiusquam dominus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam. *Et infernus*. Glo. i. profundi in vitĩs, qui fecerunt de cordibus suis habitaculum dæmonum, & locum tenebrarum. *Et mors* Glo. i. diabolus, primus actor mortis. *Missi sunt* .i. mittentur *in stagnum ignis* .i. in profunditatem infernalis conflagrationis. i. in pęnam stabilem, & acerbam, hæc est *mors*, Mors est peccatum, quo separatur Deus ab anima. Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Sap. 1. Peruersæ cogitationes elongant se a Deo. Secunda mors est supplicium æternum, quo vtrũque, idest corpus, & anima separantur a gloria. Isa. 26. tollatur impius ne videat gloriam Dei. Qui cauet primã mortem, non incurret secundam. Vnde supra 3. *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda*. *Et qui non est inuentus in libro vitæ scriptus*, stilo

prædi-

prædiſtinationis, quo ſcribuntur tantum electi. *Miſſus eſt in ſtagnum ignis*.i.in infernum, vbi eſt ignis ſtabilis.i. inextinguibilis, qui.ſ.nec extinguet, nec extinguetur. Epilogus pręmiſſorum. *Angelus*, itaq; eſt Christus deſcenſio angeli incarnatio verbi. *Catena magna*, poteſtas diuina. *Ligatio diaboli* cohibitio nocendi. *Mille anni*, tẽpus a Chriſto, vſque ad aduentũ Antichriſti. *Sedes*, ſubditi, *ſedentes* prælati. *Cæteri, qui non vixerunt mortuorum* reprobi, qui iam perierunt. *Reſurrectio*, prima iuſtificatio in anima. *Mors ſecunda damnatio æterna*. *Solutio diaboli*, relaxatio nocendi. *Congregatio Gog, & Magog in prælium*, exercitatio malorum ad perſequendum. *Ignis, & ſulfuris* incẽdunt fętentis damnationis, thronus eccleſia. *Libri aperti* conſcientiarum reuelatio. *Mortui* iudicati ex ſcriptis in libro vitæ. *Damnatio malorum* ex comparatione iuſtorum. *Stagnum ignis*, profunditas damnationis.

CAPVT XXI.

ET vidi cælum nouum, & terram nouam. Primum enim cælum, & prima terra abijt, et F *mare iam non eſt. Et ego Iohannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam, deſcendentem de cælo, a Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra quæ prima abierunt. Et dixit, qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi. Scribe, quia hæc verba fidelia ſunt, & vera. Et dixit mihi. Factũ eſt. Ego ſum α, & ω: initium, & finis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit, poſsidebit omnia, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem, & incre-* G *dulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris: & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, et ſulfure, quod eſt mors ſecunda*, 1

ET *vidi*. Hæc eſt ſexta viſio, in qua agitur de innouatione elementorum, & glorificatione ſanctorum, & pulchritudine supernę Ieruſalem, & continet hæc viſio duo capitula.ſ. iſtud, & vigeſimum ſecũdum, quod eſt vltimum. Differt autem hæc viſio a præcedenti, quia præcedens continet ea, quæ circa iudicium, & poſt futura ſunt circa malos. Hæc autem viſio continet ea, quæ futura ſunt circa bonos. In hoc autem capitulo agitur de duobus.ſ. innouatione elementorum: & de glorificatione ſanctorum. In ſequenti capitulo agitur de pulchritudine, & amęnitate ſupernæ Ieruſalem, & quoniam in ore duorum, vel trium teſtium ſtat H omne verbum, vt dicitur Deut.19. Ideo ad certificationem iſtorum triplex teſtimoniũ inducit Iohannes. Primo ſuũ qui hanc viſione vidit. Secundo teſtimonium patrũ quibus Deus multa reuelauit. Tertio teſtimoniũ Dei ſedentis in throno. Ex prędictis iam patet, quod hoc capitulũ duas partes habet. In prima agitur de innouatione mundi, quę duplex eſt.ſ. innouatio elementorũ, & innouatio corporũ humanorum. In ſecunda agitur de dignitate, & refectione cęleſtis Ieruſalem. Ibi. *Et venit vnus*. Circa primam partẽ dicuntur octo. Primo oſtenditur gloria ſanctorum, quam in ipſis habebũt.ſ. de innouatione mũdi, quo bene vſi ſunt. Secundo deſcribitur gloria ſanctorum, quam in ipſis habebunt. Ibi. *Et ego Iohannes*. Tertio, ne hoc incredibile videatur, confirmat auctoritate patrum, qui hoc prędixerũt. Ibi. *Et audiui vocem*. Quarto vt hoc teſtimonium firmius habeatur, & carius, confirmat auctoritate, & teſtimonio domini. Ibi. *Et dixit*. Quinto præcipit Iohanni, vt hoc ſcribat

E ad vtilitatem ſequentium, qui ea ſunt viſuri. Ibi. *Et dixit mihi ſcribe*. Ne eius ſcriptum condemnetur, oſtenditur, quòd cito, hæc omnia complebuntur. Ibi. *Et dixit mihi factum eſt*. Septimo, vt omnis dubitatio amoueatur, probat hoc idem Iohannes per locum a minori ſumptum a potentia Dei, quia ſi creare potuit Deus mundũ, potuit, & innouare. Ibi. *Ego ſum α, & ω*. Octauo ſubiungit executionem per comparationem pęnæ, & præmij, vt omnes ad hanc innouationem, venire laborent. Ibi. *Ego ſitienti dabo*. Dicit ergo. *Et vidi*.i. intellexi ſpiritu reuelante. *Cælum nouum*. Glo.i. aerem innouandum. *Et terram nouam*.i. terram innouatam. Quæ innouatio fiet per illum magnum ignem, qui præcedet faciem iudicis. Sicut dicit. 2. Pet. 3. Aduenient (inquit) dies domini, ſicut fur, in qua cœli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſoluentur. Nouos vero cœlos, & nouam terram, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Ibi. Glo, elementa quatoor, quibus mundus conſiſtit, ille maximus ignis abſumet, nec cuncta in tantum conſumet, F vt non ſint, ſed duo ex toto conſumet, duo vero in meliorẽ reſtituet faciem, & ſtatum. Ex hac. Glo. videtur, quòd non omnia elementa innouabuntur, ſed duo tantũ, & alia omnia conſumẽtur, ſed dicendum eſt, ꝙ re vera omnia innouabuntur elementa, & remanebunt ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſed tranſibunt, ſecundum exteriorẽ formam, & qualitates ſubſtantiales eorum remanebunt, ſecundum quòd ſunt, ſed ſecundum actionem, & paſsionem mutuam tranſibunt, homines vero exiſtentes in ſtatu mortis, indigent mutua actione elementorum, & ideo peribunt qualitates elementorum, ſecundum quod ſunt agentes, & patientes. Vnde Auguſtinus de ciuitate Dei cap. 16. Elementorũ (inquit) corruptibilium qualitates, quæ in corporibus noſtris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt, atque eorum ſubſtantia eas qualitates habebit, quæ in corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniunt. Vt mundus in melius innouatus, apte accommodetur homi-nibus in carne in melius innouatis. De hac materia ſatis di-G ximus in fine Quarti Sententiarum, & ideo modo tranſimus. *Primum enim cælum, & prima terra abiit*.i. priorem ſtatum amiſit. Quia ille ſtatus amplius, non erit neceſſarius, vt dicit glo. *Et mare iam non eſt*. Glo. ſecundum priorem ſtatum, quia amaritudo aquarum, & craſsitudo auferetur, & remanebunt ſecundum ſubſtantiam melioratam, & innouatẽ. Sed quęritur quis ſit ille ignis maximus? Circa hoc multi, multa dixerunt: ſed Auguſtinus videtur velle, in libro de ciuitate Dei cap. 6. quòd ignis ille maximus erit conflagratio mũdanarum aquarum. Omnes enim materię ignibiles tunc incendentur, & comburentur. Sed ex hoc videtur, ꝙ aqua non innouabitur, quia non eſt combuſtibilis, ſed potius per ignem euaporabilis, de quo etiam Auguſtinus, dubitare videtur in libro. 20. de ciuitate Dei cap. 16. vbi dicit Cęlum quippe nouum, & terram nouam legimus futurã. De mari autem nouo, me vſpiam legiſſe, non recolo. Item videtur, quòd ignis non innouabitur, ſed omnino deficiet, quia ſubtracta materia ignibili, naturaliter deficiet ignis. H Iuxta illud, ſubtrahe ligna foco, pro cuius ignis abeſt, & conſtat, quòd tunc deficiet materia ignibilis. Nam aliter duraret ille maximus ignis in perpetuum. quare videtur, ꝙ ignis, & aqua, non conſumentur. Item quæritur ſi omnia elementa innouabuntur, per quod innouabitur ignis? cum ille maxime non aſcendat, niſi quantum aſcenderunt aquæ diluuij? Et conſtat, ꝙ aquæ non aſcenderunt vſq; ad ignis elementũ, dicitur, ꝙ forte ignis elementum purgabitur, ſiue innouabitur per ſeipſum, quia naturaliter habet virtutem purgatiuam, ſimiliter, & aqua, vt dicit glo. Miſtice per cęlum ſignificatur ſpiritus humanus, per terram caro. Vnde Iſa. vlti. cęlum mihi ſedes eſt, &c. Et hæc innouabuntur.i. in melius mutabuntur, per mare vero multitudo impiorum, quæ amplius non erit, quia ab eſſe vero ſeparati ſunt. Vnde Auguſtinus. 20. de ciuitate Dei. Nomine maris ſignificatur hoc ſeculum turbulentum, & procelloſum. De quo Pſal. Hoc mare magnũ, et ſpacioſum, &c. *Et ego Iohannes* oſtenſa exteriori gloria, quam ſancti habebũt in ſeipſis

in seipsis. Vnde dicit. *Et ego vidi ciuitatem*.i.ecclesiam sub vna ciuium suorum lege viuentem, & in vno libro legentem, et sub vno domino degentẽ. Iohan.10. Alias oues habeo, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, &c. Psal. Ierusalem, quæ ędificatur, vt ciuitas, &c. *Sanctam*.i.omnino mũdam. Ephe.5. dilexit ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt illã sanctificaret, &c. Item *sanctam*.i. firmam, & stabilẽ securam, tunc certa erit, ꝙ a sponso separari nõ poterit, nec toto, nec in parte. Isa.32. Sedebit popul⁹ me⁹ in pulchritudine pacis. Psal. Lauda Ierusalem dñm, lauda Deũ tuũ Sion, quoniam confortauit, &c. *Ierusalem*. Glo.i. in omni quiete, & pace positam, & Deum, qui est vera pax videntem, vt nihil possit turbare pacem eius, sicut Isa. 25. Non erit leo, & mala bestia non ascendet per eam. Nouam, idest innouatam, quia tunc plenarie auferetur omnis vetustas, tam culpæ, quàm poenæ ab ea, quando hoc mortale induet immortalitatem, vt dicitur.1.Cor.15. *Descendentem de coelo* per humilitatem, & innocentiam, qua se omnino subijciet Deo. Vel per recognitionem, quia recognoscet quicquid boni habet, & habuit a Deo, nõ a se habere. Vnde supra.4. *Procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno*. Glo.ibi. in secreto cordis attribuentes Deo victoriã vitiorum, & tribulationũ. Augustinus.9. de ciuitate Dei cap.17. exponit sic dicens. *De coelo descendentem*. Ciuitas ista dicitur, quoniam coelestis est gratia, qua Deus eam fecit. *Et de coelo* quidem ab initio sui descendit, quando per huius seculi tempora gratia Dei superueniente per lauacrum regenerationis, per spiritum sanctum missa de coelo, sub inde ciues eius ostenderet. Vnde *Descendentem*, non modo cum iam est in gloria. Sed pri⁹ per infusionem gratiæ in baptismo *A Deo paratam*. Apparatu virtutum, quæ a Deo solo sunt. *Sicut sponsam ornatam*, ornatu virtutum, & operum *Viro suo*.i. ad honorem viri sui. Vel sicut decet virum suum, cuius ornatum ostendit. Psalmus. Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus, &c.1.Pet.1. quarum sit non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, &c. Sed qui est absconditus homini, &c. Hic ornatus ecclesiæ significatur. Hest.16. vbi legitur. Quod Hæster induta gloria sua, volẽs ingredi ad Assuerũ, assumpsit duas ancillas suas, quarum vna defluentia in humum vestimenta sustentabat, & altera super se incubantẽm, quasi pro delicijs tenerã supportabat. Hæster interpretatur abscondita, & significat ecclesiam, quæ semper in abscondito faciei sui sponsi est a conturbatione hominum. Vna famula, quæ vestes colligit est humilitas, quæ puluerem excutit vanegloriæ. Altera, quæ ea supportat, est charitas, quæ omnia sustinet, & omnia suffert, vt dicitur.1.Cor.12. Eleganter autẽ ponit hic nomen suum Iohan. vbi loquitur, ergo eleganter anteponit hic nomen, ad innuendum, ꝙ ad illam gloriãm nemo peruenit, nisi per gratiam. Psal. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, &c. Quia stantes, &c.i. in gratia, per quam quasi per atrium intratur, ad gloriã, & dñr hic septẽ, quæ faciũt ad gloriam ecclesiæ quorũ quatuor habebit in futuro, tantum tria habet in præsenti, vt possit vere dici ecclesiæ. O terque, quaterq; beati, ter beati, propter tres dotes animę. Quater beati, propter quatuor dotes animę, & corporis, tñ tria quatuor, quæ hic ponuntur communia sunt. Primum est vnitas. Vnde dicit. *Ciuitatem*. Secundum securitas. Vnde dicit *sanctam*.i. firmam. Tertium est pax. Vnde dicit. *Ierusalem*. Quartum incorruptio. Vnde dicit. *Nouam*, quia semper in nouitate sua erit, & nunquam veterascet. Deinde sequuntur tria, quæ in præsenti habita ducunt ad quatuor prædicta. Primum est descensus gratiæ in baptismum. Vnde dicit, descendentẽ de cęlo. Secundum est operum exercitium, quibus se parat in occursum sponsi. Vnde dicit. *A Deo paratam*. Tertium est bonorum morum compositio, & virtutum decor, quibus in exitu vitæ obuiatura sponso se ornauit. Vnde dicit. *Sicut sponsam ornatam monilibus suis. Et audiui*. Hic confirmat patrum testimonio, quod dixerat de innouatione elementorum, et glorificatione prophetica, quæ dicitur magna, quia a magnis est, idest *De coelis*, quæ magna sunt respectu terræ. Terra enim respectu cęli est, quasi punctus, siue centrum ad circulum. *De throno*. supple

A *Procedentem*, idest ab illis, quibus Deus sedet. *Dicentem Ecce tabernaculũ Dei cum hominibus*, idest in uidenti, & in apparenti est, quòd humanitas Christi est in gloria cum hominibus, cum quibus militauit in terra, quasi dicat. Sicut homo Christus Iesus habitauit in terra *Cum hominibus*, ita inseparabiliter habitabũt cũ eo in gloria, qui imitati sunt eum. *Et habitat cum eis* vt dominus cum famulis. Eze. vlti. Nomen ciuitatis ex illa dicit dominus, ibidem, & dicit *Tabernaculum*. Non quod in patria sit necessitas militandi, sed ad innuendum familiaritatem inter Deum, & homines, & sanctos, sicut solet esse inter Reges, & milites, dum sunt in expeditione. Vnde Isa. 33. Oculi tui videbunt ciuitatem Ierusalem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri potest, nec auferentur claui eius in sempiternum, ibi magnificus dominus Deus noster. *Et ipsi populus eius erunt*. Glo. in nullo eum offendẽtes, quod esse nõ potest, dum sunt in carne. Quia vt dicitur Ecclesi. Non est sanctus, qui non peccet, & faciat bonum, & ipse Deus existens, secundum diuinitatem præsentiali-

B ter cum eis, apparens eis manifeste, secundum vtrãque naturam erit eorum Deus per essentiam, & apparentiã, quia nunquam de cetero recedet ab eis, nec ipsi ab eo, hoc totũ sumptum est de Leui. 26. vbi dicitur. Ponam tabernaculũ meum in medio vestri, & non abiciet anima vestra, & ambulabo inter vos, & ero Deus vester vosque eritis meus populus. *Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum*.i. omnem causam lachrymandi amouebit ab eis, & omnem miseriam culpę, & pęnæ, quæ est causa lachrymandi, Quia ibi, nec culpa, nec pęna, nec miseria poterit esse, ibiq; erit plena gloria. *Et mors non erit vltra*. ibi. Sed neq; in inferno mors, dico naturæ.i. dissolutio animæ, & corporis, de qua loquitur hic Iohã. vt dicit glo.1.Cor.15. Absorpta est mors in victoria. *Neque luctus erit*, ibi, quia nulla causa lugendi erit ibi. Et nota, quòd quatuor modis fit luctus sanctorum, vt dicit Rabanus. Aut cum propria peccata deplorant, aut cum in infernum cadentes plangunt, aut cũm peccatis viuentes lachrymantur, aut cũ pro desiderio cęlestis regni lugẽt.

C Patet, ꝙ nullus horum erit, ibi. Quia nec luctus, sed in inferno erit omnis miseria, & ideo continuus luctus. Luctus non alleuians conscientiam, sed cremans corpus, vt dicit quidam sanctus Mat.7. Erit ibi fletus, & stridor dentiũ. Glo.1. Aliqua inquietatio. Quia ibi erit requies opulenta vt dicitur Isa.33. *Neque dolor* erit vltra quia nil mali erit ibi. De cuius præsentia est dolor. Isa.45. Exultabo in Ierusalem & gaudebo in populo meo, et nõ audiet in ea vltra vox fletus, & vox clamoris. *Quæ prima*.i. prius in hoc mũdo habita, *Abierunt* cum reprobis in infernum, vbi est omnis causa lugendi, sed in patria nulla causa luctus poterit intrare, quia tanta erit affluentia gaudiorum, & omnium bonorum, quòd etiam miseriæ: Vel molestiæ præsentes obliuioni tradẽtur, secundum, quòd sunt causa, vel materia, luctus. Isa.5. Non erunt in memoria priora. Ex his patet, quòd miseria præcedet ad gloriam, sicut via ad terminum. Actu.14. Per multas tribulationes. Luc. vlt. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare, &c. Stultus est, qui per aliam viam vult in-

D trare in gloriam, quoniam filius Dei, & sapientia patris omnia potest, & omnia scit. Per eandem viam venerũt omnes sancti, etiam mater sua, quam super omnia dilexit. Ierony. Nimis delicatus miles es, si vis hic gaudere mundo, & cum Christo in fine regnare. Matth.5. Beati, qui lugent. Augustinus, venale habeo quid? regnum cęlorum, quanti emitur? paupertate regnum, labore requies, dolore gaudium, vilitate gloria, morte vita. Augustinus de ciuitate Dei.22. cap. 17. dicit, ꝙ hæc non possunt intelligi de ecclesia militante, sic dicens. Quis ita vesanus, audeat affirmare in huius mortis erumpnis, non dico populum sanctum, sed vnumquẽque sanctorum, qui habeat, vel ducat, vel duxerit, vel ducturus sit vitam, nullas habentẽ lachrymas, & dolores cum potius quanto est quisque sanctior, & desiderijs sanctis plenior, tãto sit in orando fletus eius vberior? Quatuor ergo remouet Iohannes a patria, per quæ possunt intelligi omnia alia mala, per hoc quòd dicit. *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum* remouet omnem grauem laborem

Hor

supra 14. *A modo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis, &c.*
Per hoc, quòd dicit. *Mors ibi non erit*, amouet omnem infirmi
tatem. Vnde Isa. 25. præcipitabit dominus mortē in sempi-
ternum, & per hoc, quòd dicit. *Neque luctus*, remouet omne
peccatum, de quo solo lugendū est, vt dicit Glo. per hoc, ꝙ
dicit. *Neque clamor*, remouet omnem violentiam, & indigen
tiam. Per hoc, ꝙ dicit. *Neque dolor*, remouet præsentiam om-
nis mali. Isa. 14. In die illa cū dederit tibi requiē dñs. Sequit
Et dixit mihi. Hic confirmat Iohānes auctoritate, & testimo-
nio Chr̄i, qđ dixit de innouatione mūdi, & glorificatione
sanctorum dicens. *Et dixit mihi, qui sedebat in throno.* i. in christo,
cui data est potestas iudicandi. *Ecce.* i. euidenter, & statim.
Noua facio omnia, superius dicta. i. cęlū, & terram, & sanctorū
corpora. Vnde Isa. 65. Ecce ego dñs nouos creo coelos, &c.
Isa. in fi. Sic cęli noui, & terra noua, &c. *Et dixit mihi Christus*,
scilicet, *scribe*, hic præcipitur. Iohan. vt ista scribat ad vtili-
tatem sequentium, & ostēditur ratio, quare scribenda sunt.
Quia scilicet *vera*, & fide digna sunt triplici testimonio ap
probata. Dicit quoque *Et dixit mihi* Christus. s. *scribe*. Primo
in corde tuo, deinde in codice ad vtilitatem legentium. *Quia*
hæc verba, quæ audisti de mundi innouatione, & sanctorum
gloria *Fidelissima sunt*. i. fide dignissima sunt, triplici testimo-
nio approbata. *Et vera.* Quia sicut dixi ita fiet, & ideo fide-
lissima sunt. Sed quare non dr̄ ꝙ verissima sint, sed fidelissi
ma? Solutio, fidelissima dicuntur, respectu numeri. Vnde
potest recipere comparationem, vera dicūtur respectu rei,
& ideo proprie non recipit comparationem, & si aliquan-
do dicitur aliquid alio verius, hoc est respectu numeri, &
improprie, & hæc verba sunt fidelia, quia confirmata Io-
hannis testimonio. Fideliora, quia additum est testimoniū
sanctorum patrum. Fidelissima, quia subiunctum est testi
monium Christi. *Et dixit mihi*, quia magnum est, & mirum,
quòd dixit, ne forte contemnatur quod dixit, & scripsit.
Ostendit hic Iohannes quod cito fient omnia, quæ dixit,
& ideo contemnenda non sunt. Dixit ergo. *Et dixit mihi*
idem, quod prius. s. Christus. *Factum est.* i. cito fiet quicquid
prædictum est. Matth. 5. Iota vnum, aut vnus apex, &c.
Ego sum. Hic probat Iohannes quasi per locum a minori
quod hæc omnia fient à Christo. Quia si potuit mundum
ex nihilo creare, multo fortius poterit innouare creatum.
Vnde dicit *Ego sum* ᾱ, *&* ω. Et exponit, quid est hoc *initium*,
& finis. i. dator, & seruator omniū, quasi dicat. Ego creaui
omnia, & ego cōsummabo omnia, & innouabo ea. *Ego si-*
tienti. Hic subiungit exhortationem inuitans ad credēdam,
& consequendam, & percipiendam hanc innouationem,
per participationem pęnitentiæ, & præmij. Et primo po-
nit primum quod dabitur fidelibus innouatis dicens. *Ego*,
cui subijcitur, posse, & nosse, & velle. *Dabo gratis*, non red-
dam meritis. *sitienti*. i. Deū desideranti, & expectanti *De fon*
te aquæ viuæ gratis. i. qui faciet viuere oēs, qui bibunt de aqua
ista. Iohan. 4. Qui bibit ex aqua quàm ego, &c. Fons iste
Christus est. Vnde Psalm. Quia apud te est fons vitæ, &c.
Aquæ huius fontis sunt virtutes, & dona, & cætera benefi-
cia, quæ ab ipso iugiter, & abundanter emanant, & largius
emanabunt in die renouationis elementorum, & glorifica-
tionis sanctorum. Ipsa enim innouatio, & glorificatio riuu
li sunt illius fontis, & singula bona, quæ dabit sanctis, sunt
riuuli istius fontis. *Qui vicerit*, quia dixerat *sitienti*. se daturū
de fonte, aquæ viuæ gratis, ne putaret aliquis, quòd suffice-
ret semel sitisse, seu desiderasse, ideo oñdit, quia oportet per
seuerare in desiderio illo, quia sola perseuerātia coronatur.
Iuxta illud Matth. 5. Qui perseuerauerit, &c. 1. Cor. 10. Om
nis quidem currunt, sed vnus, &c. s. perseuerās. Dicit ergo.
Qui vicerit omnes hostes, et in victoria perseuerat. *Possidebit hæc*
idest firmiter, & immobiliter, Deum immortalē tenebit.
Supra. 2. *Qui vicerit dabo ei*, &c. & ibidē. *Qui vicerit, & custodierit*
vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & ero illi Deus om
nia bona ei tribuens, & ipse erit mihi filius, filiali amore me amplectens, qua
si dicat Sicut pater diligit filium, & bona sua illi communi-
cat, sic ego diligam eos, & bona mea illis communicabo.
Isa. 6. Dabo eis in domo, &c. *Timidis autem.* hic ostēdit. Iohā.
Pęnam illorum, qui non desiderant illam innouationē, &

E glorificationem, nec laborant, vt ad illam perueniant, &
ponit octo genera malorum, quibus infligetur pęna ęterna,
Vnde dicit. *Timidis autem*, quasi dicat vincentibus dabo su-
pra dicta. *Timidis autem*. i. illis, qui timore humano, vel mun
dano fidem negant, vel recipere nolunt, vel peccant morta
liter. *Et incredulis*. i. de hac innouatione desperantibus. *Et exe*
cratis. i. excommunicatis, & sine pudore peccantibus, *Et*
homicidis non solum corporalibus, sed etiam spiritualibus.
1. Io. 3. Qui odit fratrē suum, &c. Ambrosi⁹. Pasce famelicū
morientē, si non pauisti, occidisti. Eccl. 33. Qui aufert in su
dore panē. i. qui cū sudore acquisitus est, quasi qui occide-
rit proximum, &c. *Et fornicatoribus*, corporalibus, & spūali-
b⁹. *Et veneficis*. i. illis qui venenū ꝓpināt, ad literā, vel venenū
detractionis, seu erroris. *Et idolatris*. i. illis, qui (ad literā) co-
lunt idola, vel adulatoribus, qui principibus, & prælatis
malis, & indignis, qui sunt idola spiritualia, adulantur, &
eis adulantes adorant. Psalm. Confundantur omnes, qui
adorant sculptilia. *Et omnibus mendacibus*. i. omnibus quibus
F mendacium est in vsu. Sap. 1. Os quod mentitur, occidit
animam, & intelligitur de mendacio pernitioso, quia offi-
ciosum, & ociosum non sunt mortalia, vbi ex alio fiunt. *Et*
pars illorum. i. omnium prędictorum. *Erunt in stagnum ignis arden*
tis, & sulfuris. Vnusquisque tamen pro qualitate culpæ suæ
quod est mors secunda: vt dictum est supra eodem Psal.
Ignis, sulfur, &c.

Et venit vnus de septem angelis habētibus phialas ple-
nas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, di-
cens. Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem agni. Et
sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, &
ostendit mihi ciuitatem magnam sanctam Ierusalem, de-
scendentem de coelo a Deo, habentem claritatem Dei, &
lumen eius simile lapidi preciosissimo tanquam lapidi iaspi-
dis chrystallizanti. Et habebat murum magnum, &
altum habentem portas duodecim, & in portis ange-
G *los duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina*
duodecim tribuum filiorum Israel. Ab Oriente, por-
tæ tres, & ab Aquilone, portæ tres, & ab Austro por-
tæ tres, & ab Occasu, portæ tres. Et murus ciuitatis
habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim; nomi-
na duodecim apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum
habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ci-
uitatem, & portas eius, & murum. Et ciuitas in quadro
posita est, & longitudo eius tanta est, quanta & latitudo,
& mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia
duodecim millia, & lōgitudo, & altitudo, et latitudo eius
æqualia sunt. Et mensus est murum eius centum quadra-
ginta quatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est ange-
li. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero
H *ciuitas aurum mundum, similis vitro mundo. Et funda-*
menta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Funda-
mentum primum, iaspis: secundum, sapphirus: tertium, cal
cedonius: quartum, smaragdus: quintum, sardonyx. sextū
sardius: septimum, chrysolitus: octauum, berillus: nonum,
topazius: decimum, chrysoprasus: vndecimum, hyacin-
thus: duodecimum, amethystus. Et duodecim portæ, duo-
decim margaritæ sunt; per singulas: et singulæ portæ, erāt
ex singulis margaritis, & platea ciuitatis aurum mundū
tanquam vitrum perlucidum, Et templum non vidi in ea.
Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, &
agnus. Et ciuitas non eget Sole neque Luna, vt luceant
in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius
est agnus. Et ambulabunt gentes, quæ saluatæ fuerunt,
in lumine

in lumine eius, & reges terræ afferent gloriam suam in illam. Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim nō non erit illic. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni.

Et venit vnus. Secunda pars capituli, in qua ostendit Iohannes dignitatem supernæ Ierusalem, quæ dignitas ad similitudinem ciuitatis naturalis consistit in duodecim conditionibus, a quibus commendatur. Primo igitur describitur ciuitas cęlestis a situ. Ibi. *Et sustulit.* Secundo ab artifice. Ibi. *Et ostendit.* Tertio a firma clausura. Ibi. *Et habebat murum.* Quarto a fundamenti positione. Ibi. *Et murus ciuitatis.* Quinto a qualitate dispositionis. Ibi. *Qui loquebatur.* Sexto a quantitate mensurationis. Ibi. *Et mensus est ciuitatem.* Septimo a prætiositate materiæ. Ibi. *Et erat structura.* Octauo a mundicia platearum. Ibi. *Et platea.* Nono a regis auctoritate. Ibi. *Et templum non vidi in ea.* Decimo à seruitorum industria. Ibi. *Ambulabunt gentes.* Vndecimo a plena securitate. Ibi. *Et portæ eius non claudentur.* Duodecimo à ciuiū puritate, & bonitate. Ibi. *Et afferent gloriam, & honorem,* & hæc omnia sunt spiritualiter, intelligenda, quia ad literam non possunt esse vera. Situs ergo ciuitatis cęlestis est mōs magnus, idest Christus. Iuxta illud. 1. Cor. 3. Fundamentū aliud, &c. Artifex est dñs. Hæb. 11. Expectabat. n. fundamēta habentia ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus. Vnde Isa. 26. Vrbs fortitudinis Sion, &c. Antemurale exterius ęst humanitas, Murus interior est diuinitas, fundamenta sunt prophetæ. Apostolus. Iam non estis hospites. Dispositio ciuitatis est ordinata positio personarum. Quia vna supra aliā, vel quadratura virtutum. Muri ciuitatis sunt fideles, vel virtutes. Plateæ sunt coniugati. Vir est Christus. Seruitores angeli. Securitas est ibi, quia oēs certi erunt, quòd non amittent, quod habent. Ciuium puritas, quia nullus malus est ibi. Hanc ergo descripturus ciuitatem Iohannes ostendit. Primo quo monstrante hoc sciuit, quod facit, *ne fictū* putaretur. Dicit ergo. *Et venit*, missus a patre luminum. *Vnus de septem* ordinibus prædicatorum, de quibus dictum est supra decimoquinto, & decimo capitulo. *Habentibus septem phialas.* i. vniuersas scripturas *Plenas septem plagis nouissimis.* i. tempore nouissimo infligendis, & per hoc, quod est vnus de septē angelis innuit Iohan. quod vniuersus prædicatorum, cętus præsentium, præteritorum, & futurorum, in hoc concordat, quòd talis sit dignitas cęlestis Ierusalem, qualis nunc describitur a Iohanne. Vel *Vnus de septem angelis* potest Christus intelligi, qui est de numero prædicatorum, sicut caput dicitur pars corporis, & numeratur inter membra, & est tamen supra membra, regens ea, cuius inspiratione. Iohā. cognouit ea, quæ dicit. *Et locutus est mecum.* Non dicit mihi sed *Mecum*, quia mutua erit locutio. *Dicens*, interius loquens per inspirationem. *Veni.* Glo. i. intellectum applica, vel amplia quòd fit cum homo separat, & subtrahit se a tumultu mundi, & curis seculi, & diligenter audit, quę dicuntur. Eccle. 4. Custodi pedem tuum, domum Dei ingrediens, & appropinqua, vt audias. *Et ostendam tibi sponsam.* i. ecclesiam sponsione prophetarum desponsatam. Oseæ. 2. Sponsabo te mihi in fide *Vxorem agni.* i. eandem ecclesiam sibi in incarnatione de præsenti conuictam, vel sponsa dicitur, quādiu est in peregrinatione extra domum sponsi. Iohan. 3. Qui habet spōsam, sponsus est, vxor vero erit, quando trāsducta fuerit, in domum sponsi. *Et sustulit.* Hic incipit Iohannes describere ciuitatem, incipiens a statu, quia. s. in monte posita est. Vnde dicit. *Et sustulit.* i. sursum tulit. *Me in spiritu.* i. in mentis excessu, *In montem magnum, & altum.* Glo. Mons est Christus, qui est munimentum suorum. De quo Michę. 4. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini. Super hūc montem ædificata est ecclesia Dei. Mat. 10. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Hic mons dicitur magnus, quia totam ecclesiam replet. Vt dicit Glo. Iere. 23. Cœlum, & terrā ego impleo. Isa. 6. Plena est terra gloria eius. Dicit autem *Altus*, quia insuperabilis est, vt dicit glo. vel dicitur

A *Magnus.* i. immensus secundum diuinitatem. *Altus*, & eminēs in vita, secundum humanitatem, vel *Magnus*, potentia. *Altus* incōprehēsibilitate. Ro. 11. O altitudo diuitiarū sapiētiæ, & scientiæ Dei. *Et ostendit mihi.* Hic describitur artifex a quo ecclesia recipit tria. s. Descensum infusionis gratiæ, claritatē cognitionis diuinæ, Lumen operationis bonæ, Sicut reperitur ad literam in domo materiali. Primo descendit artifex fundamenta iaciendo. Secundo parietes superius erigendo. Tertio tectū supraponendo. Dicit ergo de primo. *Et ostendit mihi ciuitatem* .i. ecclesiam super illum fundatam. *Sanctam.* i. mundam, & firmam *Ierusalem.* i. Deum in pace videntem, *Descendentem de cælo.* i. quicquid boni habet se a Deo habere cognoscit. *Descendentem de cælo.* i. recipientem gratiam de super in baptismo a Deo, a quo est omne bonum. Iaco. 1. Omne datum optimum: & omne donum perfectū est, &c. *Habentem claritatem Dei.* i. diuinam cognitionem, quam modo habet obscuram, quam nunc videmus per speculū in enigmate. *Vel habentem claritatem Dei.* i. diuinam claritatē, quia Deus

B illuminabit eā. *Et lumen eius.* i. Christus, qui est lumen, in testamento. Infra. *Ciuitas illa non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea, quia claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Lumen dico simile lapidi pretioso.* i. Chrō, qui fuit in pposito firmus, & lucēs virtutibus, de quo dicitur. Isa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretiosum, electum, in fundamēto fundatum. Tanquam lapidi iaspidi in quo significatur firmitas, & veritas fidei quā habet ecclesia in via, cui succedit firma cognitio spei, quam habebit in patria, & vtraque in iaspide designatur. Iaspis enim acuit oculos corporales, sic fides viæ, & cognitio patriæ acuit, & cōfortat oculos spirituales, sed quia opera nostra non sunt pura omnino, ideo necessaria est confessio, qua purgatur mens, quæ significatur per chrystallum, quæ est transparens, & lucens, nil celans, sic pura confessio, vt dicit Glo. & ideo sequitur. *Sicut chrystallum*, supple lumen eius. i. ipsa ciuitas lucens. In via quidem habet fidem. & cōfessionem puram. Vnde Roma. 5. Corde creditur ad iustitiam,

C ore autem confessio fit ad salutem, &c. In patria est cognitio plena, & confessio laudis. Vnde Augustinus de ciuitate Dei. Videbimus, & amabimus. Isa. 51. Qui redempti sunt a domino inuenientur, & venient cum letitia in Sion laudantes. Hoc dictum est supra quarto. *Qui sedebat similis erat aspectu lapidis iaspidis, et sardinis, & in circuitu sedis mare vitreū simile chrystallo.* Per mare, baptismus: per chrystallum confessio designatur, quæ sunt duo lauatoria ecclesiæ. Sequitur. *Et habebat murum.* Hic describitur ciuitas, & clausura. Et dicuntur hic tria. Primo qualis, & quantus sit murus. Secundo ponit muri ornatus, qui est in ordinatione portarum. Tertio ponitur dispositio portarum. Per murū Christus significatur, vt diximus: per portas Apostoli, & prælati, per quos intratur in cœlestem Ierusalem: per dispositionem ternariū portarum, in quatuor partibus ciuitatis ostenditur, quòd intratur cœlestem Ierusalem per fidem de quatuor partibus mundi. Dicit ergo, & habebat ciuitas ista, quām vidit Iohannes *Murum magnum*, secundum humanitatem per vitæ

D eminentiam. *Et altum*, secundum diuinitatem, qua excedit omnem scientiam. Vnde Psal. Mirabilis facta est scientia tua ex me. *Habens portas duodecim.* Glo. i. Patriarchæ, per quorum exemplum aliȷ ad fidem introducuntur. Quorum fidem prędicauerūt Apostoli, & tenemus nos moderni. Vnde sequit. *Et in portis angelos duodecim.* i. apostolos, vel prophetas, qui dicuntur anguli, quia sicut angulus connectit duos parietes sic Prophetæ, sic Apostoli, doctrina, & prædicatione conuerterunt in fide vna, vel quia duo prædicauerunt relata ad vnum. s. fidem, & mores, vitæ Christi, vel duo præcepta charitatis seruauerunt, & prædicauerunt, propter quòd etiam misit dominus discipulos suos ad prædicandū. Luc. 12. Secundum aliam glo. Portæ sunt Apostoli, quorū doctrina intratur ad fidem, & regnum. Anguli sunt subiecti quos ipsi instruxerunt, & quasi angulos in ecclesiis constituerunt. *Et nomina scripta*, supple erant, in portis. *Quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel* .i. memoria, & auctoritas, & exemplum sanctorum patrum veteris testamēti, qui ortū

ipsam

habuerunt ex duodecim patriarchis. Erunt in vita, & doctrina apostolorum, quod antiqui videntes dixerunt esse futurum. Apostoli factū prædicauerunt, & vitam eorū viuendo tenuerūt. Hæb.10. Vmbrā.n. habēs lex futurorū, nō ipsam imaginē rerū, ideo se Christus in veritatē exhibuit & Apostoli exhibitam prædicauerunt. Iohan.1. Lex per Moysen data est, gratia, & veritas, &c. Ideo dicit dominus Apostolis. Iohan.10. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Dominus dedit eis cisternas, quas non foderunt. Vineam, & oliueta, quæ non plantauerunt. Sicut dicitur Deut.6. Sequitur de dispositione portarum. *Ab Oriente portæ tres, & ab Austro portæ tres, ab Aquilone portæ tres, & ab Occasu portæ tres.* i. per fidem Trinitatis, quam antiqui patres tenuerūt, & prædicauerunt Apostoli. Ex quatuor partibus mūdi, intratur in requiem Dei. Vnde Psal. Dicāt nunc qui redempti sunt a domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos. A solis Ortu, & Occasu, ab Aquilone, & mari. Secundum Glo. Per Orientem significantur Iudæi, a quibus sol iustitię ortus est. Vnde. Iohan.4. Salus ex Iudæis est, in his portæ tres, quia his primo fides trinitatis, & a Prophetis, & Apostolis prædicata est. Et primi de Iudæis introierunt ad fidem. Per Aquilonem significātur Gentiles frigidi per infidelitatem, qui post Iudæos ad fidē intrauerunt, & p fidē in ecclesiā. Per Austrum significatur totum tempus ab ortu Christi, vsq; ad aduentū Antichristi, in quo caluit fides, & incaluit charitas. In his portæ tres, quia multi hoc tempore ecclesiam intrauerunt, per Occasum significatur tempus ab Antichristo, vsque ad finem mundi, quando per Enoc Eliam, & socios eorum prædicabitur fides Trinitatis, & multi etiā tunc intrabunt. Itē per Orientē significatur prima ętas hominis, Infantia siue pueritia. Ab hac sunt tres portæ, quia infantibus, & pueris patet introitus in ecclesiam per fidē trinitatis. Itē per Aquilonem ventum frigidum significatur senectus, quę frigida est, quia naturalis calor tunc frigescit, & ab hac, portę tres, quia etiam senibus patet introitus in ecclesiam per fidem Trinitatis. Item per Austrum significatur iuuentus siue adolescentia, quando feruet calor naturalis amplius. Et ab hac portæ tres, quia adolescentibus siue iuuenibus patet introitus in ecclesiam per fidem Trinitatis. Item per Occasum significatur senium siue decrepita ætas, quæ iuxta Occasum est, & ab hac etiam tres portæ, quia senibus, & decrepitis, patet introitus in ecclesiam per fidē Trinitatis. Quid ergo volunt sibi duodecim portæ ciuitatis, sic dispositæ, nisi, quòd ostendunt, quòd in omni ætate, & in omni tempore patet introitus in ecclesiā Dei? Ideo clamat dñs quater incessanter. Reuertere, reuertere. Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Sed in morte clauduntur istæ ianuæ. Ideo clamat Apostolus Hæbr.4. Festinemus ingredi in illam requiem. Cant.2. Surge, propera amica mea, &c. Vel *tres portæ* sunt tres virtutes theologicæ. s. fides, spes, charitas; vel tres partes pœnitentiæ. s. contritio, confessio, & satisfactio. per quas ex quatuor partibus mundi intratur in ecclesiam. Item oriens potest esse natiuitas hominis, vbi portæ tres sunt, natiuitatis siue nascentium conditiones. s. paupertas, seu nuditas, fęditas, & imbecillitas. Occasus est mors hominis, vbi tres sunt portæ. s. tres morientium conditiones. s. incertitudo mortis, quia nescitur quando, vel quomodo, vel in quo statu mors venit. Iuxta illud. Eccl.8. Nescit homo finē. Amaritudo doloris. Iuxta illud Eccl.41. O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, multo amarior est eius præsentia. Item formido insidiatoris, quia in morte maxime insidiatē diabolus. Vnde Gen.3. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Inter hos terminos est tota vita hominis, quę aut est in psperitate, & sic est auster, cuius portę tres, tres eius sūt qualitates. s. vanitas, breuitas, instabilitas. Quia omnis prosperitas vana est. Vnde Eccl.1. Vanitas, vanitatum, & omnia vanitas. Item breuis est. Vnde Eccl.10. Omnis potentatus breuis vita. Isa.40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos fœni. Item instabilis est. Vnde Ezec. dicit A mane, vsque ad vesperā finies me. Aut

E est in aduersitate, cuius portæ tres. Ipsa. s. tribulatio, quæ purgatio purgat hominem. Vnde Eccle.18. Vasa figuli probat fornax. Item, in via figuli accelerat. Vnde Psal. Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Itē oculos illuminat ad sui, & Dei cognitionem. Vnde Iere.6. secundum aliam editionem, per omne flagellum erudi Ierusalem, sola vexatio dabit tantummodo intellectum auditui. Gregorius. Pœna quippe interrogat, si quis Deum veraciter amat. Gregorius. Qui dubitat an Dij sint adorādi, indiget pęna, quasi dicat, si in pœna esset, de hoc non dubitaret. Per has portas intratur in ciuitatem, quia qui hæc perfecte consideraret, ad cęlestem patriam sine dubio festinaret. Vnde Ezech.37. A quatuor ventis veni spiritus sup interfectos istos, & reuiuiscant. Item duodecim portæ ciuitatis, sunt duodecim partes prædicationis. Sicut enim p portas intratur in ciuitatem, sic per prædicationem intratur in ecclesiam cęlestem. Per Orientem significatur prædicatio monitoria, cuius portę tres, sunt species ammonitio-
F nis. Ad pugnādum, quo ad incipientes. Ad progrediendū quo ad proficientes. Ad pseuerandū, quo ad perfectos, vel Prima ammonitio fit ad coniugatos. Secunda ad continētes. Tertia ad prælatos, vt omnes pugnent, proficiant, perseuerent, hi sunt Iob, Daniel, & Noe. Ezech.14. Per Aquilonem significatur prædicatio monitoria, cuius portæ sunt tres comminationis species. s. comminatio incertę mortis. comminatio districti iudicij, comminatio æterni supplicij. Item per Austrum significatur prædicatio consolatoria, cuius portæ sunt tres. s. tres promissiones, quas faciunt prædicatores. Prima est promissio veniæ promerendæ. Secunda promissio gratiæ recuperandæ. Tertia promissio gloriæ adipiscendę. Matth.4. Agite pœnitentiam appropinquabit enim regnū cęlorū. Item per Occasum significatur prædicatio redargutoria, cuius portæ, sunt tres redargutionis partes. Prima est de peccato cordis. Secunda de peccato oris. Tertia de peccato operis, vel prima dicitur de concupiscentia carnis. Secunda de concupiscentia oculorum.
G Tertia de superbia vitæ. Vel prima de peccato in patrem, quòd fit per fragilitatem. Secunda de peccato in filium, quòd fit per ignorantiam. Tertia de peccato in Spiritum Sanctum, quòd fit per certam malitiam. Vel prima de peccato in Deum. Secunda de peccato in proximum. Tertia de peccato in seipsum, propter hoc dicitur Apoc.8. Væ, væ, væ habitantibus terrā. Item per portas ciuitatis, significantur aliquando prælati, per quorum vitam, & doctrinam intrare deberēt populi in ecclesiam. Sed hæ ita defixæ sunt in terram, quòd non possunt aperiri, ad intromittendum populum. Vnde Tren.2. Defixę sunt in terra portę eorum. i. Ierusalem, & ideo clamat Propheta. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit Rex gloriæ, cum populo suo. Sicut dicitur Isa.60. Occupabit Sol muros tuos, & portas tuas, laudem. Per Orientē significatur claritas, siue splendor cognitionis eius, cuius portæ, sunt tres cognitionis species, quas debent habere prælati. s. Cognitionem mundi, & eorum, quæ in mundo
H sunt, ad contemnendum. Item cogitationem cęli, & ea, quæ in eo sunt ad considerandum. Cognitionem inferni, & eorum, quæ in eo sunt, ad declinandum, & fugiendum. Hoc triplex lumen, siue triplex cognitio est, donum optimum descendens a patre luminum, vt dicitur. Iaco.1. Donum perfectū, est donum cognitionis. s. cōtemptus mūdi, desideriū cęli, declinatio inferni, & sic intratur in ciuitatē, per has portas. Item per Aquilonem significatur fortitudo, sine timore, qui generaliter frigidus est. Cuius portæ, sunt tres formidinis partes, quę nascūtur ex triplici cognitione prædicta. Prima est timor de conuersatione mundi. Secunda de ammissione cęli. Tertia de inuentione inferni. Item per Austrū significatur feruor dilectionis, cuius portæ tres, sunt dilectionis species, quas deberēt habere prælati. Prima est amor Dei. Secūda amor sui. Tertia amor proximi. Vel triplex porta australis, est triplicis boni amor idest boni expedientis, honesti, delectabilis, hic est triplex vstio Solis. De qua dicitur Eccl.43. Tripliciter Sol exurens

montes

montes igneos, radios exsufflans. Item per Occasum significatur luctus, cuius portæ tres sunt.s. tres luctus species. Prima est de mundi ignorantia, quam significauit luctus Dñi super ciuitatem Ierusalem. Luc. 23. Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam dicens, si cognouisses, & tu vtique fleres. Secunda est de mundi miseria, quam significauit luct⁹ super suscitationem lazari. Iohan. 11. quē reuocauit ad miseriā mūdi, quàm significauit luctus domini in cruce, vbi fleuit duritiam Iudaici populi, qui tot signis visis, non potuit emoliri. Si prælati haberent triplicem cognitionem, & triplicem timorem, & triplicem amorem, & triplicem luctū, tunc pateret introitus Paradisi, & multi intrarent post illos. Sed heu hodie, quia pauci habēt eā, ideo nec ipsi prælati intrant, nec subditi, nisi pauci. Vnde Luc. 11. Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauē scientiæ, & ipsi non introistis, & illos, qui introibant prohibuistis. Forte quia timent hāc maledictionem, vel comminationem, quæ fit legisperitis, ideo nolunt scire legem. Sed re vera, nec sic euadunt, quia facti legisperiti prælati esse debent. Vnde Gregorius. 2. Interroga sacerdotes legem. Ibi. Iero. Si sacerdos est, de lege respondet, si respondere nescit, sacerdos non est. Mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore ei⁹ requirunt. Oseæ. 4. Quia repulisti scientiam, ego repellam te, &c. Sequitur. *Et murus ciuitatis.i.* Christus, vel fides Christi, qua intratur in ecclesiā. Vnde Isa. 54. Ecce ego sternā per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponā iaspidē propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos. Ibi dicit Glo. Quòd per iaspidē significatur fides, qua munit ecclesia. *Habens fundamenta duodecim.* i. Patriarchas duodecim. i. per quos fundata est, quia illi primi hanc fidem tenuerunt, & in illis innituntur, quicūque ad fidem accedūt. *Et in ipsis fundamentis duodecim nomina duodecim apostolorum*, supple scripta erāt. Hoc est supra fidem, & doctrinam Apostolorum. Quia qđ illi crediderunt, & docuerunt futurum, isti crediderunt, & prædicauerunt iam factū. *Et agni*, nomen similiter scriptum erat in eis, quia Patriarchæ plenam fidē de illo habuerunt. Vnde Iohan. 8. Abrahā exultauit, vt videret diē meum, & vidit, & gauisus est. *Et qui loquebatur*. s. angel⁹ in persona Chrī mecū. Glo. i. ad placitū meū, quia Iohā. placebat, quod audiebat. *Habebat mensuram* arundineā aureā. Glo. i. diuinā scripturā, Dei sapientia compositā, qua tangit, & illustrat corda fidelium. *Vt metiretur ciuitatē, & portas eius*. i. secundum capacitatē suam daret vnicuique eam, tam minori, quàm maiori, intelligentiā scripturarum, in præsenti, & in futuro cognitionē diuinā, quæ facit beatū. Vnde per ciuitatē intelliguntur hic minores. Per portas maiores. *Et murū*. Glo. i, defensores ecclesiæ, quorum primus, & præcipuus est Christ⁹. Demum prædicatores, & doctores, qui per doctrinā, & prædicationē suam defendūt ecclesiam. Sed heu pro magna parte murus iste dissipat⁹ est, ita vt possit hostes libere in ciuitatē intrare per rupturas murorum. Tren. 2. Factus est dñs quasi inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit oīa mœnia eius. Itē in eodē Cogitauit dñs dissipare murū filiæ Sion, tetendit funiculum suum, & non auertit manum suā a perditione, luxitque antemurale, et murus pariter dissipatus est. Eze. 13. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murū pro domo Israel, vt staretis in prælio in die dñi. Hūc igitur murū mēsurat Christus dñs noster, quia vnicuique secundum capacitatē dat intelligentiā in præsenti, & secundum mensurā gratiæ mensurabit gloriā in futuro, nec est omniū vna mēsura, sed secundum capacitatē vasis. Aliī minor, aliī maior datur intelligentia, & gratia. Rom. 12. Vnicuique secundum, quod De⁹ diuidit mensurā fidei, &c. Simile Eze. 40. Ecce vir cui⁹ erat species quasi species æris, & funiculus ligneus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Nō dicit calamus aureus sicut hic dicitur arundo aurea, quia ibi loquitur Propheta de lege veteri, hic de noua. Item ibi agitur de militanti ecclesia, hic de triūphāti, vt oēs sint aurei, & solidi, et preciosi. *Et ciuitas*. Hic describitur ciuitas a qualitate figuræ. Vnde dicit. *Et ciuitas in quadro posita est*. Glo. Quatuor latera sunt fides, spes, charitas, & operatio, quę sunt equalia, quia quantum quis credit, tantum sperat, quantū sperat, tantū diligit, quantum diligit, tantū operatur. *In quadro*, igitur, *posita est ciuitas*, robusta

A est fide, lōganimis spe, ampla charitate, efficax opere. Vel quatuor latera sunt quatuor virtutes principales, quib⁹ nil est vtilius in hac vita homínib⁹, vt dr̄ Sap. 8. Quarū vna nō debet aliam excedere, in vno homine: prudentia in appetēdo bono, & vitando malo, quam sequitur tēperantia, vt a voluptatib⁹ se retrahat homo, post hæc fortitudo, vt quòd intelligit operetur. Dehinc iustitia, vt sic suos actus tēperet, ne nimis iustus, vel sapiens videatur. Vnde Eccle. 7. Noli esse nimis iust⁹, nec plus sapias, quàm oportet, ne obstupescas. Hęc quadratura virtutū cardinaliū remanebit in patria, secundum alios vsus, vt dicit Augustin⁹, nō secundum oēs. Prudentiæ. n. vsus duplex est, vnus est præcauere insidias, hic vsus non erit in patria, sed cessabit, quia nullę erunt insidię, ibi. Item alius vsus est nullū præponere, vel æquare Deo, hic vsus erit in patria. Similiter duplex est vsus tēperantiæ. Vnus est delectationes noxias cohibere, hic cessabit. Alius est nullo motu noxio delectari, hic remanebit. Itē iustitiæ, duplex est vsus. Vn⁹ est subuenire miseris, hic cessabit. Alius est Deo

B firmiter adherere, & regēti subditus esse, & hic remanebit. intelligitur subditū esse Deo vniuersaliter, ex quo sequitur, quod reddet vnicuique, quod suū est vniuersaliter. Vñ patet, quod primus actus iustitiæ est subditum esse Deo vniuersaliter, ex quo sequitur, quod reddet vnicuique, qđ suum est. Deinde exponit quadraturā, et eius qualitatē secundum priorē expositionē dicens. *Et longitudo eius*. Glo. i. charitas, contra. 1. Cor. 13. Manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior aūt horum est charitas. Solutio, ęquales sunt omnes virtutes, quoad vim mērēdi, quia omniū est vna vis, & vna ratio merendi. s. gratiā Dei. Charitas autem dicitur maior, quo ad dignitatē, quia ipsa est forma virtutum, & prima participat rationem merendi, & ab ipsa habent aliæ, quod sunt meritoriæ. Sicut dicitur. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, &c. *Et mensus est*. Hic describitur ciuitas a debita quantitate, tā secundum longitudinē ei⁹, quàm secundum altitudinē. Dicit ergo. *Mensus est* angelus. i. Christus ciuitatem. i. ecclesiam, quo ad minores, quorum collectio, hic dicitur ciuitas. *De arundine*. i. de sacra scriptura, in qua per-

C mittitur vnicuique beatitudo æterna, secundum quantitatem meritorum. Similiter, et pęna æterna, secundum exigentiam meritorū. Vnde Psal. Reddet vnicuique iuxta opera sua. Mat. 7. Eadem mensura, qua mēsi fueritis remetietur vobis. *Per stadia duodecim* Stadium est spacium, & cursus hominum, vel equorū, & significat exercitium virtutum cardinalium, secundum triplicē statū hominū. i. credentium, operantiū, perseuerantiū, qđ notatur per duodecim millia. Duodenari⁹ cōponitur ex ternario, et quaternario: per ternarium significatur status credentiū, per quaternarium status operantium, per mille status, perseuerantium. Quid est ergo. *Mensus est ciuitatem per stadia duodecim millia*: nisi, quod in scriptura cuiuslibet credentium, operātium, perseuerantiū, terminauit gloriam, secundum meritorum mensuram: & debet intelligi coniunctim, quia credentib⁹ solum non debetur merces, quia fides singulorum, sine operibus mortua est, & ociosa. i. carens mercede. Iaco. 2. Item operantibus tantum non debetur merces, quia sine fide impossibile est placere Deo, etiam ita sine fide non est meritū.

D Hebr. 11. Item credentibus, & operantibus tantum non debetur merces, nisi perseuerent. 1. Cor. 9. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauiū. Vnus. i. perseuerās. Vnde ergo per duodecim stadia mensuratur ciuitas, quia exercētibus se in fide, & operibus cum perseuerantia debetur merces, secundum mensuram meriti. 1. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem recipiet, secundum suū laborē. Deinde ostendit dimensionem meriti, quo ad virtutes theologicas, quas dicit esse ęquales. Vnde subiungit. *Et longitudo*. Glo. i. charitas, quæ extenditur a dextra, vsque ad sinistram. i. ab amicis, vsque ad inimicos. *Et altitudo*. Glo. i. ciuitatis. *Equalia sunt* in virtute merendi, vel in perseuerantia. Quia nulla virtus sine perseuerantia meretur gloriam. Vnde perseuerātia est vna mensura omnium, & sic in quantum ordinātur ad mercedem ęquales sunt omnes virtutes. *Et mensus est muros eius*. i. doctores, & prædicatores, qui sunt ecclesiæ defensores, vndique circumdantes eam, & custodientes. Vñ Cant. 3. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatē, et ostendit mensuram, siue

quātitatem murorum dicens. *Centum quadragintaquatuor cubitorum.* Hæc (inquit) erat quanotas murorum. Cubitus, in quo est manus significat operationem, vt dicit. Glo. quæ respicit triplicem statum hominum. i. incipientium, qui significatur, per quadraginta, proficientium, qui significatur per quatuor virtutes cardinales, in quarum exercitio, est profectus, et status perfectorum, qui significatur per centū qui numerus transit de leua, in dexterā, vt dicit Beda. Prædicatoribus aūt ſm statū triplicē conuenit operatio bona, nō tantum lingua. Vnde Psal. Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Sed ſm operationem qua mensuratur et merces. Vnde sensus est. *Et mensus est muros ciuitatis quadragintaquatuor cubitorum.* i. prædicatoribꝰ promisit æternam beatitudinem, ſm mensuram operū eorū, in omni statu hoc dicit, quia vnicuiqꝫ maiorum, siue minorum mensuraṫ a Christo præmium, ſm mensurā operū. *Mensura hominis, quæ est angeli,* quasi dicat ille, qui sic mēsurabat in specie hominis mihi apparebat, erat angelus, in quo ostēdebaṫ Dei filius, verus Deus, & verꝰ homo esse: tñ per hoc ꝙ dr̄ mensura hominis, quæ est angeli, intelligunt quidā. s. vt vna sit mēsura cubitorū hominis, et angeli esse perhibeṫ ſm rationē, & ordinem cęlestium spirituum, siue rerum spiritualiū: ordinatiua sunt humana misteria in ecclesia militante. Vñ Exo. 25. dictum est Moysi. Vide, vt omnia facias, ſm exēplar, quod ostēsum est tibi in monte. Itē nota ꝙ si cōiungaṫ numerus stadiorū, hic positus, & numerꝰ cubitorū muri, fit numerus oīum signatorū. s. centū quadragintaquatuor millia, qui numerus surgit ex duodenario ducto in se, nam duodecim decies, sunt centū quadragintaquatuor millia. Omniū igiṫ electorū, ponit hic mēsurā angelus. Sequiṫ. *Et erat structura.* Hic ostendit Iohan. qualis sit murorū materia, & fundamentorū, & portarū ciuitatis, hic siquidē tria numerauerat describēdo ciuitatē. Dicit ergo. *Et erat structura muri eius ex lapide iaspide,* per quē designaṫ fides, ꝑꝑ eius virorē, qui cōfortat visum corporalē, sic & fides visum spūalē, q̄si dicat. Ex fortibꝰ, & fide currētibꝰ fiūt ecclesiæ defensores. Vñ Cant. 3. En lectulū Salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis Israel. Loquiṫ aūt Io. de defensione ecclesię, q̄ fit per prędicationē fidei, vel disputationē. Vnde Cant. 8. Si murus est, ædificemus super eū propugnacula. i. si aliquis talis est, vt possit defendere ecclesiam per prędicationē, vel disputationē, abijciendo malitiā impiorum, prius oportet, vt instruatur, & armetur fide. Bene ergo dicit. *Et erat structura muri.* i. murus constructus ex lapide, iaspide. i. ex viris fortissimis perfectā fidē seruantibus. *Ipsa vero ciuitas.* i. murorū congregatio, inter murorum protectionē posita. *Auro mundo.* i. ex auro mundo constructa est. *simile* vitro mundo, ꝙ est ꝑ lucidū, ita q̄d sub eo est, exterius videaṫ. Vnde innocentiā significat baptismalem. Aurū vero significat charitatem, & hæc duo frequentius inueniuntur in minoribus. Vnde. Psal. Audiuimus eum in effratha. i. in minoribus. Sed inuenimus eum in campis siluę. i. in minoribus. Prouer. 3. Cum simplicibus sermocinatio eius. Item per aurū significanṫ tres dotes animæ. in fulgore significatur visio. In valore dilectio. In pondere appręhensio. Per vitrū vero significatur gloria corporū. Fęnum. n. primo resoluitur in puluerē, postea, fit vitrum lucidissimū, sic corpus humanū moriendo cadit in puluerē. Vnde. Gen. 3. Puluis es, & in puluerē reuerteris, sed resurgendo mutabitur in vitri perspicuitatē. Vnde 1. Cor. 15. Seminatur corpꝰ in ignobilitate, surget in gloria. Vnde. Isa. 40. Omnis caro fœnū. Iob. 18. non adequabitur ei aurum, vel vitrum. Sequitur. *Fundamenta muri ciuitatis.* i. Prophetæ, & Apostoli, quorū fide, & doctrina tota ciuitas ecclesię fundata est. De quibus dr̄ in Psal. Fundamēta eius in montibus sanctis. *Omni lapide pretioso ornata,* erāt, supple omni genere virtutū, & bonorum operū, nec tantū prophetæ, & Apostoli fundamenta dicunṫ, sed etiam alij maiores, qui vitam, & fidē ipsorū habuerunt, qui non ratione personarū, sed opere virtutū, fundamenta dicuntur, quia per hæc ecclesiam fundauerunt, propter ꝙ Iohā. Hic ostēndit quibus virtutibus ipsi in ecclesia luxerūt, reponēs eos sub denario numero sic, vt ostendatur, eos splenduisse oībus virtutibꝰ

E Hic enim numerus vniuersitatē significat, quia ex partibꝰ septēnarij conficitur. i. ternario, & quaternario, & quia fides inter virtutes prima est. Iuxta illud Prudentis. Prima petit campum dubia sub sorte duelli, pugnatura fides. Et quia sine fide, nil placet deo, vt dicitur Hæb. 11. Ideo in primo fundamento ponitur fides. Nec moueat te, ꝙ iaspis fundamenta dicuntur, quia ideo fundamenta dicunṫ, quia sancti per virtutes fundamenta sunt. Vnde cum dr̄ *iaspidis est fundamentum* sensus est. i. fundamenti ornamentū. Dicit ergo. *Fundamentum primum.* i. primū ornamentū fundamenti. *Iaspis.* i. fides semper virens, et visum confortans, sed nunquid fides erit in patria, aut in triumphanti ecclesia, de qua hic agitur? non, sed venientibus, ad ecclesiam prima occurrit, per quā in prædictā ciuitatē intratur, quā, qui non habuerint, in ea intrare non poterūt. *Secundum fundamentum.* i. secundū fundamēti ornamentū est *saphirus,* cuius color sereno cęlo similis est, qui percussus radijs Solis, ardētem emittit fulgorem, et per hoc significat spē, qua rapimur ad cęlestia, & per hoc F in amorē cęlestiū inflammamur, contempto seculi amore, vt possimus dicere cū Apostolo. Nostra cōuersatio in cęlis est. Phi. 3. Isa. 54. Fundabo te saphiris. *Tertium* fundamenti ornamentū est. *Calcedonius,* qui lapis pallenti lucernę similis est: & fulget magis sub dio, q̄̄ in domo calefactus a Sole. Vel digitorum attactu paleas ad se trahit, sculpentiū argumentis resistit, & significat charitatē, quę intus est in corde celata, pallet quasi lux in lucerna: sed cū ad aliorū vtilitatē exire cogitur, tunc qualis intus erat exterius ostenditur, & tacta a Sole Christo omnipotentiæ, siue digito, peccatores ad se trahit, & omnino secari nequit, quia nulla aduersitate deficit, sed magis proficit. Vnde Cā. 8. Fortis est vt mors dilectio, & dura sicut infernꝰ ęmulatio, lapides eius vt lapides ignis, atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatē. Sculpi ergo non potest, quia aduersitate non frangitur, nec etiam adulatoria laude emollitur. Vnde Psal. Oleum peccatoris non impinguet caput meū. 1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, omnia suffert, G omnia sustinet, non agit, &c. Non irrideṫ. *Quartum smaragdus,* qui omnes herbas, & arborum frondes, viriditate superat, & gerentes eum reddit intuentibus gratiosos, aerem vicinū virescere facit, imaginē sicut speculū reddit, & significat virginitatem, quia virorem carnis integre seruat, & oēs alias virtutes, quodammodo superat, quia virginitatē seruare magis est angelicum, quàm humanū. Gratiosa est. n. Angelis, Deo, & hominibus, & in se portat imaginē Chr̄i, quia sequitur agnū quocūqꝫ ierit. Et bene hic lapis quartus dicitur, quia virginitas in quatuor euangelijs commendatur. *Quintum sardonix,* ex duorū nolum societate vocatus, vt dicit Isidorus. Habet enim candorē, vt nix, et ruborē. vt sardus, & est color, vt dicit Glo. niger in imo, candidus in medio, rubeus in summo, & in signando nihil ceræ auellit. Vñ significat sanctorum patientiā, per quā in mūdo sunt viles, & despecti, Vnde Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas, lāpas contēpta apud cogitationes diuitū, &c. Sed in medio. i. intus in corde, siue in consciētia, sunt candidi, per innocentiā, H superius robei per ardorē martyrij, propter Christū, et hęc nihil de cera auellit, quia suis persecutoribus plene ex corde remittit, nullum rancorē retinens. Iuxta Eccl. 29. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur, Quæ virtus quinta dicitur, quia in infirmitate corporis descendit, q̄d regitur quinque sensibus. *Sextum sardius,* sic dictus quia primo a Sardis est repertus, sanguinei coloris, tantū, Vnde significat perfectā constantiā martyrij. i. martyrū, qui pro Chr̄o sanguinē suū fuderūt, & ideo sextꝰ ponitur, quia Christus sexta ætate. i. sextā diē sanguine suo martyriū consecrauit. *Septimum.* Crysolitus auro similis in colore. Vnde dicitur a crisis, ꝙ est aurū, & scintillas ardētes videtur emittere, vt dicit Glo. & significat sapientiam, quę omnia dona superat: sicut aurū omnia metalla. Quæ prædicando scintillas ardentes emittit. i. exhortationes, & instructiones corda audientiū inflammantes. Vnde Eze. 1. sanctis animalibus scintillæ quasi aspectus ęris candentis. Sap. 3. Fulgebunt iusti sicut Sol, & tanquā scintillę in arundineto discurrent.

discurrent. Hæc septimo loco ponitur, quia inter dona septē
spiritus sancti, locum tenet septimū, ascendendo. *Octauum be
rillus.* Hic lapis in se primo gloria formę politus lucet, quasi
aqua a Sole percussa. Qui etiā tantæ caliditatis dicitur esse,
vt calefaciat manum tenentis, & significat virtutē miseri-
cordiæ, quæ sex operibus se exercet, corda frigida hominū
infirmorū calefaciēs in amorē Dei, & proximi. Iuxta illud
Pro. 26. Si esurierit inimicus tu⁹, ciba illū: & si sitit, potū da
illi. Hoc faciēs, &c. Matth. 5. Sic luceat lux vestra, &c. Et
hæc virtus octauo ponitur loco, quia non hic, sed in octa-
uā ætatē mercedē expectat. Vnde Psal. Labores manuum
tuarū, quia manducabis in futuro. s. beatus es, & bene tibi
erit. Ergo illis erit male, qui labores suos hic manducant. s.
hypochritæ. De quibus dicitur Mat. 6. Receperūt mercedē
suā. *Nonus topatius.* Hic lapis quāuis sit omniū colorū, maxi-
me tñ duos habet colores, aureū, & ethereū, vt dicit Glo. su
per Eze. 34. Et cū splēdore solis tangit, omniū gēmarū cla
ritates excedit. In aspectū suū prouocat similiter aspiciētes
qui si politur obscuratur, si naturæ suæ relinquat, clarior
est, & gēmarū amplissima, & regibus cara, & significat cō
tēplationē, quæ ex charitate, qua feruet aurea, ex cognitio-
ne qua lucet etherea est, vbi De⁹ limpidius videtur, ad cui⁹
amorē hoīes experti singularius trahuntur, & si tales sunt
q honoribus seculi ponantur, obscurantur, quia turbantur
circa plurima, vt Martha, & quia hic lapis omni colore
resplendet, hoc est, quia contēplatio omniū virtutū splen-
dore refulget, & est gēmarū latissima, quia contēplatio ma
xime cor dilatat. Qui vero reges sunt, nil carius contēpla-
tione habent, & bene nono ponitur loco, quia homines cō
tēplatiuos nouē ordinibus angelorū contēplatio associat.
Decimum chrisopassus. Hic lapis sm Isidorū indicus est, & co-
loris purpurei guttulis distinctus aureis. Vnde nomen acce
pit crisopassus, quasi passum habens aurū, & significat de-
sideriū cęlestis patriæ, quod quanto plus tribulationibus
concutitur, tanto amplius accenditur, vt dicit Gregorius,
q̄ flatus carboni, hoc facit tribulatio charitati. Et bene deci
mo loco ponitur, quia sancti per desiderium ad decimum
ordinem angelorū per obseruationē decalogi venire festi-
nant. Decimus ordo dr̄, quia ex hoībus restaurabitur, vñ,
& homo dr̄ Luc. 15. dragma quā mulier sapiens querens in
uenit. *Vndecimum iacinctus.* Hic lapis cum aer, mutatur, in se-
reno, perspicuus est, in nubilo obscurus. Vnde significat san
ctorū discretionē, per quā sm Deū hoībus se conformant,
vt oēs lucrifaciāt. Sicut dicit Apls. 1. Cor. 9. Oībus oīa fact⁹
sum, vt oēs lucrifaciam. Rom. 12. Gaudere cū gaudentibus,
flere cū flentibus. Per hanc etiā virtutē sciunt sancti docto-
res, quid quibus, & qñ, & qualiter sit prædicandū. Hęc vn
decimo loco ponitur, quia per hanc maxime oīs transgres-
sio vitat. *Duodecimum ametistus.* De quo dicit Isidorus. Inter
gēmas purpureas principatū ametistus inclytus tenet, pur
pureus quidē est, permisto colore viridi, & roseo, quasdam
flāmulas de se effundēs, et est culturis facilis. Vnde per eum
significatur humilitas sanctorū, cuius comes est obediētia,
vt dicit Ambrosius, humilitas breuis est viola pulchra, vt
rosa facilis ad omnia, quæcūq; antedicti sunt, quasi flāmæ
intendentes amarę videntes. Oībus. n. placet humilitas etiā
inimicis, sic ecōtrario superbia oībus est odiosa, vt Eccl. 10.
Hæc bene vltimo loco ponitur, quasi custos omniū, quia
vltimā se reputat semper, & vltimū locū tenens. Vnde Gre
gorius. Qui cęteras virtutes sine humilitate cōgregat, quasi
puluerē in ventū portat. Vnde Paulus, qui modicus est, hu-
milis interpretatur, duodecimū locū meruit possidere. Et
duodecim portæ nsbensa materia fundamentorū muri ciui
tatis, ostendit qualis est materia portarū, dicēs, & scribens
portas ex singulis margaritis constare. Est aūt margarita
lapis paruus, sed preciosus, cādidus, solidus in conchis ma
rinis natus, qui de cęli rore, est conceptus, vt dicit Isidorus,
& qui de rore matutino concipitur, candidior, & melior
est q̄ qui de rore vespertino. Aliqñ tñ margarita generale
nomē est lapidis p̄iosi, sed quocūq; modo margarita acci-
piat certū est, q̄ *Duodecim margaritæ*, sunt duodecim virtutes
p̄dictę, per duodecim lapides designatę. Si ergo duodecim

A sunt apl̄i, & cū singuli apl̄i, oēs virtutes habuerūt, cū singu
li singulas, singulariter possiderunt, quo ad vsum a quibus
singulariter cōmendatur. Sicut Abrahā cōmendatur a fide,
Loch ab hospitalitate, Noe a mansuetudine, Dauid ab hu-
militate, & cū singuli oēs virtutes habuerunt, sed in vnius
vsu singulariter eminebant, ita hic, vnde signanter dicit. *Et
duodecim portæ*. i. duodecim Apl̄i. *Duodecim margaritæ.* Quęlibet
enim porta habet duodecim margaritas. i. duodecim vir-
tutes prædictas: per duodecim lapides designatas: sed quia
vnus in vna, alius in alia, pollere videtur. i. singulariter pos-
sidere, ideo dicit. *Et singulæ portæ erāt ex singulis margaritis.* i. singu
li sancti singulis pollent virtutibus. Vnde 1. Cor. 12. Diuisio-
nes gratiarum sunt, &c. Et in portis. i. in apostolis, & præ-
latis, qui successerunt eis, debet esse candor margaritæ, &
puritas, & soliditas. i. castitas, & patiētia, & humilitas. De
primo dicitur Tren. 4. Candidiores. De secundo Psal. Bene
patientes erunt, vt annunttient. Prou. 11. Doctrina viri per
patientiam noscitur. Luc. 21. In patientia vestra possidebi-
B tis animas vestras. De tertio dicitur Matth. 11. Discite a me,
quia mitis sum, & humilis corde. Itē Mat. 3. sic decet nos im
plere oēm iustitiā. Glo. i. supremum gradum humilitatis.
Et platea ciuitatis. Hic describitur, & cōmendatur ciuitas a mū
ditia platearū, quæ est ornatus interior, & inferior, Vñ hæ
plateæ sunt coniugati, qui quasi maiores latæ viæ sunt, q̄
alñ, & q̄ continentes, aut prælati, in quibus maxime mun
ditia requiritur, & inuenta maxime cōmendatur. Vnde di
cit. *Et platea ciuitatis.* i. coniugati. *Aurum mundum.* i. mundi appel
lātur per virtutē sapientiæ, qui bene sciunt regere se in mū
do, vtentes tanquā non vtantur: vt dicitur. 1. Cor. *Tanquam
vitrum perlucidum.* i. nullas sordes intus celantes, sed per verā
confessionem quicquid intus est in mundū manifestāt, vel
eos dicit vitrū, quia in ipsis tanquā in speculo possunt suas
maculas subditi considerare. Sequitur. *Et templum.* Hic com
mendat ciuitatem a bonitate regis, quam in duobus osten-
dit. Quia ciuitatem suam impleuit oībus bonis, & munda-
uit ab oībus malis. Repleta est enim ciuitas omni bono, &
C & expers ab omni malo. Quod ostendit Iohan. Cum *Dicit
templum non esse in ciuitate illa.* Tēplum quidē loc⁹ est orationis,
& oblationis. Oratio autem fit pro duobus. s. aut pro bonis
adipiscendis, aut pro malis amouendis. Illa autem, quæ fit
pro bonis conseruandis, quodammodo fit pro bonis adipi
scendis. s. pro securitate, quam non habet, vel p dubietate
amouenda. Sed in illa ciuitate nullū malum adest, quod sit
amouendum, & nullum bonum adest adipiscendū, quasi
non esset ibi necessaria oratio, vel oblatio. Oblatio autē fit
pro duobus. s. aut pro emundatione. s. expiatione offeren-
tiū, aut pro substentatione ministrātiū, aut ad placandum
Deū. Sed certe nullum istorū erit ibi. Quia nec ministri, ibi
de aliquo indigebunt, nec aliquid expiandum erit ibi, nec
Deus offensus alicui. Vnde patet, q̄ non est necessaria obla-
tio, & sic patet per templi amotionem a ciuitate, q̄ Iohan.
ostendit omnium bonorum plenitudinem, & omniū ma-
lorum absentiam. Dicit ergo. *Et templum non vidi in ea,* ciuita-
te. Quia non est ibi necessaria oratio, nec oblatio, sed tantū
D erit ibi gratiarum actio, & vox laudis pro bonis adeptis, et
malis vitatis, & reddit Iohan. vnam rationē, quare non est
ibi templum, dicens. *Dominus enim Deus omnipotens, ipse est templū
illius,* quia omnimoda quies, & sufficientia, tunc. n. ipse De⁹
erit oīa in oībus, tunc ipse aperiet manū suā, & oīa imple-
buntur bonitate. Tunc habebit rationalis, lucis plenitudi-
nē, irascibilis, pacis multitudinem, concupiscibilis dulcedi
nis magnitudinē. Vnde Psal. Quām magna multitudo dul
cedinis. In his aūt est beatitudo animarū, sed nec etiam sen-
sus corporū carebunt sua beatitudine, quā habebunt in vi-
dendo Chrm̄. Vnde addit. *Et agnus,* similiter est templū illi⁹
& omnimoda quies, & refectio sensuū corporū. Sic Deus
omniū animarū, visus in colore lustrabitur, odor in odore,
gustus in sapore, licet nil corporale gustemus ibi, sed tamē
erit sapor eorū in cognitione. Vnde quodāmodo reficitur
gustus tactus in suauitate, auditus in iubilatione. Beatus,
qui scit iubilationē. De his bonis sancti iugiter laudabunt
Deum. Vñ beati, qui habitant in domo tua dñe. Beatitudo

autem vt dicit Sapiens, est presentiom status oium bonorũ
collectione pfectus. Sed forte obscuritas ibi non est, sed om
nimoda claritas. Vñ sequitur. *Et ciuitas nõ eget Sole, neque Luna* .i.
luminis corporei beneficio, ad implendum seruitiũ Dei, si-
cut modo indigent hoies. Quia tunc vnũquodq; corp⁹ ele-
ctorũ erit clarius Sole. Vñ Mat.16. Fulgebuot iusti sicut Sol
in regno patris eorũ. Solis aũt lux augebitur in mundi inno
uatione. Vñ Isa.20. Erit lux Lunæ, vt lux Solis, & lux Solis
septẽpliciter erit sicut lux septem dierũ. Oculi vero glorifi-
cati bene poterunt substinere tantũ splendorẽ, immo dele-
ctabuntur in eo. Eccl.9. Dulce lumen, & delectabile oculis
videre solẽ. Mistice.n. ciuitas, & ciues non egent Sole, & Lu
na.i. maiori, vel minori doctrina, vt luceãt in eo, docendo,
vel pdicãdo, vel disputãdo. Nã claritas Dei, quę tunc imme
diate videbitur, illuminabit eã, dando intellectoi plenissi-
mam oium cognitionẽ. Vñ.1.Cor.13. Nũc cognosco ex par
te, &c. Iere.31. Non docebit vir vltra proximũ suũ, &c. Io.
6. erũt oẽs docibiles Dei, & non solũ claritas Dei illumina-
bit eã, quæ tantũ lux mentiũ est, immo, & sensus corporis
habebũt lumẽ corporale. Vñ sequitur. *Et lucerna eius*.i. agn⁹.i.
Chri humanitas, cõtinẽs diuinitatẽ, sicut testa nucem. Psal.
In lumine tuo videbim⁹ lumẽ, & in lumine vultus tui am-
bulabimus. Sequitur. *Et ambulabunt gentes*. Hic in presenti pfi-
ciendo, de bono, in melius. *in lumine eius*.i. in fide, & spe habẽ-
di lumen eius. Vel p lumen cognitionis eius, q eis desuper
iofunditur. Iuxta illud Isa. Omne datũ optimũ. Psal. Ibunt
de virtute in virtutẽ, &c. Iterũ etiã p spe illius luminis habẽ-
di, maiores erunt sollieiti de alijs acquirendis, vt dicit Glo.
Vñ sequitur. *Et reges terræ*.i. rectores ecclesiæ. *afferunt gloriam suã*
.i. subditos suos, quos prædicãdo cõuerterunt, ad fidẽ, & pę-
nitentiã, & conuersos in bono nutrierũt, p quibus gloriabũ
tur. Vñ Paulus dicit.1.Thes.2. Quæ est spes nostra, corona,
aut gaudiũ, ante Deũ? nõne vos? &c. Sed q̃a nõ sufficit, ne-
que pdest proficere alijs nisi, & ipsi, qui proficiunt alijs, se-
ipsos custodiant a malis. Vñ subiungit. *Et honorem gloriæ*.i. con
scientiæ puritatẽ. In illã ciuitatẽ. Aliter.n. non esset gloria re
gib⁹, si ibi subditi essent, & ipsi in peccatis deprehẽsi essent,
immo magna cõfusio erit eis ex hoc, & si nil aliud esset hoc
solũ sufficeret ad dãnationem eorũ maximã, quia illa con-
fusio erit sine fine. Mat. Amen dico vobis, quia peccatores,
& publicani præcedent vos in regno Dei: sed si ipsi sequerẽ
tur adhuc sufficeret: Sed non erit ita, immo expellẽtur. Lu.
13. Cum videritis Abrahã, Isaac, & Iacob, vos aũt expelli
foras, tria igit̃ dicit hic Io.1. Quod industrij sint maiores in
operando cũ dicit. *Et ambulabunt*. Secundo quia solliciti sint
maiores in docendõ, & conuertẽdo, & custodiẽdo acquisi-
tos cũ dicit. *Et reges*. Tertio quid vtriq; recitabũt corã Deo.s.
conscientię serenitatẽ, vt possint dicere vere, gloria nostra,
hæc est, testimoniũ conscientiæ nr̃æ.2.Cor.4. Si boni plati
qui adducunt sanctos suos, quos conuerterunt: miro modo
gloriabuntur. Psal. Venientes venient cũ exultatione portã
tes manipulos.i. collectos subditos, sicut victores q̃ spolia
sublata hostibus deferunt in vrbes suas, multũ gaudẽt. Isa.
9. Lætabuntur coram te, &c. *Et portæ eius non claudentur per diem*,
quasi dicat. Quod tanta erit ibi securitas, q nullus incursus
hostiũ, vel bestiarũ timebit̃. Nunc aũt aliq̃ oportet claudẽ
portas ecclesię, & abscõdere prædicatores, & doctrinã, pp
indignitatẽ, & malitiã hoium. Vñ Mat.7. Nolite sanctũ da-
re canibus, & bene dixit. *Per diem nox non erit illic* .i. obscuritas
tẽporalis, vel aliqua spiritualis. Zac.14. Erit dies vna, quæ
nota est dño, quasi dicat nõ erit successio diei, & noctis, sed
lux tantũ ibi. Psal. Ordinatione tua perseuerat dies. Itẽ me-
lior est dies vna in atrijs, &c. Mistice portæ eius.i. affectus,
& intellectus sanctorũ, quibus intratur ad amorẽ boni, &
cognitionẽ veri. *Non claudentur in die*.i. per diẽ, quasi dicat tan
ta erit claritas, q nil erit obscurũ ibi, nihil ignotũ, nihil du-
biũ, nihil inhumanũ. *Nox enim non erit illic*, ignorãtiæ; vel pec-
cati, quia oia scibilia sciẽt electi. Vñ Gregorius. Quid est, q
non videãt, qui videntẽ oia vident? quod aũt dr̃ Mat.25. Et
clausa est ianua, non est contrariũ huic. Quia ibi ianua clau
di nil aliud est, q̃ indignos in perpetuũ excludi. *Et afferent glo
riam*.i. gentes glorificatas, representabũt Deo patri. *Et honorẽ*

E gentiũ *In illam* multitudinẽ.s. conuersorũ, q est honor dñi, et
gloria. Iuxta illud Prou.14. In multitudine populi dignitas
regis. *Non intrabit in eam* ciuitatẽ. *Aliquid coinquinatum*.i. cum alijs
inquinatũ p cõsensum. *Et faciens abhominationem*.i. aliq̃d abho-
minabile, q̃d sancti abhominãtur. *Et mendacium*. Glo. Menda
ciũ facit, qui in mendacijs inueniendis delectãtur. Talis.n.
est diaboli soci⁹. De quo dr̃ Io.8. Ipse mẽdax, & pater ei⁹.i.
inuentor mendacij. *Nisi, qui scripti sunt in libro vitæ agni*, quasi di-
cat. Quod p singula nemo intrabit, nisi qui scripti sunt stilo
pdestinationis. *In libro vitæ, & agni*.i. in psciẽtia Dei, qui liber
est agni.i. Christi humanitate, vel non intrabit *Nisi, qui scripti
sunt in libro vitæ agni*.i. in fide, et veritate Chri, qui est vita, et da
tor vitæ. Io.13. Ego sum via veritas, & vita. Et.11. Qui cre-
dit in me, etiam si mortu⁹ fuerit, viuet. Vel *Nisi, qui scripti sunt
in libro vitæ, & agni*.i. in imitatione vitæ Chri, qui se nobis p-
posuit in exẽplũ viuendi 1.Pe.3. Chrs passus est pro nobis,
vobis relinquens exẽplũ. Io.13. Exẽplum dedi vobis, &c.

F CAPVT XXII.

*ET ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splen-
didum tanquam chrystallum, procedentem de
sede Dei, et agni. In medio plateæ eius, et ex
vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duo
decim, per menses singulos reddens fructum suum, et folia
ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit
amplius: sed sedes Dei, & agni in illa erunt, & serui eius
seruient illi. Et videbunt faciem eius, & nomen eius in
frontibus eorum. Et nox vltra non erit, & non egent lumi
ne lucernæ, neque lumine Solis, quoniam dominus deus il-
luminabit illos, & regnabunt in secula seculorum.*

ET *ostendit*. In hoc capitulo ostenditur refectio,
& amęnitas ciuitatis, & diuiditur in tres par-
G tes. In prima agitur de refectione ciuium. In
secunda de cõmendatione totius visionis. Ibi.
Et dixit mihi. In tertia excõmunicat Ioh. omnes
illos, qui veritatẽ subtrahent ab hoc libro, vel falsitatẽ adi-
cient, ibi. *Contestor*.n. & hoc facit Io. quia sciebat quosdã esse
in Asia sic facturos. In prima.n. parte duo facit. Primo de-
scribit refectionẽ, & ea quæ pertinẽt ad reficiendũ gaudiũ,
& exultationẽ, & quia in mensis magnatum. Primo appo-
nuntur nutritiua, deinde medicinalia, vt sunt species aroma
ticę. Ideo Io. primo describit potũ illius refectionis. Secũdo
cibũ. Tertio ponit medicinalia. Dicit ergo. *Et ostendit mihi an-
gelus*, qui alia ostenderat. *Flumen aquæ viuæ*.i. æternam beati
tudinẽ, in qua semper viuit̃ sine aliquo defectu, quæ bene
per fluuiũ designatur, quia per baptismi gratiã ad eã perue
nitur. Io.3. Nisi quis renatus fuerit, &c. Vel pp abundantiã
aquæ.i. gloriæ. De qua agitur Io.4. Si scires donũ Dei, &c.
Et infra, dedisset tibi aquã viuã.i. gratiã, vel indeficiẽtẽ glo
riã. Psal. Fluminis impet⁹ lętificat ciuitatẽ Dei. *splẽdidũ*. Hoc
H dicit, quia iusti splendidi erunt mente, & corpore. Matt.13.
Fulgebunt iusti sicut Sol. *Tanquam chrystallum*. Hic dicit, quia
corpora sanctorũ transparentia erunt, vt etiã cogitationes
cordium, merito videantur. Vnde Gregorius. Vniuscuiusq;
mentẽ ab alterius oculis, corpulẽtia non abscondet. *Proceden-
tem de sede Dei, & agni*. De benigna, & tranquilla maiestate Dei
et verbi. *Et in medio plateæ eius*.i. cõmuni oium, quasi dicat quia
tunc lucide videbunt tã maiores, q̃ minores, & participa-
bunt gloriam a Deo influente in eos, vel *Procedentem de sede Dei,
et agni*.i. de maioribus, qui sunt sedes Dei, et agni. *In medio pla
teæ eius*.i. in minores, qui latiori via incederunt, quasi dicat,
Quod tunc manifestum erit, q minores sm doctrinã, quã
a maioribus receperunt, coronantur. Et notantur hic septẽ
gaudia sanctorũ in patria, præter alia, quæ habebunt. Pri-
mum est copiosa societas electorum. Quod notatur per *Flu
mium*, qui optime significantur, per fluuium. Quia fluxerũt
de ætate in ætatem, de virtute in virtutem, de tribulatione
in tribulationem, de consolatione in consolationem. Tandẽ
de vita

de vita in mortē, & postea de morte in vitā, & sic ad locum vnde fluxerunt flumina reuertuntur. Secundū est immortalitas. Quod notatur per hoc qđ dicit. *Aquæ vitæ*. Tertium claritas. Quod notatur, per hoc qđ dicit. *splendidum*. Quartū est soliditas. Quod notatur per hoc qđ dicit. *Tanquam chrystallum*. Quintū est tranquillitas. Quod notatur per hoc qđ dicit *Procedentem de sede Dei, & agni*. Sextū est securitas. Quod notatur per hoc qđ dicit. *In medio plateæ*. Per hoc idē notatur septimū.i.cōmunitas. Quod.n.cōmune est in medio est, & econtrario. Vnde & lignū vitæ, dicitur esse in medio Paradisi supra.3, Et Ge.2. Hi sunt septem riui procedentes, de fluuio vitæ æternæ. De quibus dicitur Isa.11. Leuabit manum suā in fortitudine spiritus sui super flumē, & percutiet eum in septē riuis, ita vt per eū transeāt calciati. *Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ*.i. Chrs, qui dat vitā comedentibus eum, nūc per fidē, tunc aūt per spem. Pro.3. Lignum vitæ est his, qui apprehendent, &c. Duæ partes fluminis, vita sanctorū præsens, & futura vita eorum.i.status gratiæ, & status gloriæ. Prima est citra flumen, Altera vltra flumen. Exo.15. In æternum dñs regnabit, & vltra: non tñ citra, quasi dicat. Dñs citra flumen non remanebit. Ibi per gloriā, hic aūt per gratiā. In hac ripa, quæ est citra flumen est lignum vitæ.i. Chrūs per sui corporis, & sanguinis exhibitionē in sacramēto altaris. Mat.28. Ecce ego vobiscū sum oībus, &c. In alia ripa, quæ est vltra flumen est idē lignum vitæ per suæ speciei tā humanæ, q̄ diuinæ exhibitionē. Hic refecit nobis per fidē, ibi per spē. *Afferens fructus duodecim*, vtrobiq; fructus quos affert, citra flumen sunt illi, Quos apls numerat Gala.5. dicēs. Fructus spiritus sunt charitas, gaudiū, &c. *Per singulos menses reddens fructus suos*.i. per singulas ætates reficiens, & pascens seruos suos, prædictis fructibus. Vel *Per singulos menses*.i. per singulos defectus. Cū.n.conuertit peccator ad dñm p singulis defectibus peccatorū, reddit dñs singulas refectiones virtutū. *Per singulos menses*.i.assidue nō cessat reficere suos. Fructus aūt quos affert lignū vitæ, in altera parte, vltra flumē sunt duodecim fercula, quæ Iesus transiens ministrabit suis, in refectione vitæ æternæ. De quibus dicitur, Luc.12. Ego dispono vobis.i. diuersa pono, sicut disposuit pater meus regnū, vt, &c. Primus est sanitas sine egritudine. Psal. Qui sanat cōtritos corde. Isa.25. præcipitabit dñs, &c. Secūdus est societas sine defectu. Psal. satiabor cū apparuerit gl'ia tua. Tertius scientia sine dubitatione.1. Cor.13. Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. Quartus gaudium sine tristitia. Io.16. Tristitia vestra vertet in gaudiū. Pro.14. Cor qđ nouit amaritudinē aīæ suæ, in gaudio eius nō miscebitur extraneus, &c. Quintus est pax sine turbatione. Isa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Sextus est securitas sine timore. Psal. Non timebis a timore nocturno. Septimus est impletio oīum desideriorum. Psal. Qui replet in bonis desiderium tuum. Octauus de iustitiæ diuinæ impletione. Psal. Lętabitur iustus cum viderit vindictā. Nonus est laus sine intermissione. Psal. In secula seculorum laudabunt te. Decimus est quies sine labore. Psal. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Vndecimus est lux sine tenebris. Supra.21. *Ciuitas non eget sole*, &c. Duodecimus est visio Dei sine medio. Isa.33. Regem in decore suo videbunt. Psal. Exultate iusti in dño. Hos fructus affert lignū vitæ in ripa vlteriori. *Per singulos menses reddens fructum suū*.i. pro singulis defectibus, quos p proximo hic substinuerūt sancti, reddet eis gloriosum fructū. Sap.10. Reddet Deus mercedē laborū et In paucis vexati, in multis bene disponentur: & in eodē. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Mat. Beati qui lugent, &c. Vel sm glo. Vtraq; pars fluminis oēs lctōs, vtriusq; testamenti significat, in cuius rei testimoniū aliā figuram transduxit populum vltra mare. Iosuæ in vlti. per figuram in nouo, per gratiæ, vel humanitatis p̄sentiā *Afferens fructus duodecim*. In veteri per Patriarchas. In nouo per duodecim Apostolos, per singulos menses *Fructus suos reddens*.i. per quēlibet Patriarchā, & per quēlibet Aplm faciēs fructum suum quilibet, non sm gratiā sibi datā, fructum fecit laborando, prædicando. Io.15. Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, Ergo Christus dicitur dies, & duo-

A decim Apli duodecim horę. Iohā.11. Sic Christus dr agnus. Apli, & Patriarchę duodecim mēses. Sequitur. *Et folia eius*.i. ligni vitæ.i. verba doctrinæ Christi ad sanitatē gentiū sunt in p̄senti, quæ sanitas plene habebit in futuro. Sap.16. Non herba, neq; malagma sanauit eos, sed oīpotēns. *Et omne maledictum non erit amplius*. Glo.i.subtractio gratiæ non fiet amplius. Ad literā. Nullum malum verbum erit in patria, quia oēs ibi dicent gloriā. Hoc totum sumptum est. Eze.47. vbi dr. Et in ripis eius ex vtraq; parte est lignum pomiferum. Ibi. Plenius dicta sunt, & ideo hic supersedemus, ad p̄sens. Sed *Et sedem Dei*. Hic describit Io. ea quæ pertinent ad reficiendorum gaudium, & exultationē. Sunt aūt Sex, quę faciunt ad gaudium conuiuantium. Primum est qñ conuiuæ, se mutuo diligunt, & dñs conuiuas, & cōuiuæ dñm. Secundum est qñ ex vtraq; parte nullus alium inquietat, hoc est nec dñs familiā, nec familia dñm, nec familia se inuicē. Tertiū est qñ dñs blandum, & hilarem se reddit. Quartū est qñ familia fidelis est dño. Quintum est qñ dñs occultum familiæ suæ reuelat. Sextum qñ non debent ab inuicem separari. Ista sex dicunt hic per ordinē de domo dñi. Primū

B est igitur dilectio mutua. Vnde dicit. *sed sedes*, quasi dicat. Nō solum prædictis fructibus reficientur. Ibi, electi. *sed & sedes Dei, & agni ibi erunt*.i. Deus Trinitas, & Chrs homo in illis requiescent, per amorē, & gratiā, qua diliget eos, & ipsi inuicem. Iuxta illud Io.4. Deus charitas, &c. *Et serui eius*.i. familia eius, in illo requiescet. Similiter per amorē, quasi dicat, & dñs diliget familiā suā, & familia dñm. Tunc.n.implebitur illud præceptum. Diliges dñm Deum tuum, &c. Et hoc est q dicit sponsa. Can.2. Dilectus meus mihi, & ego illi, & supra. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. *Et serui eius* illi diligendo, & se eis totaliter subijciēdo. A cuius seruitio, nec carnis desideria, nec mundi negocia, nec diaboli consilia, nec ad modicum retrahent, & econuerso dñs seruiet eis & seipsum eis quasi ferculum p̄ciosissimum ministrando. Lu.12. Beati serui, quos cum venerit dñs, & hoc est q sequitur. *Et videbunt faciem eius*. Nō per speculū in enigmate, sed cla-

C re, & immediate, qđ est esse beatū. Io.17. hæc est vita æterna, &c. Ideo rogabat Moyses. Exo.33. Ostende mihi faciē tuam. Iacob etiā dixit. Gen.32. Vidi dñm facie ad faciē, &c. Psal. Ostende nobis dñe misericordiā tuam. Hest.14. Valde admirabilis es dñe, & facies tua plena est gratia. Ideo dicit Psal. Adimplebis me lętitia cum vultu tuo dñe.i.cū videbo faciem tuā. *Et nomen eius*.i. Dei, & agni. *In frontibus*.i. in aperto. Nam sicut aperte seruierunt ei, & confessi sunt nomen eius in mundo, ita in aperto vocabuntur, & erunt filij Dei, & socij agni. Vñ Isa.45. Seruos suos vocabit noīe alio. Et 56 Hęc dicit dñs eunuchis, qui tenuerūt sabbata mea. Et infra *Dabo eis in domo mea*. Mat.19. Qui me cōfessus fuit, &c. *Et nox*.i. aeris obscuritas, vel mentis ignorantia. *vltra non erit ei*. Sed fulgebunt iusti sicut Sol. Mat.13. Et nil ibi ignorabitur, quia sancti oīa scient. Vnde Isa.60. Videbis, & afflues. Non dicit quid videbis, vt intelligas. Tunc siquidē totum.s. speculum aperietur sanctis.s.qñ erit oīa in oībus, vt dr.1. Cor.15. *Non egebunt lumine lucernæ*. Glo.i. doctrina veteris legis, vel alicuius

D mediocris prædicationis. *Nec lumine solis*.i. doctrinæ nouæ legis, vel alicuius magni prædicatoris. *Quoniam dominus Deus illuminabit illos*, se eis ostendendo, dubitationis. Hoc totū sumitur de Isa.58. vbi dicitur, Non erit amplius Sol ad lucendū per diem, &c. & regnabunt cum eo, qui lucem habitat, inaccessibilē, vt dr.1. Thi.6. *In secula seculorū*.i. sine fine. Vñ supra.20. *Erunt sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum eo mille annis*.i.semp.

Et dixit mihi, Hæc verba fidelia sunt, & vera. Et dominus Deus sanctorum prophetarum misit angelum suū ostendere seruis suis, quæ oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Iohannes, qui audiui, & vidi hæc. Et post quam audissem, & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. & dixit mihi: Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarū,

&

& eorum, qui seruant verba prophetiæ libri huius. Deum adora. Et dixit mihi. Ne signaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc; & qui iustus est, iustificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea me cum est reddere vnicuique secundum opera sua. Ego sum α, & ω, primus, & nouissimus, principium, & finis. Beati qui seruant mandata eius, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, et per portas intrent in ciuitate. Foris autem canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Ego Iesu misi angelum meum testificari vobis hæc in ecclesijs. Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina. Et spiritus, et spōsa dicūt. Veni. Et qui audit, dicat. Veni. Et qui sitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

Et dixit mihi. Hæc est secunda pars capituli, in qua totaliter visio huius libri cōmendatur, & primo cōmēdatur hoc opus, siue hæc visio, ab auctoritate ipsius Iohannis. Tertio ne ea, quæ dicta sunt negligantur, ostēdit ea cito esse implēda. Quarto ab auctoritate Chr̄i. Dicit ergo. *Et dixit mihi angelus,* qui hæc ostendebat, & cętera ostenderat. *Hæc verba,* quæ tibi ostendi. *Fidelissima sunt, & vera.* i. fide dignissima, quę sine omni ambiguitate implebuntur. Mat. 5. Iota vnum, aut vnus apex, &c. *Et dominus Deus spirituum prophetarum.* i. qui habet in potestate dona, spiritus sancti, p̄ quæ locuti sunt oēs prophetę, sicut dr̄. 2. Pet. 1. Non. n. voluntate humana allata est aliqn̄ prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt, &c. Ille (inquā) dn̄s *Misit angelū suū ad me* in Pathmos, vt ostenderet per illū *seruis suis.* Non ex timore: sed ex amore seruientib9. Vñ Ro. 8. Non accepistis spiritū seruitutis, &c. Glo. dixit seruis, non dn̄is, non Philosophis, quasi dica thumilibus, & pauperibus dat, & ostendit angelus, non superbis, & diuitibus. Iaco. 4. Deus superbis resistit, &c. Mat. 12. Confiteor tibi dn̄e pater cœli, & terræ, qui abscondisti hęc a sapiētibus, vt ostenderet (inquā) *Et quæ oportet fieri cito.* Glo. Quia non possunt remanere inexpleta, & ostendit a quo fient dicēs. *Et ecce venio velociter,* quia omnia faciam. Loquitur angelus in persona dn̄i, & hoc etiā dixit mihi angelus. *Beatus qui custodit verba prophetiæ huius libri,* credendo, opere ad implēdo memoriter retinendo. Luc. 11. Beati qui audiūt verbum Dei, & custodiunt illud. Verbum Dei lucerna est. Vñ Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuū. Ergo si vis custodire verbum, necesse est, vt manus adhibeas. Item verbum Dei semen est. Mat. 13. Semen est verbum Dei. Vis seminare? in agrū prædicando proice. Item verbum Dei est thesaurus. Mat. 13. Simile est regnū cęlorū. i. verbum Dei, thesauro abscōdito in agro. i. in litera, vel in libro. Vnde cū verbū audis, thesaurum inuenis. Thesaurus custoditur cum abscōditur, & sic est verbum cum corde memoriter retinetur. Psal. In corde meo abscondi eloquia tua. Ecce tribus rebus cōparauimus verbum. Lucernę, semini, & thesauro, & ideo verbū ratio recipit, vt lucerna: voluntas, vt semen multiplicandū. memoria vt thesaurū custodiendū. Memoria nāque est archa, in qua reconditur hic thesaurus iterum capiendū ibidē, cum fuerit necesse. Cōparatur etiā alijs rebus verbū vt medicinæ. Psal. Misit verbum suum, & sanauit eos. Sap. 16. Non herba, non malagma, &c. sed omnipotens sermo tuus dn̄e qui sanat oīa. *Et ego, &c.* Cōmendat Io. opus suum a sui ipsius auctoritate. *Qui hæc audiui,* ab angelo reuelante, & ideo credendū est ei. Dicit ergo. *Et ego Iohannes.* cui facta est reuelatio, qui supra pectus dn̄i recubui, qui sibi præ alijs familiaris fui: in quo est gratia Dei. *Audiui hæc, & vidi.* Auditu, & visu interiori, qui sunt idē, sed auditus dicitur in recipiendo intelligentiā, visus in conspiciendo intelligibile. *Et postquam audissem, & vidissem,* omnia prædicta, *cecidi,* corde, & corpore humiliando me. *Vt adorarem* adoratione duliæ. *Ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat.* Glo. pro hac causa se humiliabat, & in hoc instruxit nos Io. vt dicit alia Glo. vt magistros n̄fos

E maxime, qui sacra misteria thelogiæ, nobis reuelant legendo, & prędicando veneremur, & dixit mihi angelus quem volebā adorare. *Vide ne feceris,* quasi dicat, vide dignitatē humanam, noli me adorare, & reddit rationē prohibitionis. *Conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum.* Glo. i. prædicantium. *Et eorum, qui seruant verba libri huius.* Glo. i. qui obediūt prædicationi: quasi dicat, non debes me adorare, cum seruus sim eiusdē dn̄i, & tu, & fratres tui. Sed qua adoratione volebat Ioha. angelum adorare? si latria, ergo peccabat peccato idolatriæ, qui honorē soli Deo debitum volebat impēdere creaturæ. Si adoratione duliæ sicut dictum est supra, constat, q̄ Io. bene faciebat, quia hæc adoratio, non solum angelis, sed hoībus sanctis, & etiā magistris debet, & prælatis. Ergo angelus Iohānē prohibebat a bono, ergo male faciebat, quia sicut peccatum est iuuare, vt malū fiat, ita peccatum est prohibere ne bonum fiat. Vnde Prou. 3. Noli prohibere bene facere eum, qui potest, si vales, et ipse bene fac. Solutio. Io. volebat adorare angelum dulie, & bene faciebat, F & angelus prohibuit, ne faceret hoc bonū, propter melius, vt. s. ostenderet conditionis humanæ dignitatem purificatam, vel prælatā angelis, & digna omni reuerentia, & honore, vt sic homines magis timerent humanā naturam maculare, quā Deus sic honorauit. *Deum adora,* qui solus supra dignitatē humanā est adorandus. Matt. 4. Dn̄m Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. August. Angeli nolūt nos sibi sacrificare, sed ei cuius, & ipsi sacrificiū esse nouerunt. s. Dei cuius æternitate firmi sunt, & veritate certi, & minime sancti, vnus mediator Dei, et hoīum homo, Christus Iesus, cum in forma Dei sacrificium cum patre sumat, cum quo est vnus Deus. Tñ in forma serui sacrificium maluit esse, q̄ sumere, ne hac occasione quisquā estimaret cuilibet sacrificandum esse. *Et dixit mihi* angelus *Ne signaueris.* i. ne clauseris, vel occultaueris. *Verba prophetiæ libri huius.* s. vt boni proficiant in doctrina, & mali non possint se excusare per ignorantiā, & sic iustius puniatur, & iustior appareat eorum pęna, q̄ bonū, q̄d audierunt facere cōtempserunt, & subiungit G causam, quia non sunt signāda verba prophetiæ huius dicens. *Tempus enim* quo hæc debent impleri *Prope est.* Vnde. 1. Io. Filioli mei nouissima hora est. Deu. 32. Iuxta est dies dn̄i, & adest de sua, & aliorum salute procuranda, quia tēpus instat quo inundante tribulatione, non licebit prædicare, nec alia bona publice facere. Ideo dr̄ Eccl. 9. Quodcunque manus tua potest instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos, quo tu properas. Gal. 6. Dum tēpus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autē ad domesticos fidei. O beatus ille, qui potest dicere dn̄o. Tēpus meum prope est, apud te, o bone Iesu, facio pascha cū discipulis meis. i. cum disciplinatis affectionibus, & cogitationibus, & quia posset obici angelo, super hoc q̄ præcipit aperiri prophetiā, quia mali non corrigentur immo peiores efficientur, & magis persequentur bonos. Respondet angelus, quia non propter hoc est cessandum, quia iustum est vt mali sordescant in peccatis suis. Et iustius puniantur, & etiam dum viuunt exerceant bonos, H vt meliores fiant, & iustius puniantur: vnde dicit. *Qui nocet,* mala inferendo *Noceat adhuc:* in persequendo. Vnde tempus purgationis existit, Vel *Adhuc.* i. post ostensionem, & apertionem libri. *Et qui in sordibus est* peccatorum *sordescat adhuc* peccata continuando, vt iustius iudicetur. Non dicit hoc angelus optando, sed prædicēdo, quasi dicat, & si mali per libri apertionem, non dimittant persequi bonos, nec resiliant a sordibus peccatorum suorum, nihilominus tñ debet veritas prædicari, quia ex hoc perficiunt boni, & liquet iustitia Dei, vnde sequitur. *Et qui iustus est.* i. mundus in se *sanctificetur adhuc.* i. adhuc laboret, vt sanctior fiat. *Ecce.* Hic probat, q̄ tempus breue est auctoritate, & testimonio Christi, quem inducit angelus loquentē, vel ipse angelus loquitur in persona Christi dicens. *Ecce venio cito,* ad iudicandum. Abac. 2. Si morā fecerit expecta eum, &c. *Et merces mea mecum est,* ad quid dn̄e? *Reddere vnicuique secundum opera sua,* alijs plus, alijs minus, sm̄ q̄d fecit bonum, vel malū. Psal. Duo audiui, &c. Et tibi dn̄e misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera

sua

Ego sum α, & ω. Hic ōndit angelus loquens in persona Christi q potuit hæc oīa facere, cum sit principium, & finis oīum. Vnde dicit. *Ego sum α, & ω*. Supra primum, & supra vigesimum expositū est, ibi quære, primo, & nota Glo, dicit *Primus*, oīum rerum. *Et nouissimus*, & oīum creaturarū, quasi dicat. Ante oēm rem, & post oēm creaturam, & hoc dicit, nō qd oīs creatura desinat esse, sed quia habet esse finale sm se, Deus aūt interminabile, & infinibile. Vel *Primus*, dignitate in cœlo. *Nouissimus* vilitate in mundo. Isa. 53. Desiderauimus eum virū despectū, & nouissimum virorum. *Principium, & finis*. Supra primū, & supra vigesimū expositū similiter. *Beati sunt*, quia dixerat. *Vt nocens noceat, & sordens sordescat*, ne videatur per hoc exclusisse pœnitentiam peccatoribus. Ōndit hic, q etiā peccatores beati erunt, si pœniteant de peccatis suis dicens. *Beati sunt* iam in spe, tandē in re. *Qui lauant stolas suas*. i. corpora, & animas suas aqua pœnitentiæ. Psal. Lauabo per singulas noctes, &c. De hoc dictum est supra septimo. *Lauant quo ita, vt sit potestas eorum in ligno vitæ*. i. ita vt possint edere de ligno vitæ, de quo edunt soli mundi. Mat. 5. Beati mundo corde, qm̄ ipsi Deū videbunt. Idē. n. est videre Deum, & edere de ligno vitæ. De hoc quære supra secūdo *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*, *& per portas* duodecim per fidem, & doctrinā apostolorū. Vel per obseruantiā decem mandatorū cū gemina charitate. *Intrent in ciuitatem* supernam, de portis satis dictum est supra decimo sexto. *Foris autem*. Hic ostendit angelus, q illi, qui nolunt pœnitere, non intrabunt ciuitatem, nec beati erunt, sed miseri, quasi sic dicat. Pœnitentes intrabunt, sed *Foris*, extra ciuitatē in procella ventorū, & turbinū manebūt, exclusi in perpetuū. *Canes*. i. illi qui post baptismū & pœnitentiā, ad vomitum sunt reuersi. De quibus dicitur 2. Pet. 2. Contigit eis illud veri prouerbij, canis reuersus ad vomitū. Itē *Canes* dicunt inuidi, detractores. Phi. 3. Videte canes, videte concisionē, videte malos operarios. *Et venefici*. i. qui venenum propināt alijs ad necādum. Abac. 2. Væ qui potum dat amico suo, miscens fel suū, & inebrians. Itē *Venefici* dicuntur, qui verbo, vel exēplo alios corrumpunt, supra 18. *In veneficiis tuis errauerunt, omnes gentes, & impudici*. Rom. 13. Non impudicitijs, &c. Aug. Non puteris vos esse pudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. *Et homicidæ*, qui manu, vel corde, vel verbo, subtractione beneficij necessarij alios occidūt. 1. Io. 3. Oīs qui odit fratrem suū homicida est. Aug. Pasce morientē fame, si non pauisti, occidisti. *Et idolis seruientes*, vel Pagani, vel auari. Ephe. 5. Omnis auarus, q est idolorum seruitus, non habebit hæreditatē in regno Chr̄i, et Dei. *Et omnis qui amat, & facit mendaciū*. Ille amat mendaciū, qui libenter audit mendaciū, vt sunt multi principes, qui libenter audiunt adulatores, & detractores, & ioculatores. Vnde Prouer. 28. Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. Ille aūt facit mendacium, qui inuenit, vel inuentum ab alijs libenter dicit, vt histriones, vel adulatores, detractores. De quibus dr̄ Baruc. 3. Consabulatores, & exquisitores sapientiæ, & intelligentiæ, viā aūt prudentiæ nescierunt, nec exquisierunt semitas eius. *Ego Iesus*. Hic cōmendat opus illud ab auctoritate Iesu, in quo solo est salus, Vnde Act. 4. Neq. n. aliud est nomē sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri credentes. Vnde cum talis sit Iesus, qui per angelum suum hæc oīa reuelauerit Iohanni: credenda sunt oīa, & tenenda. Dicit ergo. *Ego Iesus*. i. saluator. *Misi*, vt dn̄s *Angelum meum*. i. quem creaui, vt seruiat mihi *testificari vobis*, per Iohannē *Hæc*, quæ dicta sunt *in ecclesiis* Specialiter in septem ecclesijs Asiæ. Vnde, q vides scribe, & mitte septem ecclesijs Asiæ, vt aūt citius, & firmius credatur huic prophetiæ, cōmēdat aūt se Iesus per hanc prophetiā, a diuinitate, & humanitate, sm, q mortuus est, & resurrexit. Vnde dicit. *Ego sum radix, & genus Dauid*. Ego sum origo, & sustentamentum Dauid, & tamen ab eo genitus. Radix enim origo est arboris, & substinet, & mouet eam. Sic Christus sm diuinitatem est principiū, & substētamētum Dauid, et sm humanitatem est genus ei⁹. i. ex eo trahēs originē. Idē genus est *Ego sum radix, & genus Dauid*, ac si diceret. Dauid est ex me, et ego ex ipso, sm diuinitatē ipse ex me, sm humanitatem ego sum ex ipso. Vnde Mat. 1. Li-

A ber generationis Iesu Christi filij Dauid, &c. Ro. 1. De filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid sm carnem. *Stella splendida, & matutina*, supple ego sum: stella dicitur Christus, quia noctē præsentis seculi sua præsentia illustrauit vita, & doctrina. Io. 1. Vita erat lux hoīum, & lux in tenebris lucet. *Splendida*, dicitur, quia nil habuit obscuritatis in se. i. nullum peccatū nullam ignorantiā. Heb. 1. Qui cū sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Sap. 7. Vapor est virtutis Dei, & emanatio quædā claritatis omnipotentis Dei, sincera. Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula. *Matutina*, dicitur quia mane. i. in fine tenebrarū infidelitatis, & ignorantiæ natus est. Isa. 9. Populus gentium, qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Vel qa mane surrexit summo diluculo, vel quia futurā claritatē nunciauit mundo. i. æternā beatitudinē, quā etiā p̄monstrauit resurgendo. De hac stella dicitur Ecclesi. 50. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet. Item Num. 24. Orietur B stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel, & confringet duces Moab. Item supra. 2. *Dabo illi stellā matutinā*, ibi require. *Et sponsus, & sponsa*. Hic cōmendatur opus istud a testimonio Christi, simul, & ecclesiæ sub nomine sponsi, & sponsæ. Vñ dicitur. *Et sponsus*. i. Christus. *Et sponsa*. i. ecclesia, quam sibi desponsauit Christus in fide Patriarcharum, & Prophetarū. Vnde Osee. 2. sponsabo te mihi in sempiternū, sponsabo te mihi in fide. Io. 3. Qui habet sponsam sponsus est. *Dicunt veni* ad notitiam huius libri, nec dicitur quibus, vel cui dicant, vt intelligas ex omnibus, iam præteritis, q̄s præsentibus, q̄s futuris dictum hoc Christus inspirando, & prædicādo, ecclesia tantummodo p̄dicando, & liber iste post descensum Christi editus fuit, tamen scientia libri, ante prædicata fuit a Christo, & suis, & adhuc quotidie prædicatur aliquid libri. *Et sponsus, & sponsa* exponit Glo. Sponsus. i. Trinitas, quæ pro puritatis excellentia sponsus dicitur, & sic Deus sumit essentialiter. Io. 4. Spiritus est Deus. Vnde sensus est. *Sponsus*. i. Deus Trinitas. *Et sponsa* agni. s. non spiritus. Itē dicitur *sponsus* C inspirando. *sponsa*, prædicando. *veni* ad notitiam fidei, ad requiem cœli, vbi est visio speciei. *Et qui audit*, quasi dicat vt ad notitiā huius libri, oēs qui audiūt, hoc puenerint debent similiter inuitare alios ad idē. Vnde sequitur. *Et qui audit*, hanc inuitationem. Vel *Audit*, potest intelligere librū. i. intelligit. *Et dicat* alij *Veni* ad intelligendū similiter, & hic percutitur inuidia aliquorum, qui nolūt docere, qd̄ sciunt. Sap. 6. Sine fictione didici, & sine inuidia cōmunico bonis illius, & honestatem illius non abscondo. Deinde ostenditur. *Qui sitit veniat* ad intelligentiam libri huius dicens. *Et qui sitit*. Glo. i. credit, et desiderat *Veniat*, ad libri notitiam nō alius. *Vel qui sitit*. i. desiderat habere notitiam libri huius. *Veniat* ad librum, vel accedat, vel accipiat studendo, & mandata eius seruando. Alijs. n. non datur reuelatio: seu intelligentia visionum nisi desiderantibus. Sicut patet in Danie. 9. cui angelus dixit. Ego veni, vt prædicarem tibi visionem: quia vir desideriorum es, & nequis causetur de labore vel p̄cio subiungitur. *Qui vult accipiat*, a Deo offerente. *Aquam vitæ*. De qua supra eo- D dem dictum est. *Ostendit mihi flumen aquæ viuæ gratis*. Glo. i. sine meritis, non q aliquis non possit mereri vitā æternam, sed hoc dicit Glo. propter radicem mirii, vel quia non potest ex quo quis mereri vitam æternā, siue ex condigno. Vnde Ro. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis, &c. De hoc dicitur. Isa. 56. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui nō habetis argentū, pperate, emite, et comedite: venite, emite absq; argēto, & absq; vlla cōmutatione vinū, & lac.

Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius. Siquis apposuerit ad hæc: apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et siquis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, et de his, quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimoniū perhibet istorum. Etiā venio cito. Amen. Etiā veni domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Contestor. hæc est tertia pars capituli, in qua post commendationem operis excõmunicat Io. oẽs qui addent, vel subtrahent aliquid de corpore libri huius, & hoc fecit Io. quia sciebat quosdam esse in Asia, qui pro suis erroribus fouẽdis, aliquid addere, vel subtrahere vellent, vel vt oẽs non intelligentes alia mysteria, & profundas sententias huius libri, putarent esse opus pietatis addere aliquid, vel subtrahere de textu libri, vt lucidior appareret, sicut faciunt, & in multis locis scripturæ. Ideo ponit excõmunicationẽ dicens. *Contestor*, quasi dicat. Ex quo angelus, & sponsus Christus, & sponsa testimonio suo approbant opus istud, patet q̃ verũ est quicquid in eo est, & non solum illi, sed ego testimoniũ do, & hoc est. *Contestor* enim sub attestatione iurisiurãdi trado. *Omni audienti verba libri huius*, vt. s. nihil addat, vel minuat, & subdit Io. maledictionẽ. *Si quis apposuerit*. i. textui inseruerit, volens opus deprauare, imperfectum demonstrare. *Apponat Deus super eũ plagas scriptas, quæ sunt in libro isto*, supra. 15. & 16. Non aũt excõmunicat Io. qui exposuerit verba libri. *sed qui apposuerit verbum*. Eccl. 3. Non possumus eis quicquam ad- **F** dere, nec inferre, q̃ fecit dñs, vt timeatur. Eccl. 18. Nõ est minuere, neq; adijcere, nec est inuenire magnalia Dei. Iob 29. Verbis meis addere non audebant, & super illos stillabant eloquiũ meum. Deu. 4. Non addetis ad verbũ, qd vobis loquor, nec auferetis ex eo. *Et si quis diminuerit de verbo libri prophetiæ huius, auferat et Deus partem eius de libro vitæ*. i. non habebit partẽ in cœlo. *Et de ciuitate sancta*. i. de societate sanctorũ. *Et de his, quæ scripta sunt in libro isto*. i. de gr̃ia, et bonis, q̃ promittunt i libro isto bonis, & ne quis contemnendã putaret sententiã Io. vel nõ esse exercendã nisi in Asia, vbi erat Metropolitanus. Ideo cõfirmat eã auctoritate Christi, qui vbiq; potestatem habet. Vnde sequit. *Dicit qui testimonium perhibet istorum*, Chr̃i, & tota Trinitas, cuius testimoniũ suprapositũ est, & cuius testimoniũ **E** verũ est, & firmum. Vnde Psal. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. 1. Io. 5. Tres sunt, qui testimoniũ dant in cœlo, pater, & filius, & spiritus sanctus, & hi tres vnũ sunt, non singuli in suis testimonijs, sed concordes, & ideo vera testimonia eorũ, vt aũt timeat excõmunicatio, oñdit Io. Chr̃m cito venturũ ad iudicium, qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Vnde inducit Chr̃m loquentẽ dicens. *Etiam venio cito*, hoc iam dixerat alias supra eodem. Quare igit hic iterum dicit. Solutio. Ibi dixit, vt animaret humiles. Hic repetit, vt superbos deterreret, & ponit *Etiam*, hoc est aduerbiũ affirmãdi, vt sine dubitatione ostẽdatur loqui Christus. Vnde Io. respondit, & affirmat verbũ Christi dicens. *Amen*. i. verum est, qd dicit Christus. Et quia Io. sciebat, esse necessariũ aduentũ Christi. Ideo, orando, optando, subiungit. *Veni domine Iesu*, ad remunerandũ bonos, & eradicandũ malos, de terra viuentiũ. *Gratia*, Cõsummato libro refert Io. grates dño Iesu de sua pmissione, & reuelatione, dicẽs. *Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis*, sit, vel maneat, qui nos gratos faciat, **F** vt sibi grauoli semper gratias de collatis beneficijs referamus. *Amen*. Hæc est cõclusio libri, quasi dicat. Vera sunt oĩa quæ in libro dicta sunt. *Amen*, idem est, q̃ veritas, & dicitur ab a, q̃ est sine, & mene, q̃ est defectus. i. sine defectu, quoniã veritas nunquam deficit. Vnde in apocripho Esdræ, dicit Zorobabel. 4. Iniquus est rex, iniquæ mulieres, & iniqui omnes filij hominum, & iniqua omnium illorum opera, et non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt, & veritas manet, etiam valescit in æternum. Et nos ipsi gratias referemus, qui nos decursis tantis plagis perduxit ad portum. Orate cõmuniter, vt si alicubi minus bene dixi, mihi Iesus benignus indulgeat delinquenti, et veniã postulanti, & lector non malitiæ, sed ignorantiæ ascribat, & corrigat, qd viderit corrigendũ. Bñdictus sit Iesus in æternũ. Amẽ.

Explicit expositio Apocalypsis, secundum Sanctum Thomam de Aquino, de ordine Prædicatorum. Amen.

Venetijs impressa in officina hæredum Lucæ Antonij Iuntæ. M D LXII.